

A  
A000 4047999



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACULTY



REESE LIBRARY  
OF THE  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Received Mar. 27 1893. 767  
Accessions No. 50493. Class No. V212

PA  
6105  
V24  
v.16 Valpy -  
Delphin classics.

Southern Branch  
of the  
**University of California**  
Los Angeles

Form L 1

PA  
6105  
V24  
v.16

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8, '26





C. JULII CESARIS

DE BELLIS CIVICIS

91.002

**C. JULII CÆSARIS**  
**OPERA OMNIA.**

**VOL. IV.**



Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation

C. JULII CÆSARIS

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OBERLINIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

J. CELSI COMMENTARIIS

&c. &c.

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

75337  
VOLUMEN QUARTUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1819.



50693

dum. Interpolate in Lovan. *eodem cursu confugerent*. Latere quid videatur. Dein non male Manutius conjectit *quisquam omnium*: ut eum aliis auctor noster loquitur saepissime.

LXXI. 3 *Præter spem acciderant, ejus]*  
*Deleta virgula, quæ in Lipsii, Scali-  
geri, nuperisque editt. obtinuit, re-  
scribendum præter spem acciderant  
ejus, nisi cum Rom. Med. Ven. Be-  
roald. Steph. malis, ordine verborum  
mutato, præter spem ejus acciderant.  
Davis.*

5 *Equitesque ejus, angustiis, portis-  
que a Cæsaris militibus occupatis]* In  
Ms. Cujac. v. c. nostro, Pet. Palat.  
ac Bong. reperio, *angustis portis, at-  
que his a Cæsaris militibus occupatis*.  
Sed non damno vulgata, quia infra  
dicit Cæsar: ‘non illi angustias præ-  
occupatis castris.’ Vossius. *Angus-  
tis portis atque his a C.* inveni etiam  
in Leidd. Lov. et Voss. atque Edd.  
primis, Vasc. Steph. aliisque. Vide  
etiam Manut. In Leid. sec. est *angus-  
tis p.* atque aliis.

10 *Propriam et expeditam Cæsaris victoriam]* In Petav. *propriam expedi-  
tem.* Mihi illud *propriam* aures of-  
fendit. Scio quidem dicere Hirtium  
de Bello Alexandr. ‘victoriam sibi  
propriam a diis immortalibus porten-  
di’: et de Bello Africano: ‘victo-  
riam propriam se eis brevi datu-  
rum pollicetur.’ Sed alia ibi res est.  
Ego hic multo malim legere: *victo-  
riam prope jam expeditam.* Certe si  
propria jam erat victoria, nihil opus  
addere expedita: si expedita tan-  
tum, nondum propria. Sed judicium  
aliorum esto. Vossius. *Victoria pro-  
pria* est perpetua, qua locutione usus  
est Hirtius Bell. Afric. capp. 32. et  
72. At mirum sane esset, si Cæsar  
ex vieta hostium legione tantum  
commodum sperasset. Omnino ita-  
que reponendum *prope jam expeditam*,  
ut diserte exhibit Ms. Norvic. Livius  
XLV. 41. ‘Ad alterum *prope jam ex-  
spirantem* veni.’ Hilarius ad Con-

*Delph. et Var. Clas.*

stant. p. 211. edit. Basil. ‘Prope  
jam nemo Christi est.’ Terentius  
Heaut. act. I. sc. 1. 46. ‘Prope jam  
ut pro uxore haberet.’ Vide et vs.  
52. Davis. *Et abest quoque a Lo-  
van.* In Leid. pr. Scalig. et Voss.  
exaratur *propriam expeditamque*; cer-  
to indicio, mendam subesse. Quare  
omnino accedo viris doctis scriben-  
tibus *prope jam*. cap. 81. ‘Quæ prope  
jam matura erat.’ B. Alex. c. 64.  
‘prope jam instituta opera.’

LXXI. 1 *Desideravit milites DCCCCLX]*  
*Plutarchus de duobus millibus, Oros-  
sius de quaternis ait. In Celso nihil  
hac de re invenio. Vossius.*

2 *Equites R. \* Felginatem, Tutica-  
num, &c.]* Etsi non probo vv. cc.  
lectionem, non dubito tamen adscri-  
bere, quia immane quantum a vul-  
gata abit: *Equites Ro. cccc et Tuti-  
canum Gallum, Senatoris filium, et a  
Placentia c, et a Puteolis c, et a Capua  
x sacrati viri et x Trib. militum, et  
centuriones xxx.* Sic Palatin. et  
Bong. nisi quod hic pro *Tuticanum*  
depravate habet *Tutianum*: et pro  
xxx. xxxii. Qui numerus et in MSS.  
Cujacii, ac Pet. et v. c. nostro repe-  
ritur. Orosius habet *centuriones* xxxii.  
Sed pro *Felginatem* Petav. et v. c.  
noster constanter habent utroque  
loco *Felginatem*. Vossius. Variant  
MSS. Codices nonnulli veteres ha-  
bent, *Cæsar desideravit* — *notos equites  
Rom. cccc, (Al. ccc) et Tuticanum  
(Al. Felginatem Tuticanum) Gallum,  
Senatoris filium, &c.* Ms. Reg. et Edit.  
Rom. habent, *Cæsari desiderati sunt*  
— *noti equites* — *et Tuticanus Gallus,  
Senatoris filius; et a Placentia c; et a  
Puteolis c; et a Capua x sacrati viri,  
et x Tribuni militum, et Centuriones  
xxx. (Al. xxxii.) Clark.* Sine du-  
bio locus hic in mendo cubat. Nam  
pro *Cæsar* habent MSS. mei omnes  
*Cæsaris.* *Desiderati sunt m. CMLX et  
noti equites R. cccc.* ac cetera in no-  
minativo legas etiam in Carr. Palat.  
Bong. Leid. sec. Edd. Med. Ven.

*Cæsar*

Flor. Vascos. Steph. Gryph. post aliisque. Glandorpius legebat cmlx, *equites CD et notos equites Romanos.* Milii etiam omnino videtur numerus *equitum excidisse,* quorum notissimos tantum nomine signaverit Cæsar. *Fleginatem* habet quoque Leid. pr. *Flellnat.* Vossianus, utroque loco: primo *Fl.* seu *Flavium* legit Manutius: dein c. non est in Voss. Inepte autem additur in nonnullis præpositio *a Plac.* et *a Puteolis.* Vide ad 1. 24. ‘*Cn. Magius Cremona.*’

4 *Gravium]* Manutius notavit, in aliis libris legi *Granium.* Hoc ego cum invenerim in Leid. pr. Vossiano, Scalig. et Lovaniensi, recipere non dubitavi. Est enim notissimum *Graviorum* nomen in litteris et monumentis veterum: quamquam et *Gravii* occurrant. Sed MSS. sequendi sunt. *M. Sacrativirum* retinent Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. Voss. et Lovan. cum Edd. Ber. Man. Gryph. et *Sacrativirum* Plantin.

Tr. *Mil.* et *Cent.* xxx] Male habent Edd. Aldi et aliae *Tr. Mil.* l. pro quibus x nonnulli, vel et x. *Trib. mil.* Manutius III subponit: sed numerum nullum habent recte MSS. quem bene sustulit Ciaccon. sub uno numero comprehendit Tribunos et Centuriones. Verum et ille numerus xxx est contra fidem Mstorum. Illi enim, mei certe, numero novem (nam in Palat. xxx) et Edd. principes, item Vascos. Steph. et aliae habent xxxii. Quod idecirco revocare non dubitavi.

7 *Suorum terrore]* Elegantius multo Petav. Leid. pr. Vossian. s. *in terrore et fuga:* sensu clarissimo; nisi malis mecum *suorum vi,* a quibus praे terrore et fuga trudebantur. *Vi* sapissime abiisse in τὸ in monerunt docti, et vidimus ad B. Gall. iv. 15. ‘timore, lassitudine, vi fluminis obpressi.’

9 *Hoc nomen obtinuit]* Male haec verba suspecta sunt Ciacconio et Grutero: sequentia magisolerent

Glossam. Sed ea sunt pro Cæsariz more interpretamentum priorum. *Obtinuit* est ex eo tempore retinuit, non deposit. Vide omnino Gronovium et alios viros doctos ad Liv. III. 36. ‘Perpetuoque decemviratu possesum semel obtinerent imperium.’ Hinc apud Comicos antiquum obtinere, antiquam rationem obtinere.

10 *Sed neque in litteris neque in fascibus]* Petav. Palat. Lovan. Leid. pr. sec. Voss. (nec dubito de aliis) exhibent sed in litteris, neque in fascibus. Eleganter; quod non ceperunt editores. Neque aliquando in priori loco omitti solet. Confer Cel. Burm. ad Vellei. Patere. II. 45. ‘Quique dicendi neque faciendi ullum nosset modum.’

14 *Caussa]* In Voss. cum. In Leid. pr. non comparet; nisi inter versus. Quid si delectatur? *Ostentationis ἔρεκα.* Vide ad B. G. IV. 1.

*Quo major perfugae fides haberetur]* Noli cum Ursino aut Ciacconio putare hunc esse corruptum locum: sanissimus est. Perfugam Cæsar per contumeliam vocat ipsum Labienum. Eundem errorem Rubenius Elect. I. 35. erravit: quod tamen in Cæsare illi novum non est. *Vossius.* *Ipsi* scil. *Labieno,* ut recte notavit D. Vossius; meritoque ridet Ursinum, Ciacconium, et Rubenium, qui nescio quid de hujus loci corruptione ineptiant. *Clark.*

LXXII. 6 *Alter alteri]* Placeat, quod in Msto Norvic. legere est, *altera alteri, nimirum pars exercitus.* *Davis.* Altera. Ita emendavit Davisius ex Ms. Eliensi; ut sit *altera scilicet pars exercitus.* Sed et ferri posset vulgata lectio, alter; ut sit *alter videlicet exercitus vel miles.* *Clark.* Eliensi codici accedunt Petav. et Lovan. altera. Quare id hic loci prætuli: a excidit ob seq. alteri.

LXXIII. 13 *Qua facilitate inter medias hostium classes]* Sic solus Bongars. at Ms. Cujac. et Petav. ac Pa-

Iat. *qua felicitate*, quare sic rescribo. *Vossius.* Supra in hac eadem re *Incredibili felicitate*. Quod et monuit Ciacconius; quare omnino *felicitate* reposui, confirmantibus id insuper Leid. pr. et Edd. Vasc. Stephani, Gr. post. aliisque, neque aliter exhibuit jam Clarkius.

17 *Ejus juri potius]* Fortunam intelligit, quæ, ut queritur Pedo Albinovanus Eleg. i. 54. ‘Injustum jus sibi ubique facit.’ Editt. Rom. Ven. Beroald. hic exhibent *exercitus potius*; Ms. autem Norvic. *cujusvis potius*. Sic et alii Codd. Sed hæc varietas ex eo est orta, quod vim Cæsareae locutionis non caperent Librarii. *Davis.* Ciacconiano codici concinit solus Leidensis sec. *eius juri*. Quod sane eleganter dictum merito a Scaligerio in textum receptum est. Sic Cicero pro Marc. c. 2. ‘Maximam vero partem quasi suo jure Fortuna sibi vindicat.’ *Exercitus* cum Edd. primis habent Carr. et Bong. *civis Bas.* Vasc. Steph. sed *cujusvis* est in MSS. ceteris omnibus, ut et Edd. Aldi, Gryphii, Manutii: quod nequaquam tamen spernendum videtur. Sequitur enim statim, ‘sive ipsorum perturbatio sive error aliquis, sive etiam Fortuna.’

18 *Locum se tum ad dimicandum dedisse]* Ita Scaliger, qui textum corrupit magis, quam emendavit. Antea scriptum in editis codicibus erat *securum*. Sed in vv. cc. duobus erat *secum*, unde ille fecit *se tum*. Nihil minus potuit ad mentem Cæsaris dici: illud *securum*, quod in duobus manuscriptis Palat. et Petav. reperitur, multo ad veram lectionem proprius accedit. Ego scribo *locum se tutum ad dimicandum dedisse*. Nam hoc imperatoris est, præstare, ut æquo et tuto loco pugnam milites capessant. At *locum qualecumque dare pugnaturis*; id vero etiam possit, qui bella nunquam vidit. Quare ergo ad sui commendationem ‘hoc

Cæsar dicat? Jam vero video in alio quoque codice, quem Brutus contulit, legi *se tantum*, pro *se securum*, quare certissima est conjectura nostra. *Vossius.* Editt. vett. *locum securum*: Jos. Scaliger edidit *locum se tum*, ex nonnullis Codd. qui *secum* exhibebant. Joan. Freinsheimus ad Curtii iv. 14. 12. *conjectit locum se aptum vel tutum*, quæ quidem emendatio Vossio in mente venerat. Pet. Victorius Var. Lect. xxx. 22. et Ald. Manutius reponunt *locum se æquum*; sed lancem deprivit Ms. Norvic. quem in hac editione sum secutus; pronomen enim reciprocum subaudiri posse, sexcentis exemplis constat. *Davis.* Quod edidit Scaliger, abjectum est et languidum. Quod voluit Vossius, quodque habent Edit. Vett. nimium est et insolens. *Opportunus* enim ad dimicandum potest esse locus aliquis, *tutus* et *securus* non potest. *Veralectio* manifesto est vel *Davisii locum æquum*, vel *Manutii*, qui eodem reddit, et paullo est plenior, paulloque proprius ad plurimum Codicum scripturam accedit, *Locum se æquum.* *Clark.* Non dubitandum est de emendatione Victorii *se æquum*: nam in Pal. et Bong. ac Leid. sec. reperitur *securum*, ut in Edd. priscis; *secundum* in Voss. at *secum* in Scalig. Pet. Cujac. Lovan. et Leid. pr. *se tutum* placebat quoque Ciacconio.

22 *Interpellasset]* Sic ex MSS. et edit. Vett. restitui. Recentiores, Scaligeri errorem (ut opinor) typographicum fideliter secuti, ediderunt *interpellassent*. *Clark.* Atqui *interpellassent* inveni jam in Edd. Gryph. Manut. Plant. male: *interpolasset* Edd. primæ et aliæ. Rescripts *interpellavisset* auctoribus Cujac. Seal. Petav. Leid. pr. Lovan. et Edd. Vascos. Steph. Gryph. post. Reliqui *interpellassent*.

23 *Quod si esset factum, detrimentum in bonum vertret]* Gryphii editio: *quod si esset factum, et detrimentum in*

*bonum verteret.* Palatinus codex : *ut detrimentum in bonum verteret.* Ne hoc quidem recte. Rescribo, *quod si esset factum, fore ut detrimentum in bonum verteret.* Vossius. Edit. Gryph. habet *factum et detrimentum*, unde rescribit D. Vossius, *factum, fore ut detrimentum.* Mihi placet *quod si esset, futurum ut detrimentum, &c.* Phrasis est elegantissima, cuius exempla suppeditabit vir doctissimum Joan. Clericus ad Corn. Severi Aen. vs. 504. Davis. *Factum; detrimentum in bonum verteret.* Sic MSS. Reg. Eliens. et Is. Vossii, alioque ; nisi *quod nonnulli habeant corrupte, verterent;* nonnulli, *ut detrimentum, &c.* D. Vossius (ex MSS. qui habent, *ut detrimentum, &c.* reponendum existimat) *Quod si esset factum, fore ut detrimentum, &c.* Davisius paulo alter ; *Quod si esset, futurum ut detrimentum, &c.* Manutius et Cellarius, ex Carrariensi codice, *Quod esset factum detrimentum, in bonum verteret.* Ego in vulgata lectione, quæ ad MSS. proxime omnium accedit, nihil mutandum censeo. Quod habent Editt. et MSS. nonnulli, *verterent,* manifesto corruptum est. Nam ut exemplis allatis ostendit Davisius ; verbum illud *vertere* sèpissime apud optimos Auctores usurpatum tamquam neutro-passivum, vel potius elliptice pro se *vertere.* Clark. *Ut minus bene addunt etiam Leid. pr. Lovan. et Palat.* Vulgata lectio omnium est optima. In Leid. pr. est *verteretur.* Sed saepè Terent. *Res tibi vertat male vel bene:* et ita passim. V. etiam Ciaccon.

24 *In bonum verteret]* Editt. Vett. *verterent.* Male. Livius II. 27. ‘ Periculum libertatis—in creditores a debitoribus verterat.’ Et c. 52. ‘ Ea (muleta) in caput vertit.’ Dietys Cretensis II. 3. ‘ Propere ad eum convertit.’ Et c. 28. ‘ Cum magna præda ad suos convertit.’ Vide etiam not. ad B. G. v. 49. Davis.

LXXIV. 1 *Nonnullos signiferos ignominia notarit ac loco morit]* Hoc pro clementia Cæsar, non more Romano. Nam qui signa amiserant, ignominiosa peribant morte. Unde apud Livium I. II. ‘ Inermes milites, signo amiso signiferos, duplicitariosque, qui reliquerant ordines, virgis caesos securi pereussit.’ Obvia sunt exempla. Vossius.

7 *Superioris ordinis nonnulli]* Malim, si per MSS. liceret, *superiores ordines*, i. e. centuriones primorum ordinum et tribuni. Vide omnino ad B. G. VI. 7. ‘ Tribunis mil. primisque ordinibus coactis.’ ‘ Superiores ordines’ dixit etiam Cæsar VI. 40.

10 *Spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat: relicisque munitionibus magnopere rei frumentariae timebat]* Nunquam ita scripserat Cæsar ; nam certum est ad Dyrrachium manenti metuendam fuisse famem. Ideoque alia loca petenda erant. Non ignoravit hoc Celsus, in quo legitur : ‘ Nam neque victis tam cito in aciem reversurus sat fidebat, et reparandis animis spatio opus esse ; neque præterea tam hostem, quam frumenti inopiam metuendam eo loci manentibus judicabat.’ Fulvius pro *relicisque* legebat *retentisque* : audaci conjectura, et phrasi, quam certum mihi nunquam a Cæsare manasse. Codicem plerique pro vulgata stant, præter Palatinum, in quo itidem male est *reliquisque munitionibus.* Sed optimi duo, Vetus noster et Petavianus codex habent *relictis.* Haurio inde veram lectionem, certe sensum bonum, et distinguo : *Spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat relicitis munitionibus. Magnopere rei frumentariae timebat: itaque, &c.* Ne ipsa quidem invidia negabit commodiorem hic sensum esse: quare nemini censorum defugio. Non repugnam tamen, si quis inserto et legat, *et magnopere rei frumentariae timebat.* Qualia a librariis saepè omitti quo-

tidie in codicibus antiquis video. Sic omnia erunt multo clariora. *Vossius.* Cum manifestum sit Cæsarem non propterea rei frumentariae timere, quod munitiones suas reliquisset; sed e contrario tum maxime rei frumentariae timere, si ibidem locorum permansisset; emendandum existimat *Vossius:* *putabat,* relictis munitionibus: et magnopere rei frumentariae timebat. Favet, quod in duobus *Vir* doctissimus *Mss.* et ipse itidem in *Ms. Eliensi* scriptum reppererim *relictis,* non *relictisque.* Nihilo tamen minus defendi posse videtur etiam vulgata lectio, si illud *relictisque munitionibus magnopere rei frumentariae timebat*, ita accipiatur, ut dicat *Cæsar,* non *propterea quod,* sed *quo tempore* munitiones suas relinqueret, timere se rei frumentariae; eamque ob causam, inter alias, castra alio movendum existimare. *Clark.* Ulcus est latens; nam rei certe frumentariae potius erat timendum, si Cæsar milites in castris contineret. Hac de causa *Petr.* *Ciacconius* legendum putat *retentisque munitionibus.* *Dionys.* autem *Vossius* interpungit: *spatium interponendum ad recreandos animos putabat,* relictis munitionibus; et magnopere rei frumentariae timebat. Et sane *Voss.* *Petav.* ac *Norvic.* relictis, non *relictisque,* munitionibus exhibent. Hæ tamen conjecturæ prorsus inanes videntur: minima mutatione rescribo, *relictisque in munitionibus magnopere rei frumentariae timebat.* Cæsar interponendum spatium putabat, ut animi militum recrearentur, adeoque intra munitiones eos cohibere cupiebat, si tamen id faceret, famem timebat; qua de causa et castris occultissime discessit, ac inde factum, ut et Pompeianorum peditum congressum et cibariorum inopiam vitaverit. *Davis.* cur. sec. Que abest quoque a *Leid.* pr. et *Vossiano.* Vide num *relictis munitionibus* significet idem, quod *retentis,* et quasi reliquis

manentibus. Sic certe *relictus* passim a nostro adhibetur, et in *retentis* plus semel corruptum est. Adi notas ad *B. G.* v. 19. ‘Dimissis copiis, iv. miliibus essedariorum relictis.’

LXXV. 8 *Et quam scrissime ejus profectio cognoscetur?* Codices veteres quamplurimi, ‘et ne citissima ejus profectio’ &c. *Clark.* Quam scrissime primus edidit *Scaliger*, ut apud *Plin.* xv. 17. cum antea legeretur *ne citissima*, ut est in *Bong.* et *Palat.* *Faernus* corrigebat *ne citissime;* atque ita inveni in *Leid.* scc. *Verum* *Mss.* *Ursin.* *Cujac.* *Petav.* *Scalig.* *Lovan.* *Leid.* pr. et *Voss.* habent *quam suetissime.* Quod non capio. An fuit *et ne quam citissime?* Ceterum de militari hoc instituto vide eruditissimos commentarios *Ill.* *Schelii* ad *Hygin.* p. 272. &c.

13 *Impeditos et perterritos?* Cum in *Pet.* *Scalig.* *Palat.* *Leid.* pr. et *Voss.* non sit copula, non displicet *Lovaniensis Cod.* *lectio itinere impedito perterritos.* Statim contra *expedito itinere,* et *ripiis impeditis,* uti et c. 88. Vide etiam ad vii. 8. ‘*impedito et iniquo loco.*’ *De Genuso* adi sis *Cellarium.*

LXXVI. 4 *Intra vallum continuuit?* Edit. *Rob.* *Stephani A. D.* 1541. exhibet *intra castrorum munitionem,* quam lectionem ab emendatorculo profec tam arbitror, nam reliqui omnes *Codd.* repræsentant *intra vallum castrorum.* Sic *Cæsar B. G.* iii. 17. ‘Ut jam ad vallum castrorum hostes accedere audenter.’ Ita igitur et hic repone. *Davis.* Nam *Scaliger.* *Ursiniani Codicis* auctoritate motus, illam vocem temere delevit: cum quo tamen facit *Pal.* *Idem.* cur. sec. Quod exhibet *R. Stephanus,* inveni in *Leid.* pr. et *Scalig.* a manu prima. *Castrorum* addunt etiam mei, nec omiserunt *Cellarius* aut *Clarkius.*

17 *Millia procedit?* Ita ex *Ms.* *Regio restituo.* Editi omnes *viii. milibus procedit.* Minus recte. *Clark.*

*Milia* exhibent quoque MSS. Ciaecon. Leid. sec. et Pal. cum Edd. Vascos. Steph. Gryph. post. Stradæ. *miliū Lovan.* Al. *mil.*

LXXVII. 9 *Progressos consequi]* Plus adridet mihi, quod est in Lovaniensi *prægressos*, ut et sensus postulare videtur. Ut ubique *pro* et *præ*, ita in hoc composito turbantur. Sic in Front. II. 7. § 20. ‘Ipse prægressus cum copiis, quas habebat,’ in nonnullis est *prægr.* Alibi *præcedere* et *antecedere* dicit. Vide ad VII. 54.

LXXVIII. 13 *Obpugnaret—conaretur]* Sic MSS. Reg. Eliens. et Edit. Rom. Reete. Scaliger et Recentiores omnes *oppugnare—conaretur*. Quod minus apte convenit. Dicendum enim potius fuisse *expugnare—conaretur*. Clark. *Obpugnaret* quidem exaratur in Carr. Lovan. ac Leid. sec. cum Edd. Med. Ven. et Flor. Sed reliqui et antiquiores cum ceteris Edd. jam ante Scalig. habent *obpugnare*, nisi quod in Leid. pr. sit *expugnare*, e Glossa. Non video, quid obstarre possit in locutione *obpugnare—conaretur*, i. e. si tentaret, earum urbium oppugnationem. Unde contra *desperare obpugnationem*, quando ohsidere urbem quis prohibetur, legitur c. 10. Immo plane, ut hic, ita apud Hirtium B. Afric. c. 29. ‘oppidum *obpugnare*, ac vi inrumpere *conabatur*.’

17 *Et, quid fieri vellet, ostendit]* Vulgg. *ecquid fieri vellet, ostendit*. Sed omnes Codd. repugnant, quorum auctoritatem sum scutus. Davis. *Et, quid, &c.* Ita restituit Davisius, consentientibus MSS. omnibus et Editt. plerisque veteribus. Vocem miram, et Cæsari prorsus ignotam, *ecquid*, intulit hic nescio quis: quem secuti Scaliger et Recentiores. Clark, Istud *ecquid* ab Aldo profectum, quod Manutius, Scaligerque contra reliquas Edd. et MSS. omnes ac sanum sensum, et frequentem Cæsaris locutionem secuti sunt. Sexcenties dicit auctor *et, quid fieri vellet, aut velit,*

*ostendit.*

22 *Si Cæsar iter illo haberet, ut sub-sidium Scipioni ferret; si ab ora maritima] Lege, sin ab ora maritima, &c.* Sic paulo ante, ‘si in Italiam transiret, sin Apolloniam,’ &c. ita semper loquuntur optimi scriptores, ut saepe monuimus. Davis. cur. sec. Hoc adeo perpetuum non est, ut non etiam si in disjunctione repetant: *præcessit, si Pompeius eodem contenderet, si in Italiam transiret, sin Apoll.* ubi plerique et optimi etiam Codices *si*. Immo vide ad VII. 66. et alibi saepius. *Pro haberet* Ciaecon. conjicit frustra *habeat*, quia in suo invenit *habebat*.

LXXIX. 1 *Et suis ut esset auxilio]* Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii. Eleganter. Editi studebat, ut suis *esset auxilio*. Clark. *Et suis ut reposui* auctoritate Mstorum meorum omnium, Petav. Pal. Bong. Leidd. Scal. Lovan. et Vossii.

3 *Cæsarem Apollonia directo it, averterat]* Variant MSS. et Editi. Vulgata profluxit a Beroaldo, quem Aldus, Basil. Manut. Scaliger, et reliqui secuti sunt. Sed contra MSS. auctoritatem R. Stephanus edidit *Cæsar Apolloniam a dir. atque ita exstat in Bongars.* Minus bene, licet *Apollonianum* sit quoque in tribus meorum. *A recto it.* est in Palat. Brant. et Leid. sec. *Recto itin.* simpliciter Lovan. unde III. Heinsius adscripsit *de recto itin.* quod et Ciaeconio in mentem venerat, qui etiam, quia in Codice Achillis Statii erat *adverterat*, conjiciebat *Cæsar Apolloniam recto itin. diverterat.* Rectus fuisse derert. Vide ad Luc. II. 470. ‘devertitque acies.’ Andacius idem conjicit *Cæsar ab Apollonia rectum iter av. quia I. 14. ‘iter ab Arare Helvetii averterant.’* Verum MSS. meliores et plerique retinent, *Cæsarem Apollonia:* et a dir. vel a *drecto itinere* restat in MSS. Ciacc. Petav. Coj. Leid. pr. Voss. et Edd. primis, Vascos. Steph. Gryphii aliisque: quod mutatum

nō oportuit. II. 24. ‘directo itinere abest.’ B. Alex. c. 2. ‘directæ plateæ.’ Averterat autem est, fecerat, ut a recto itinere se versus viam flecteret. Supra B. G. vi. 42. ‘quod ab ipso vallo barbaros avertisset Fortuna.’ vulgo ibi avertissent. Vide quæ adtuli ad Lucan. VIII. 857. ‘Quem non cinis avertet?’ ubi tamen averteret defendi potest ex iis, quæ notat Cl. Drakenb. ad Liv. I. 12. ‘adverteratque ea res Sabinos.’

5 *Inproviso*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *ex improviso*. Clark. Præpositionem addidi auctoritate Mstorum Ursini et meorum omnium: et Edd. Vascos. ac Steph. Plerumque *ex vel de* addit auctor, licet etiam exempla apud eum uti et alios dentur, ubi subintelligatur.

8 *Heracleam Senticam*] Sic in omnibus codicibus legitur. Ptolemaeo tamen Heraclea est urbs Σιντικῆς: et Plinius IV. 10. *Heracleam Senticam* vocat. Sed facile potuit *i* in *e* mutari: sic in vet. cod. *Heraclia pro Heraclea* scribitur; et in multis libris non raro reperias *Mauretania*, *pro Mauritania*. Quod perperam Fulvius inde probabat rectum esse, quia Græcis *Mauperavīa* dicitur. Nam si id verum, quare non æque *Bretania* dicere liceat, quando Græcis *Bperavīa* est? Vossius. *Heracliam* est etiam in Vossiano Lov. Pet. Palat. et Bong. Sed *Senticam* mordicus retinent omnes; cum *Senticam* fuisse dictam e Plinio et Livio LV. 19. et Thucyd. I. II. Σίντοι, etiam docuerunt Glandorpius, Ursinus, et Cellarius, quorum ultimus optime conjectit hanc vocem a mala manu scioli esse additam. Quia Heraclea Sintica nimium a Candavia remota, quantum spatii est ab Illyrico monte ad Bisaltas in Thraciæ confinio: propior Candaviae aut contigua *Heraclea Lyncestidis* regionis, quam non dubitat, Cæsarem vel scripsisse, vel in animo habuisse: nec credibile est, vacasse Pompeio ad

Sintos, Bisaltas, et Strymonem usque excurrere, sed belli rationes eum in citerioribus definitissime. Quid multis? Ipsa seqq. verba ostendunt, Cæsarem non potuisse loqui de *Heraclea Sintica*, sed *Paphlagonia*, quæ subjecta est Candaviae. Pluribus hoc docet Cl. Wesseling. ad Anton. Itiner. p. 607. Uncis itaque inclusi hanc vocem.

12 *De prælio*] Sic prius, quod sciam, edidit Scaliger, nec male, si e MSS. ut cap. seq. Antea exhibebatur sine *de*: quomodo etiam est in optimo Petav. Scal. et Vossiano. In Leid. sec. Pal. Bong. Carr. et Edd. pp. *Quibus prælio*, &c. In Lovan. *ac prælio*. At in Leid. pr. *prælium factum*. Forte fuit *prælii facti suma*.

*Elatius inflatusque*] Ταυτότης ista placuit Scaligero. In MSS. omnibus est *latius inflatusque*. Vossius. Miror Davisium et Clarkium retinuisse *elatius*: cum illa lectio sit e sola Ciacconii conjectura. Cellarius bene dat *latius*, volentibus id MSS. omnibus, et Edd. antiquis, et sano sensu. Dux pluribus supra ad B. Civ. II. 17. ‘atque hæc ad eum latius atque inflatus Afranius perscribebat.’

14 *Hæc itinera infesta reddiderat: hæc civitates nonnullas ab ejus amicitia averterant*] Ms. Norvic. exhibet *hæc itinera infesta reddiderat*, *hæc civitates nonnullas, &c. avertebat*; unde rescripserim *hæc itinera infesta reddiderat*, *hæc civitates nonnullas ab ejus amicitia averterat*, ut ad famam hæc referantur. Davis. Reddiderat etiam est in Petav. Lovan. et Vossiano: et averterat quoque in Lovan. Avertebat in Petav. Leid. pr. Voss. Reddebat et avertabant in Leid. sec. Palat. et Edd. Vascos. Steph. aliisque. Sed prætuli averterat et reddiderat; præsertim si addas e Lovan. *hæc res*: ut amat Cæsar sexcenties loqui: quod saepè monendum fuit.

LXXXI. 3 *Civitatis Gomphensis ex captivis cognito*] Nomen proprium, ut fit, in omnibus Codd. erat corruptum;

illi enim *civitatis* comprehensis ex *captivis cognito*; sed locum hunc egregie sanarunt doctissimi viri Fr. Hotomannus et Pet. Ciacconius, quorum conjecturam recepit Jos. Sealiger. Hunc autem Gomphensium casum, præter Historicos, memorat etiam auctor Panegyr. VIII. 6. 1. *Davis.* *Comprehensis vel comprehensis cogn. ex capt.* habent etiam MSS. mei: nisi quod in Leid. pr. sit *compressæ*. Non sane ineleganter. Est enim idem, quod *obpressæ overrompelt*. Adi Cel. Scheff. et Burm. ad Phaed. F. IV. 1. ‘*compressus occubuit neci*’ et Clar. Duker. ad Flor. II. 6. § 2. ‘*Inopinanterque hostem conlatis signis compresserint*’.

*5 Collata fortuna Metropolitum*] ‘Ελληνισμός. Metropolitum Μητροπολιτῶν, pro Metropolitanorum. Vossius.

8 *Parcent atque imperata facerent*] In vulgg. erat *pareret atque imperata faceret*; sed lectionem a me receptam exhibent MSS. Voss. et Norvic. quam mutarunt Librarii; quippe ne scierunt verbum *plurale* nomini multitudinis *singulare* saepius esse conjunctum. Vide notat. ad B. C. II. 6. *Davis.* Nulla fuit civitas, quin Cæsari parerent atque imperata facerent. Ita edidit Davisius, ex MSS. Vossii et Eliens. Al. *pareret,—faceret*. Quod idem est. Cellarius, ex nuperis quibusdam Editionibus, probat *pateret*. Quod mirum. Neque enim ex MSS. est, neque Cæsari usitata, licet alioqui proba locutio. Quodque affert Vir doctissimus de ταῦται τοῦ παρετ̄ atque *imperata faceret*, plane nihil est. Clark. Optime Davisius ad B. Civ. II. 6. § 2. restituit pluralem, quem agnoscunt MSS. Sealig. Petav. Leid. pr. Lov. Bong. et Voss. Cives enim intelliguntur. Adi omnino ad B. Gall. III. 9. *Parere autem et imperata facere* passim jungit Cæsar.

9 *Segetis id. loc. in agris n. quæ prope jam m. erat*] Videtur hic e MSS. aliquid mendi subesse. Nam vox

*Segetis* non comparet in Pet. Sealig. Lovan. Leid. pr. Voss. et erant legitur in Pet. Seal. Lovan. Leid. pr. ac see. uti et Palat. quasi pro *segetis* olim fuisset *frumentorum*: vel *segetum* et *matura*: ut Lucanus in hac ipsa re VII. 236. ‘*Ad segetum raptus moturus signa*’.

LXXXII. 2 *Fidem inplorarent p. ut præstaret*] MSS. Ursini, Petav. Sealig. Lov. Leid. pr. Voss. et Ed. Sealigeri non agnoscunt voculam *ut*; eleganter mehercule ac vere: quare delivi. Vide cum alibi, tum VIII. 20. ‘*Conclamant, legati mittantur*.’ *Recepisset* autem dant Ciaccon. Petav. Cujac. Sealig. Leid. pr. sec. et Edd. R. Steph. cum Scal. et seqq. *Præcepisset* Voss. *promiserat* Edd. Vascos. Gryph. post. *promisisset* Pal. Bong. et Edd. primæ, Beroaldi, Man. Gryph. At in Lovan. et Brant. MSS. *repromisisset*. Non male quidem. Videtur tamen et hæc Glossa esse τοῦ *recepisset*: quod idcirco cum optimis Codicibus retinui.

LXXXIII. 11 *Domitius*] ‘L. Domitius Ahenobarbus’ c. 78. 99. Erat alter *Cn. Domitius Calvinus*, Cæsareanus c. 78. Clark. et Cellar.

3 *Descenderunt*] Malim *descenderant*. Vossius. Perperam. Non enim tum—*descenderant*, quum Lentulus *attatis honorem ostentaret*, &c.; sed—*descenderunt*, *ostentando*, &c. Clark. Grutero placebat *descendere* pro *descenderant*.

7 *Quod gestum in Hispania diceret*] Merito mendi suspecta hæc habuit verba Ciacconius, vel Glossam esse judicavit Gruterus. Vitiosi quid latere potius suspicer: *Videretur* est in Voss.

9 *Iis, qui—interfuissent*] Codices nonnulli, de *iis, qui—non interfuissent*. Sed longe præstat vulgata lectione. Tabellæ enim ad *judicandum* datae narrantur *iis*, qui *interfuissent*; ut sententias ferrent de *iis*, qui *abfuissent*, vel qui *præsentes operam*

Pompeio non præstitissent. Clark.

16 *De persequendis inimicis agebant*] Ms. Norvic. et edit. Rom. Ven. Be-roald. miro consensu repræsentant *de persequendis inimiciis agebant*; nec quidquam est causæ, cur hæc lectio rejiciatur: *abstractum enim pro concreto*, ut loquuntur Scholastici, ele-ganter usurpatur. Justinus **xxxi. 6.** ‘*Omnia igitur variis assentantum generibus corrumpebantur.*’ Sic ex Pelerini Codice edidit J. G. Graevius, probante Bongarsio; ut alii Msti *assentationum*, quomodo legen-dum arbitror. Dictys Cretensis **II. 42.** ‘*Graii infrequentes incuriosique ab armis turbati,*’ hoc est, ab armatis militibus. Alia exempla huc con-ferre nihil attinet, cum eorum affa-tim suppeditabunt not. ad B. G. **VII. 78. VIII. 19.** Davis. *Inimiciis:* ita optime restituit Davisius ex Ms. Eliensi et Edit. veteribus. Quibuscum consentit Ms. Regius. Vulgg. *inimi-cis.* Clark. Ex meis accedunt Scalig. et Leid. sec. Quod secutus sum. Exempla ubivis sunt obvia, et sæpi-sime in his commentariis id moni-tum.

**LXXXIV. 1 Re frumentaria præpara-ta]** A re sane frumentaria medio-criter instructus erat Cæsar, si ver-um est, quod tradit Appianus B. G. **II. p. 466.** ideoque Pompeius τρίβειν πόλεμον ἔγνωκει, καὶ ἐσ λιμὸν ἐκ λι-moῦ τοὺς πολεμίους περιφέρειν. Lego ἐσ λοιμὸν ἐκ λιμοῦ, *in pestilentiam ex fame*, quod solenne est. Justinus **II. 13.** ‘*Multorum deinde dierum inopia contraxerat et pestem.*’ Cl. Mamer-tinus Pan. **I. 5. 2.** ‘*Ire passus est in profundam famem, et ex fame in pestilentiam.*’ Vide et Florum **III. 5. 17.** Davis. *Præparata.* Dubito an ali-bi sic loquatur auctor. Solet sæpius certe provisa adhibere, vel comparata, uti est hoc etiam loco in Leidensi primo. Vide ad B. G. **II. 2.** Idque convenientius videtur.

3 *Quum satis, &c.]* Sic ex Ursini

Cod. edidit Scaliger: quum antea exhiberetur quod. Sed omnes mei Codd. habent quo. Recte se. spatio temporis. *Militum animum habere* ex eodem Cod. restituit Scaliger: nam in plerisque Edd. deerat *militum ani-mum*, uti et in nonnullis Codicibus. Sed jam recte Glandorp. item Vasc. Stephanus aliquie legerunt *habere mi-litum animum:* atque eo ordine est in MSS. meis: nisi quod *animum* desit in tribus. *Perspicuum habere* est in Leid. sec.

14 *Armis]* Vehementer hæc vox suspecta est, et vitiosam arbitror, vel adjectivum excidisse, quo pertineat; nec enim placet *armatos* rescribi cum Freinsh. ad Curt. **vii. 32.** De hoc in-stituto vide ad **VIII. 13.** et **I. 48.**

16 *Equites mile sustinere auderent]* MSS. Pétav. Lovan. Leid. pr. sec. Palat. præbent *equitum.* Quod doc-tius videtur, quam ut a librariis profi-cisci potuerit. Nepos in Dat. c. 8. ‘*Nou amplius hominum mile cecidi-sent;*’ ubi in multis MSS. tamen est cecidisset. Ut ad *amplius* referatur. Liv. **xxiii. 44.** ‘*Mile fere passum erant.*’ Apulei. Met. **I. II.** ‘*mille nummum deponentur;*’ ut bene e MSS. edidit Scrivenerius. Adde Gro-nov. de pec. Vet. p. 77. Plura eorum-que rationem vide apud Cl. Perizon. ad Sanct. Min. **IV. 4.** p. 611, &c.

20 *Atque unum Allobrogem]* Petav. Egum *Allobrogem.* Vossius. MSS. Pe-tav. et Norvic. exhibent *Ægum Allo-brogem ex duobus;* ac hoc quidem nomine insignitus erat Allobrogum unus, qui ad Pompeium perfugerat. Adi hujuscce libri c. 79. Ita igitur re-ponendum arbitror; non enim temere fit, ut *Librarii nomina propria in contextum intruserint;* quin potius ea, utpote rariora, corruperunt mu-taruntque. *Vocem partitivam unum subaudiri posse docebit G. J. Vossius de Construct. c. 10. p. 41. Davis.* Adde quæ notavi ad Frontin. **II. 9. § 5.** ‘*In Adduum ex Megistanis;*’ ubi

vulgo in quendam. Infra c. 19. ‘Ex suis necessariis legatos.’

LXXXV. 3 *Spectans*] De more hic rursus MSS. et Edd. Vett. habent *expectans*. Sed c. 75. ‘Eadem spectans, si itinere impeditos et perterritos deprehendere posset.’ Hirt. B. Alex. c. 1. ‘Illud spectans, ut,’ &c. ubi itidem MSS. *expectans*: vulgo *spectans*. V. ad v. 44. ‘Quem locum probanda virtutis tutæ spectas.’

12 *Tabernaculisque detensis*] Pal. et Bong. *tabernaculisque incensis*. Edd. primæ, Beroaldi (Vascos. Margo) Male. *Tendere tabernacula*, est erigere: unde tentoria, ut Maro *Aen.* VIII. 605. ‘omnis legio tendebat in arvis.’ *Detendere* est oppositum. Livius XL. 3. ‘Nautici tabernacula defendunt.’ Adde, quod Tabernacula nunquam quisquam incendi dixit, sed tuguria. Quia tabernacula ex pellibus, illa ex straminibus fieri solita. *Vossius*.

17 *Sicut semper dep. animo sumus*] Codices nonnulli cogitandum. Si enim, ut *semper depoposcimus, animo sumus ad dimicandum parati, non facile, &c.* Sed præstat vulgata Lectio. Ea tamen, quæ in Ms. Regio Eliens. et Vossii reperitur (nisi quod in horum primo et tertio, pro *si ut*, corrupte scriptum sit *sicut*), vulgata non multo est inferior:—*cogitandum; si, ut semper depoposcimus, animo sumus ad dimicandum parati. Non facile, &c.* Clark. *Si enim ut et sumus* est in Carr. et Edd. Beroaldi, Vascos. Stradæ, Gryph. post. Non autem, quod putabat Ciacconius, deest in illis *animo: si ut, et sumus confirmatur* MSS. Seallig. et Leid. prim. cum Edd. Gryphii et Stephani. *Sumus* est insuper in Lovan. Leid. sec. In Cod. Brant. *sic semp. et sitis.* De locutione *animo paratus* quam adhibet etiam Cap. seq. vide ad B. Alex. c. 45. ‘paratior militum animis.’

LXXXVI. 3 *In Consilio*] Omnino legendum, ut curavi consilio auctoritate MSS. meorum septem et Edd.

primarum. Vide ad v. 28. ‘Rem ad consilium deferunt,’ et alibi. Etiam c. 87. est in MSS. octo (nam ibi rursus incipit Dovr.) et Edd. primis.

7 *Persuasi equitibus nostris, idque mihi se facturos confirmaverunt, ut—aggredierentur*] Scribendum est cum parenthesi: *Persuasi equitibus nostris, (idque mihi se facturos confirmaverunt,) ut—aggredierentur.* Rectius enim dicitur, *Persuasi ut aggredierentur; quam, confirmaverunt id se facturos, ut aggredierentur.* Sed leviculum hoc. Dein pro *in posterum*; Editio vetus Romana, *in prælium.* Forte, *ad prælium.* Quanquam enim ferri potest, suspectum tamen videtur illud *in posterum.* Clark. *In prælium* exstat in Lov. Leid. sec. ac Mediol. Flor. Venet. Edd. Nil muto. *Superioribus diebus* hoc jam dixerat Pompeius.

8 *Se facturos confirmaverunt*] Vocula se non comparet in Petav. Lovan. pr. Voss. Bong. et aliis; non male per ellipsis, ut vidimus sæpius. Verum amplius habet Lovan. *mihi facturi confirmaverunt*, per Graecissimum. Quod non temere spernendum videtur. Propert. II. 7. 45. ‘Visura et quamvis numquam speraret Ulixen.’ Sed notum hoc. Vide Sanctii Min. III. 7. Passer. ad Propert. III. 4. in fine. Voss. ad Vellei. II. 76. N. Heins. ad Ovid. Met. XI. 786. XIII. 135. Pricæum ad Apul. I. VII. p. 142. ‘Quoad summos illi promitterent honores habituri mihi: ubi in MSS. nonnullis *habituros*: aliasque. Praeterea pro *idque* in Ms. Palat. Carrar. Flor. et Edd. Vascos. Gryph. post. ac Stradæ Edd. legitur *id quod.* Non ineleganter. Adi ad c. 44. ‘Id quod accidit.’ B. Alex. c. 21. ‘Id quod magis conveniebat.’

16 *Ut sæpe cogitavissent, ne usu manuque reliquorum opinionem fallerent*] Suspectus mihi locus: in Cujaciano codice erat *ne usu manuum.* *Vossius.* Reponendum puto *ut sæpe optauissent;* Pompeium enim tarditatis insi-

mulaverant milites, ut supra notavit Cæsar c. 82.: nec sane video, quem locum hic habere poterit vox altera. Vossio sequentia etiam sunt suspecta, qui notat Codicem Cujac. habere *ne usu manuum*; et ipse testor *ne usu manus* in Msto Norvic. reperiri. *Daris. Optavissent.* Ita emendavit Davisius, ingeniosissime. Al. *cogitarissent.* Quod valde languidum. Dein *Usu manuque*, præstat vulgata Lectione, quanquam Vossio suspecta. *Usu manuque*, est, *peritia et virtute.* Clark. Vir doctus etiam margini adleverat: *vorissent vel optavissent.* Propius ad litterarum ductum Gruterus *agitarissent.* Quod non improbo. Vide ad B. Hisp. c. 25. Sensus erit idem, ac in Lucani VII. 25. ‘Miles, adest toties optata copia pugnæ, Nil opus est votis, jam fatum arcessite ferro.’ In MSS. Bong. et Voss. est *cogitarisset sc.* Pompeius. Quo timor ejus indicetur, ne eluderent promissam fortitudinem, et vanam probarent ipsa re suam fuisse jactantiam. Quod certe Pompeius metuit, ut docet multis ibidem Lucanus. Id tamen huic orationi, quam Cæsar ei dat, minus convenire videtur. *Usu manus* est in Petav. *manu* est in Leid. pr. et Voss. sine que. Sed recte vulgatum defendit Clarkius. Sexcenties auctor cum aliis *usum et usum rei militaris de peritia et experientia in re bellica adhibet.*

LXXXVII. 1 *Ut quum]* Non bene cohærent, *Excepit ut efferret inquit.* Quare rescripsi auctoritate Mstorum Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. Lov. et Palat. ac Gryph. Marg. et Ed. R. Stephani et: quod referendum ad *inquit.* Fraudii fuit editoribus et librariis, quod despiceret et *efferret* sine disjunctiva copula junxerit Cæsar: quod tamen frequens ei est: et quia non caperet librarius codicis Lovan. scripsit *efferet.*

9 *An non audistis?* MSS. Petav. Leid. pr. Lov. Voss. Palat. *exaudistis.* Quod

recipere non hæsitavi. B. G. v. 30. ‘Ut magna pars exaudiret.’ Infra c. 94. ‘etiam ut milites exaudirent’ item c. 105. Hirt. B. Alexand. c. 20. Liv. II. 59. ‘Imperia exaudiri.’ Drak. ad III. 36. ‘Vox exaudiens batur.’

10 *Cohortes]* Quæri hic potest, non nota numeralis forte exciderit. Quanquam id non prorsus necessarium. *Clark.*

13 *Plerique sunt]* Editi recentiores omnes, *pleræque.* Sed præstare videatur (quod in MSS. Reg. et Eliensi et Edit. Rom. repperi) *plerique.* Ut *milites* intelligentur potius, quam copiae. *Idem.* Optime Clarkius restituit *plerique*, quod exaratur in MSS. meis ad unum omnibus et Ed. Mediol. Frequens hæc synthesis generis est in Cæsare. Vide, quæ concessi ad B. G. III. 9. IV. 36. VII. 20. Cel. Burm. ad Sueton. Calig. 48. Claud. 25. Dein malim quoque *ex coloniis*; quod habent Leidenses, Palat. et Edd. Vasc. Aldi, Gryphii aliaeque.

20 *Quod de re tanta, et a tam perito Imperatore nihil frustra confirmari videbatur]* Pal. et Norvic. exhibit, quod *de re tanta et tam perito.* Lege *quod de re tanta a tam perito, &c.*: nam particula copulans videtur sententiam turbare. Mihi favet Pseudocelsus. Vide eum p. 205. *Daris. cur. sec. et de tam p.* Lovan. et Dorvill. Nil mutandum vel ejiciendum censeo. Suam venerem et vim habet copula.

LXXXVIII. 2 *Animum advertit]* Vulgg. *animadvertisit*; sed lectionem, quam e Msto Norvic. recepimus, longe esse elegantiorum aliquoties monuimus. Vide notat. B. G. I. 24. *Daris.* Accedit Petav.

4 *Quarum una prima, altera tertia appellabatur]* Magnus Lipsius Mil. Rom. Dialog. IV. 8. illud *appellabatur* omnino a Cæsare esse negat, putatque a librario substitutum. Ego etsi non dubito, audacia plerosque judicaturos, quod refragari ausim, attendere tamen eum voluissem ad

verba, quæ hoc libro supra leguntur: ‘L. Cassium Longinum cum legione Tyronum, quæ appellabatur *xxvii.*’ &c. Ubi similis prorsus loquendi modus. Alibi etiam dixit, ‘legio, quæ vernacula appellabatur?’ Sed hoc loco monendum præterea, pro *tertia* legione legendum alios putasse *quarta*, ex Lucano: qui ait ‘cornu tibi cura sinistri, Lentule, cum prima, quæ tum fuit optima bello Et quarta legione datur.’ Nisi ipsum Lucanum erravisse dicamus: aut, quod malim, non convenisse inter auctores: nam Lucanus in dextro cornu Domitium, in sinistro Lentium: contra Appianus illum in laeo, hunc in dextro collocat. Cæsar ipse Pompeium in sinistro, ait fuisse, Plutarchus in dextro, et Domitium in laeo. Sed de Pompeo movere non debet, nisi quatenus dicitur hic fuisse in dextro, illuc in sinistro cornu: nam etsi ille in sinistro, tamen præposuerat quoque huius peculiarem legatum. Ut Cæsar ipse dicit dextro cornu præfuisse Syllam, et tamen se contra Pompeium constitisse ait, h. e. dextro cornu suo, quod opponebatur sinistro hostium, in quo Pompeius erat. Ut profecto credere debeam etiam hunc locum de numero legionum in antiquissimis codicibus diverse scriptum fuisse. *Vossius.* De numero legionum vide etiam Ursinum, aliasque et ad *viii.* 54. Reete vero Vossius defendit *adpellabatur:* quod tempus in hac designatione nominis ubique adhibet Cæsar, licet omnibus illis locis in uno alteroque Codice scribatur *adpellatur.* Cur hoc tempus adhibuerit Cæsar, latius docui supra ad c. 34. Adde Hirt. B. Alex. c. 42. 53. et alia loca.

*11 Cohortes cx expleverat; hæc erant millia xlvi] Ita in omnibus codicibus. Tradunt quoque Plutarchus, et Appianus Cæsari millia xxii. Pompeo numerum altera parte majorem fuisse. Tamen cohortes eæ faciunt millia lv.*

quomodo in editis libris nonnullis legere est. Et fortasse ita Cæsar scripsit. Scio quidem potuisse atteri bello cohortes, ut *cx* non plures quam *xlvi.* mille milites continerent: sed non videtur Cæsar id sincere expressurus fuisse: quia quo major hostium numerus, eo illustrior ejus Victoria. *Florus iv. 2.* ‘trecenta hinc illinc millia fuisse præter auxilia Regum et Senatus’ ait. Vereor multum, ne mendosus locus sit, et scribendum *centena.* Alioqui vanissimus jactator est. *Vossius.* Dubium quidem nou est, quin mendosus sit Flori locus, non tamen in ea re, quam voluit Dionys. *Vossius:* nam tradit Appianus B. C. I. II. p. 471. nonnullos esse, qui scriperunt, in utroque exercitu fuisse ἀνδρῶν Ἰταλῶν τεσσαράκοντα μυριάδας, ideoque, cum vanissimus jactator fuerit Florus, non mirum est, eum cum iis auctoribus fecisse, qui multitudinem exaggerabant. Sed bene se gessisset vir eruditus, si perpendisset *auxilia Regum et Senatus;* ultima enim vox omni procul dubio est vitiata. Post ea Joan. Freinsheimus substituit *nationum.* Anna Daceria et J. G. Graevius malunt *sociorum;* sed utraque conjectura nimium abit a Codicum MSS. lectione. Si mihi fas sit post tanta nomina emendationem tentare, reponerem *auxilia Regum et Dynastum*, eodem modo quo *Metropolitum* dixit Cæsar supra c. 81. Sic noster hujusce libri c. 3. ‘Regibusque omnibus et *Dynastis* et tetrarchis.’ Hirt. Bell. Alex. c. 65. ‘Reges, Tyrannos, *Dynastas,* provinciae — dimittit.’ Sed et Βασιλέας καὶ Δυνάστας in recentis Pompeii copiis jungit Appianus B. C. I. II. p. 472. *Davis.* *Senatus* retinet in Floro omnes MSS. Vide ibi Cl. Duk. Ceterum hic Cicacconius pro *cx* reponere tentat *xc;* quia tantum habuit *ix* legiones. Sed et aderant cohortes sociales et auxilia præter legiones ipsas. *Orosius*

tamen habet modo LXXXVIII. Dein XLV vero est in MSS. tum aliorum, tum meis, præter Bong. qui cum Edd. Vetustis dat LV, male. Non enim verisimile cohortes Pompeii plenas fuisse; licet non ita adtenuatae essent ac Cæsarianæ, de quibus c. seq. Vide de hoc loco etiam Lipsium l. iv. de Mil. Dial. 8.

14 *Duae —— quæ t. a. disperserant*] Codices plurimi, duo scil. milia, *quæ t. a. disperserat*. Clark. Vulgatam lectionem a Faerni et Hotom. libris duo recepit Scaliger. Et certe inveni quoque in Voss. et Dovr. ac *dispersæ erant* in Bongars. Leid. sec. Voss. et Dovr. ac Ciac. Verum optimi libri Leid. pr. Petav. Scalig. et Brant. retinent *disperserat*, uti et longe plurimi τὸ δuo cum Edd. Vetustis. Rectius. Quo modo enim duas tantum cohortes tota acie dispergi potuerunt? Quare revocavi veterem lectionem.

17 *Cunctum equitatum*] Si. Frontinum audimus, Strateg. II. 3. sexcenti in dextro cornu equites fuere. Sed monere visum in eodem autore, quod paullo ante ait: ‘Cn. Pompeius adversus C. Cæsarem palustri prælio Pharsalique, triplicem instruxit aciem.’ Moneo, inquam, non intellexisse Stewechium, quid vox *palustre* hic vellet, ideoque corruptam putasse. Sed explicat ipse Frontinus, et paullo post ait: ‘Sinistrum latus, ne circumiri posset, admovit paludibus.’ Vossius.

LXXXIX. 6 *Quæ summa erat millium XXII*] MSS. Reg. et Edit. Rom. *quæ summa erat hominum* (quomodo et alibi loquitur Cæsar) *millium XXII*. Cellarius edidit XXXII. Clark. *Hominum* adest etiam Leid. sec. et Edd. Venet. Med. ac Flor. bene, et quidem de peditibus. Adi ad II. 39. *Omnium* est in Bong. Ceterum male Cellarius reposuit XXXII contra Plutarchi, Dionys. et Appiani testimonium; et ipsum Cæsarem, qui ad-

tenuatas maxime suas copias dixit. Adde Labieni orationem, c. 87. Cur enim non potuerunt in singulis pauciores, quam quadringeniti fuisse milites? Infra c. 106. in II legionibus sunt modo III mília et cc. B. Alex. c. 96. ‘minus mille hominum in legione.’ Pejus etiam Freinshem. ad Flor. IV. 2. § 48. reponit XL cohortes: et Hotemann. XLIV. Tunc enim plenissimæ fuissent. Cum Cellario consentit Orosius VI. 15. ‘Cæsar similiter LXXX cohortes triplici ordine dispositi, cui fuerunt non minus quam XXX milia peditum, equites mille.’

12 *Ex tertia acie singulas cohortes detraxit*] Expone ex quaque legione tertiae aciei: nam cohortes distractæ sex fuerunt, et totidem legiones in eadem acie. Docent veteres, dicitque olim Frontinus, sed nunc mire depravatus. Verba sunt: ‘In dextro cornu Cæsar posuit equitem, cui velocissimos miscuit peditum, et ad morem equestris pugnar exercitatos. Sed deinde cohortes in subsidio retinuit ad res subitas; sed dextro latere conversas in obliquum, unde equitatum hostium expectabat, collacavit.’ Lege: ‘Sex deinde cohortes in subsidio retinuit, ad res subitas; et dextro latere.’ Vossius. Dura videtur Vossius exposito; malum igitur *senas cohortes, detraxit*. Plutarchus cum alibi tum Vit. Cæs. p. 728. Ἀπὸ τῆς ἐσχάτης τάξεως ἀδήλως ἐκέλευσε περιελθεῖν πρὸς ἔαυτὸν ἐξ σπέιρας, &c. Vide et c. 93. Ac ita sane reposuerunt Pet. Ciacconius et Just. Lipsius Mil. Rom. I. IV. Dial. 8. Latinus Latinus conjectit extrema acie sex cohortes. Sic et Fr. Hotemannus, nisi quod extrema acie malit. Sed placet conjectura, quam dixi, quia minus recedit a recepta lectionis vestigiis. Davis. Hoc est, ut recte explicavit Vossius, ex quaque legione tertiae aciei cohortem unam; quæ proinde distractæ erant cohortes sex, ut Cæsar ipse

mox ait, c. 93. Ut mirum sit Virum doctissimum J. Davisium duram appellare hanc expositionem: quæ re vera adeo perspicua est et naturalis, ut aliam in sententiam ne possint quidem accipi Cæsaris verba. Quam autem ipse affert ex Ciacconio et Lipsio conjecturam, *ex tertia acie senas cohortes detraxit*; ea vix ac ne vix quidem Latina est. Non enim *senas detraxit*, (quæ ex sex legionibus es sent futura *triginta sex*), sed tantum *sex cohortes*. Quamque adducit Ciacconius ex libro primo de bello civili similem locutionem, *primam aciem quaternæ cohortes ex quinque legionibus tenebant*, ea ipsa contra eum maxime facit: *quaternæ enim cohortes illæ, non quatuor scilicet fuerunt, sed viginti*. Quod cum non intellegenter Librarii et Editores plerique, locum ipsum turpissime corruptum exhibuerunt, *quaternæ cohortes ex quinta legione*. Sed Ciacconio ignoscendum. Ipse enim conjecturam suam móx retrahit; veramque lectionem *ex tertia acie singulas cohortes*, vidit et recte explicavit. Clark. *Senas* etiam vo luere Freinsh. ad Flor. et G. Cante rus Nov. Lect. III. 21. Sed non opus esse bene viderunt Ciacconius et Vossius; retinentque MSS. omnes *singulus*.

17 *Vexillo*] Quia statim Cæsar dixit *se tuba signum dedisse, et vexillum, solenne signum erat, cum ad arma concurri deberet, ut videri potest ex Comment. ad B. G. II. 20.* putat Ciacconius, hanc vocem hic esse corruptam, sed perperam: licet vexillum purpureum proponeret Imperator, tamen tuba etiam classicum canebat. Hic vero non solitum illud vexillum, quod ante prælium tollebatur, intelligit Cæsar, sed extraordinarium, quod in ipso prælio et illo momento temporis, quo eos consurgere volebat, tolleret: ut etiam fecit. Vide § 4. c. 93.

xci. 8. *Faciam hodic, Imperator*]

Hujusce dicti meminit Plutarchus in Pompeio p. 656, 657. et in Cæsare p. 729. Hie vero Κραστίνος, illic Κραστίνος hunc evocatum nuncupat. Utroque legas oportet Κράστινος. Vide Celsum p. 236. *Davis.* cur. sec. V. etiam Ciaccon. ac de verbis, qui *suistis*, adi Lips. Mil. Rom. I. 1. D. 8. Non enim jam Crastinus, sed alias primum pilum ducebat.

xcii. 3 *Ut C. imp. excip.*] In MSS. Cujac. Pet. est *ne*; at in Bong. Leid. sec. Voss. Edd. Venet. Beroaldi, Vasc. Marg. *neu*: contra Cæsaris mentem. Forsan sine τῷ ut scripsérat auctor, ut supra c. 82. ubi vide.

10 *Exanimarentur*] Non male ita Aldus exhibuit, quem secuti sunt seqq. Vide ad Cæsar. B. G. III. 19. ‘*Exanimatique pervenerunt.*’ Verum tamen est in Mstorum meorum nullo. At in Leid. sec. et Bong. a m. sec. ac Florent. Ed. aliisqne *exinanirentur*: ‘*exinanita provincia*’ B. Alex. c. 43. B. Civ. I. 48. B. Afric. 20. Sed Leid. pr. Scal. Pal. Bong. a m. pr. Lovan. Voss. Dorvill. Edd. primæ dant *existimarentur*. Optimus vero Pet. *Æstuarient*. Immo in Seal. suprascriptum erat *Exæstuarient*. Quod sane nequam spernendum videtur. Justin. II. 1. ‘*Torrente calore solis exæstuet*.’ *Æstuare cursu*’ Claudian. etiam dicit in Rusin. vers. 354. ‘*loricaque cursu Æstuat*.’

xciii. 3 *Usu periti*] Proba, licet rior, est haec constructio. Hirtius B. Afric. c. 31. ‘*Mirabili peritus scientia bellandi*,’ ubi frustra est Just. Lipsius, qui Elec. II. 22. reponit *penitus scientia*. Vitruvius Archit. I. 1. ‘*Architectus, qui pluribus artibus debet esse peritus*’ Arnobius I. II. p. 53. ed Plant. ‘*Non quo illos (Philosophos) negemus—omni genere studiorum et disciplinarum peritos*’ Lactantius Div. Instit. V. 1. ‘*Septimiū quoque Tertullianus fuit omni genere litterarum peritus*’ Eadem vox, ut et σύνταξις, restituenda est Martiali,

qui in Vulgg. Spectac. Epigr. 19. sic loquitur: 'Occubuit tandem cornuto ardore petitus, Dum facilem tolli sic elephanta putat.' Ramiresius ex v. c. legit *cornuto ardore potitus*, alii vulgatam lectionem retinent, mireque interpretantur. Rescribendum puto *cornuto ardore peritus*, quod elegantissime dicitur de tauro exercitatis cornibus instructo. *Davis.* Dele hanc notam, quæ nihil huc facit. *Idem.* cur. sec. Notat enim, per usum seu experientiam edocti et prudentes facti, sive *ex usu*. Didicisse hoc videtur Davisius ex animadversione Cl. Bosii in Cæsarem c. 5.; quem laudasse debuerat: sed et per se ipse errorem deprehendere potuit. Vide etiam viros doctos ad Phædr. F. 42. 'usu peritus.'

5 Ne] In Bong. Voss. Leid. sec. Reg. Eliens. et Edd. primis est *ut non*. Edd. Vascos. Strad. Gryph. post *ut ne*. Quod rectum puto. Sic enim alibi quoque cum ceteris auctoribus loquitur Cæsar.

18 Sex coh. numero] Sic quidem Faern. Ursin. Hotom. et seqq. e conjectura et c. 89. ediderunt: constanter tamen MSS. et Edd. Vett. habent *ex coh. num.* nisi quod in Leid. sec. sit *et*, atque in Scal. Leid. pr. *ex coh. tibus*.

19 Illi] Pet. Lov. Leid. pr. *Ille*. Pal. Leid. sec. et Dorv. *illa procurrerit*. Ultimus etiam *fecit*. *procucurrit* etiam Lovan. Sed cave, quid mutes. Adi conjectanea ad B. G. II. 2. 'Equitatum. His Q. Pedium præfecit.'

xciv. 4 Sustinere Pompeiani non poterunt] Ait Frontinus Strateg. IV. 7. 'C. Cæsar, cum in partibus Pompeianis magna equitum Romanorum esset manus, eaque armorum scientia milites conficeret, ora oculosque eorum gladiis peti jussit, et sic adversam faciem cedere coegerit.' Corrupta verba emendo, *adversam aciem cedere coegerit*: Steweckii conjectura est, *aversa facie cedere coegerit*. Neque hanc

improbo. *Vossius.*

9 Facta cædes] MSS. tantum non omnes et Edd. primæ reliquerunt *factæ cædes*. Quod nescio, cur mutatum sit a recentioribus: præsertim cum Cæsar amet pluralem numerum, ut vidimus aliquoties. Luc. VIII. 447. 'Spectabit ab alto Æthere Thessalicas teneat cum fulmina, cædes.' Et ita ille et alii passim. In Apulcio etiam Met. I. III. p. 46. 'per totam domum cædes ambulent.' Sic MSS. non *ambulet*: præcesserat ibidem *cædibus operantem, impiatum*.

11 Circumventa] Sic Ms. Reg. Alii omnes, *erat circumventa*. Sed elegantius multo omittitur illud *erat*. Ut periodus una sit ab his *primum equitatus est pulsus: Ab iisdem facta cædes sag. atque fund.* *Ab iisdem acies Pomp. a sin. parte circumventa, atque initium fugæ factum.* Clark. *Erat Ursino quoque et Gruterio fuit suspectum; nec immerito. Agnoscent tamen MSS. mei.* Sed pro *circumventa* in Palat. Lovan. Dorvill. Leid. sec. est *circuita*; in Voss. *circumunita*, at in Petav. Scalig. Leid. pr. et Edd. Vascos. Steph. Gr. post. Str. exaratur *circumita*. Quod perperam mutarunt alii. *Circumiri* passive non raro occurrit. Nep. in Them. c. 3. 'Ne multitudo circumiretur,' ubi vide Gebhard. Immo hoc ipsum participium adhibuit noster B. G. III. 25. 'Circumitis hostiis castris.' B. Afric. c. 84. 'Celeriter bestiis circumitis.' B. Afric. c. 14. 'ad circumeundum equitatum,' in Leid. pr. *circumeenendum*. Vide etiam ad c. 18. Eadem confusio apud Val. Max. v. 2. Ext. 2.

14 Alius diffisus] MSS. Carr. Norvic. aliique omnes repræsentant *aliis* quam maxime *diffisus acie excessit*: et sic edidere Beroaldus ac Gryphius; nec sane video, cur eas voces expunxerint nuperi. Restituantur igitur, et ex Petav. præterea reponatur *animum adrerlit*. *Davis.* cur sec. Sie post Manut. ex Ursini Cod. edidit Scal-

ger, et post eum ceteri. Antea elebatur *aliis quam maxime diffusis*. In MSS. meis sex et Edd. primis legitur *aliisque quam maxime d.* At in Scal. Lov. et Leid. pr. et Ed. Ven. *aliisque d.* Forsan *quam supra excidit cui quam maxime confidebat*. Vide ad B. G. 1. 42. ‘*legionis, cui quam maxime confidebat*’

17 *Tueamini*] MSS. *Tuemini*; quod rectius. *Clark*. *Tuemini* certe est in Pet. Lov. Leid. pr. Voss. Bong. Quare id Cæsari reddidi.

xcv. 2 *Dare oportere æstimans*] Ms. Norvic. et edit. Rom. Ven. Beroald. habent *dare oportere existimans*; proprie quidem: nihil tamen opus est, ut quidquam nintemus, simili enim modo hanc vocem usurpant probi auctores. Sallustius Hist. i. ‘Ne aut ipsi, nefanda quæ estimatis, ea parum credendo de aliis circumveniamini.’ Phædrus Fab. III. 4. 5. ‘Ridicule magis hoc dictum, quam vere estimo.’ Et IV. 17. 15. ‘Turpe æstimantes aliquid commissum a suis.’ Sic etiam persæpe loquitur Hyginus. Vide Fabb. 104. et 106. *Davis*. At vero MSS. ad unum omnes, et Edd. Scaligeriana priora habent *existimans*. Quare revocavi. De *existimare* adi ad B. G. II. 17. ‘non omittendum sibi consilium Nervii estimaverunt.’ Statim recte c. 96. ‘ut facile æstimari posset:’ ubi itidem turbant MSS. et Edd.

xcvi. 1 *Triclinia strata, magnum argenti pondus expositum*] In vv. cc. est *trichilas stratas*. Quod Scaligerio in notis ad Catalecta placet. Ego damno: neque enim sternuntur trichilæ; vident hoc quoque magnus Salmasius, et ingeniose restituit *structas*. Si *trichilas* admitterem illud, *structas* recipere non dubitarem. Sed non dubito vulgatam lectionem veram esse. Habemus apud Spartianum in Hadriano: *Triclinia de castris, et porticus, et cryptas, et topia dirueret*. Vides hic quoque *triclinia* in luxu castrorum. Quid mirum? cum illud procul sit a veteri Romanorum simplicitate, pro-

cul a more Graecorum, de quibus Curtius, ‘cibus, quem occupant, satiat, fassis humus cubile est.’ Praeterea si hic *trichilas* legas, quid volunt sibi verba sequentia, ‘magnum argenti pondus expositum?’ Denique et illa, ‘L. Lentuli et nonnullorum tabernacula protecta hedera.’ Topia hic designat Cæsar, atqui illa nihil aliud quam *trichilæ*: itaque ταντολόγος fit, quod non fero. Quare expono Cæsaris verba *triclinia strata*, scilicet ad mollitiem, ut recubantes cibum caperent. Idem in Hadriano Spartianus. Et Lucanus de hac ipsa re, ‘capit improba plebes Cespite patrio somnos.’ *Magnum argenti pondus expositum* exponit Plutarchus, καὶ τράπεζαι ἐκπωμάτων μεσταὶ, καὶ κρατήρες οὐνου προύκειντο. Nimirum vasa argentea Cæsar intelligit. Locutus sic quoque Tullius Verr. VI. ‘cum essent *triclinia strata*, argentumque expositum in ædibus.’ Nihil clarius. Denique, ‘tabernacula protecta hedera,’ sunt topia, quorum et in Spartiano mentio. Ut nullus ambigam et Cæsaris et Spartiani locum sanissimum esse. Vossius. Fateor optime jungi *triclinia strata* et *argentum expositum*, quæ saepissime simul reperiuntur apud Ciceronem, ut docuit multis exemplis Hotomanus. Adde Val. Max. VII. 5. § 1. ‘Rogatus ut *triclinium* sterneret, lectulos punicanos pellibus hædinis stravit, et pro argenteis vasis Samia exposuit.’ Quare omnino accederem Hotomanno, Vossio aliisque viris doctis *triclinia* retainentibus, si vel unus addiceret vetus liber, licet sequatur etiam *constrata*. Verum cum haec vox demum profluxerit ex Aldi officina, et MSS. quotquot ab aliis vel me visi sunt, nec non Edd. Vett. habeant *Trichilas stratas*, (quod expoununt quidam per *abacos mensasque portorias tria labra habentes*: de quibus consule Salmas. ad Jus Attic. p. 493. &c.) non possum non summi Salmasii conjecturam amplecti *Trichilas struc-*

*tus, i. σκιδδας, umbracula luxuriosa, quibuscumque frondibus ad cœnatiōnem contexta, a quibus facile discerni possunt tabernacula edera protecta, ut tamen non sit ταντολόγος Cæsar. Male Hotomannus tales trichilas confundit cum casis ex arundine aut vili fronde contextis, si tabernacula desint. Immo ex eodem Plutarchi loco, quem adducunt viri docti, patet trichilas *structas* veram esse lectionem. Ait enim in Pompeio p. 657. πᾶσα γὰρ σκηνὴ μυρσίναις κατέστεπτο, καὶ στρωμναῖς ἀνθιναῖς ἤσκητο, καὶ τραπέζαις ἐκπωμάτων μεσταῖς, καὶ κρατῆρες οἴνου προσκευτο, &c.: quem locum sine dubio ex ipso Cæsare hausit. Quin et addit Plutarchus adparatum fuisse magis τῶν τεθυκότων καὶ πανηγυριζόντων i. e. sacrificantium et festos dies agentium, quam ad pugnam euntium. Adeo ut optime hoc pertineat locus Tibulli l. II. El. 5. 95. ‘Tunc operata Deo pu-  
bes discumbet in herba, Arboris antiquae qua levis umbra cadit. Aut e-  
veste sua tendent umbracula sertis  
Vineta: coronatus stabit et ante calix.  
At sibi quisque dapes, et festas ex-  
struet alte Cespitibus mensas, cespiti-  
busque torum.’ Ubi videmus junc-  
ta quoque *trichilas* et *vasa* et *cespites*.  
Et quæso, unde librarii somniare po-  
tuerunt de *trichilis*; si in antiquiori-  
bus Codicibus *triclinia* invenissent?  
Non alienus etiam ab hac lectione fuit  
Lipsius l. v. Mil. Rom. d. 16. Ill.  
Heinsius margini adlevit *triclinia tri-  
chila instrata*. *Structas* autem in stra-  
tas abiisse, et contra, sollempne est.  
Sic passim in nostro et aliis *naves con-  
stractæ, equi instrati*, corrupte in MSS.  
leguntur *constructæ* et *instructi*: cap.  
100. ‘tectis instratisque navibus’ pro  
*instructis*: c. 8. in f. ‘triclinii stratis’  
in MSS. aliquot *structis*. *Thericlia* ve-  
ro, ut conjectit Beroaldus, pro poculis  
pretiosis, non admittenda videntur.  
Vide eum T. I. Thes. Crit. p. 310.*

8 *Patientissimo exercitu*] Recte.  
Notandum tamen in MSS. cunctis, ne

*Delph. et Var. Clas.*

uno quidem excepto, scribi *potentissi-  
mo*; quomodo exhibent etiam Edd.  
primæ, ut forsitan aliud quid lateat.  
*Exercitu* vero est in Leid. pr. sec. et  
Scalig. ut voluit in Analogicis scribi  
Cæsar. Vide ad B. G. I. 16.

9 *Necessarium usum*] Palat. ad *ne-  
cessarium victum*. Recte. Vossius. Ego  
vulgatam lectionem retinendam exis-  
tim. Clark. Perperam *victum* præ-  
fert Vossius. Consule omnino Cl.  
Burm. ad Rutilii Itiner. I. 152. ‘usi-  
bus aptet aquas.’ Cort. ad Sall. B. Cat.  
46. ‘In usu quotidiano et cultu cor-  
poris.’ In Dorv. etiam est *victum*.

13 *Eadem celeritate*] Vir doctus  
margini adscripsit ad *Celendras*, e Flor.  
IV. 2. Sed Syedris ibi legendum esse  
et in Lucano VIII. 259. jam dudum  
docuerunt viri eruditi. Male vulgo  
jungebantur *celeritate paucos*, &c. Post  
*celeritate* distinx: non enim eadem  
celeritate est nactus suos ex fuga,  
sed eadem celeritate non intermisit  
iter et pervenit ad mare, interim of-  
fendens suos fugientes. Præterea red-  
didi Cæsari *paucos suos*, quod est in  
MSS. omnibus et Edd. ante Ald.  
Manut., qui cur id mutaverit, nescio.  
Bene, si e MSS.

xcvii. 3 *Circummuire*] Sic MSS.  
Reg. et Eliens. et Edit. Rom. Quæ  
vox Cæsari usitata. Scaliger et Re-  
centiores, *circumvenire*. Clark. *Cir-  
cumvenire* non a Scaligero, sed Aldo  
editum est: quod et inveni in Edd.  
Ven. 1517. Manut. Gryph. et Plantin.  
Item in Ms. Ciacconii ac Lovan.  
Quare nil muta; licet reliqui mei  
etiam *circummuire* præferant: nam  
contra iidem et alii Codices habent  
B. Civ. I. 18. ‘Oppidum vallo castel-  
lisque circumvenire’: ubi vide. Ce-  
terum in Leidensibus exaratur *dif-  
fiso loco*. Quod nihil est deterius.  
Consule notata ad B. C. I. 12. ‘dif-  
fisus municipii voluntate’: ut illic est  
in MSS. plerisque.

5 *Universi juris ejus Larissan versus  
se recipere*] Sic quoque Petav. nisi  
Cæsar

quod se in eo absit. Palatinus *τὰ juris ejus* omittit. Locus a multis tentatus. **M**anutius *viris equis* legebat. Victorius *per juris ejus* intelligit victos, ego Pompeianos. Dixit initio l. 1. de Bello civili Caesar: ‘universi ordinis ejus a Pompeio evocantur’; ubi Pompeianos intelligit, nam cave ne de toto Senatu id dictum putes. Etsi exponere possis, universi qui in ordine Senatorio faverent Pompeio. Et hoc caeteris præfero. **V**ossius. Locus sine dubio corruptus. Ms. Reg. et Edit. Rom. habent, *universi simul Larissam, &c.* Quod a manu emendatrice est. Puteanus et Manutius conjecterunt *universi, viris, equis, Larissam, &c.* Infeliciter, nec satis Latine. Victorius, Vossius, et Cellarius, vulgatam retinent: illudque *juris ejus*, interpretantur; hic, *rictos*; ille, *Pompeianos*; tertius, *sortis vel conditionis ejus*: nullo fere discrimine. Vir Doctissimus Jos. Wasse, in Notis suis ad Sallustium p. 134. locum hunc jam satis corruptum, vero corruptiorem representat; referendo illud universi, non ad cœperunt, sed ad *juris*. Ego jam olim emendaveram, **JUGIS ejus**; quod postea a viro Doctissimo Jos. Wasse, in loco jam laudato, occupatum repperi. Verum ille *jugis ejus*, interpretatur *ex jugis ejus*; quod *ταῦτά της* est cum verbis præcedentibus, *relicto monte*: nec cum iis, que mox sequuntur, satis convenit. Non enim, ante ditionem, *e montibus* descenderunt Pompeiani; sed, *relicto isto monte, per alios montes Larissam versus se recipere cœperunt*. Ego itaque *jugis ejus* ita accipendum volueram, ut significaret **PER JUGA montis ejus, inde ad Larissam usque pertinentia**. Nunc, re penitus explorata, eodem sensu reponendum existimo, *jugis eis* vel *jugis illis*; hoc est, *per juga illa*. De *Re ipsa*, aperte testatur infra Cæsar, eos ‘in monte quodam constitisse’; se autem ‘commodiore itinere (scil. per valles,) eis occurtere cœpisse.’ Ubi notandum, illud *commodiore itinere nihil habere, quo possit referri in comparationem, nisi nostra admittatur verborum præcedentium emendatio*. De *Locutione*; qua scilicet Latinitate *jugis eis* scribi possit pro eo, quod est *per juga ea*; videas similem constructionem infra, de bello Alexandrino c. 35; locisque superioribus ‘iter facere instituit.’ Et supra vii. 45. ‘Legionem unam eodem *jugo* mittit.’ Maxime autem, B. Civ. l. 70. ‘Et, mutato itinere, *Jugis Octogesam* perveniret.’ Clark. V. C. Jos. Wassius ad Salustii Bell. Catil. c. 44. p. 134. reponit *universi jugis ejus*, quod interpretatur *ex jugis ejus montis*; at ita sit *ταῦτά της* cum *relicto monte*, quemadmodum censet acutissimus Clarkius. Is tamen διρθωσιν Wassii nostri probat, ἐξηγησιν non item; mavult tantum *jugis eis*, quod idem valere putat ac *per juga ea*. Nescio tamen, quomodo montem reliquisse statuantur Pompeiani, cum per *juga ejus* sive cacumina transierint. Itaque cum Ms. Palat. voces *juris ejus* haud agnoscat, eas cum Jos. Scaligeri delendas arbitror. Nihilominus, aliorum omnium codicum ductu, legi queat, *universi exercitus Larissam versus se recipere cœperunt*. Certe confundi solent haec vocabula. Sic supra c. 73. recte legitur ‘*Ejus juri potius quam suæ culpæ debere tribui*:’ at Carrar. et editi plures habent *exercitus potius quam sue, &c.* Loquendi vero rationem præstant ea cap. 63. ‘Accessere subito prima luce Pompeiani exercitus.’ Nam Jos. Scaligeri non assentior, qui vocem ultimam in eo loco censuit inducendam. Davis. cur. sec. At vide eo loci. Scripsit ad me Cl. Wasse, se *universi* non retulisse ad *juris*. Jam vero malle *jugis aliis* e Celso, qui ait *illi in montem alium* concederunt. Clarkii emendatio mihi videtur verisimillima. In Leid. pr. est *vires ejus*: in Lov. *Viris ejus*. *Univrsi simul* est quoque in Palat. Leid. sec. et Edd. Beroald.

Vasc. Steph. Gryph. post. aliisque: sine dubio ab Interpolatore, licet et C. Sionario probetur Emend. 1. 34. *Juris ejus ut corrupta a Librariais e voce Larissa ejiciebat Fr. Robortell. Ann. II. 48. Viris, equis adridebat Cujacio. Sed tum malim *viri, equi*. Dein *Larissam usque* est in Voss. se abest a MSS. Brant. Leid. prim. Voss. et Dory. ut s̄æpissime in hac locutione *se recipere animadvertisi*, in MSS. se non comparere.*

6 *Qua re animadversa*] MSS. Norvic. et Brant. repräsentant *qua spe animadversa*; eandemque lectionem in optimo Codice invenit, receptaque multo elegantiorem judicavit Pet. Victorius Var. Lect. IX. 24. Illi quippe videtur esse ἀντίθετον superioris vocis *diffisi*, eique verbo, a contrario, respondere. *Davis*. MSS. plerique, *Qua spe animadversa*. Quam lectionem probat, elegantioresque existimat Victorius, ut scilicet illud *spe* opponatur praecedenti *diffisi*. Sed argutum hoc nimis et evanidum. Ego vulgatam retineo lectionem. *Clark*. E solo Carrar. producunt *re*. Reliqui et mei omnes MSS. habent *spe*. Forsan *specie*, sive *spectaculo*. B. G. II. 31. ‘*Nova atque inusitata specie permoti*:’ et passim *specie* in MSS. contracte scribitur *spe*.

XCVIII. 7 *Militibusque suis jussit, ne qui eorum violarentur*] Ελληνίζει, ut κελεύω τινι, nam *jubeo* apud Latinos nullum casum regit, nisi cognatae significationis nomen addatur, ut si dicas *jubeo jussionem*. Sed in Ms. Cujac. et Petavii pro *jussit*, est *commendavit*. An ita Cæsar scripsit? profecto vereor ne vernū sit. *Vossius*. MSS. Norvic. Pet. Cujac. et Ursin. exhibent *militibusque suis commendavit*. Sed vulgatam lectionem non desero, quæ proba est et Latina. *Dictys Cretensis* II. 35. ‘*Militibus, ut apud arma essent, jubar*.’ *Ficticius Abdias Hist. Apost.* III. 29. ‘*Jussit fratribus, ut unusquisque tenens mortuum, diceret*,’ &c. Sic etiam passim inferioris ævi scrip-

tores, ut agnoscit G. J. Vossius de *Construct.* c. 36, qui tamen falsus est in eo, quod confirmarit nec *Livium* nec illius seculi quenquam sic locutum esse. En ipsa *Livii* verba XXVII. 24. ‘*Inde portas custodire jussit tribunis militum, præfectorisque socium et centurionibus*;’ sic omnes Msti, fatente viro summo J. F. Gronovio, qui tamen aliter ex conjectura edidit, quod hanc locutionem solecam esse perperam existimaret, ut pluribus ostendere viri doctissimi Casp. Scioppius et Jac. Perizonius ad *Sancti Minerv.* I. II. cap. 4. *Davis*. *Militibusque suis commendavit*. Sic MSS. Reg. Eliens. Vossii, Carrariensis, Ursini, Petav. et Cujaci, et Edit. Rom. Vulgg. *militibusque suis* jussit. Quod probat Davisius, et allatis etiam bonorum Auctorum exemplis defendit. Sed nusquam alibi ita locutus est Cæsar. *Clark*. *Commendavit* scribitur quoque in Leid. pr. et Edd. antiquis ante Aldum. Quare id recipere cum Clarkio non hæsitavi. *Mandavit* placebat Bruto. *Jubeo tibi* non dicunt nisi depravatae jam Latinitatis scriptores. Tale mendum e MSS. sustuli Frontino IV. 1. § 43. ‘*legiones eduxit armatas et consistere ordinibus jussit*,’ vulgo *omnibus*. Adde Cel. Burm. ad Ovid. Met. VIII. 752. et Sueton. *Vespas.* c. 23: ‘*legatos jussit ponere*.’ Dein MSS. sex *ne quis violaretur*, quare malo *ne qui violaretur*, ut est in Cuj. Pet. et Voss. nisi quod male linea transversam habeant super e. Vide ad B. G. I. 48.

c. 1 *Ad Brundisium*] Læva mens Pet. Ciacconium urgebat, cum hanc præpositionem delendam esse censeret; nam c. 101. legitur *Cassius ad Messanam navibus advolavit*. Et c. II. ‘*Cn. Pompeius filius—ad Oricum venit*.’ Sic et innumeris in locis Cæsar aliisque boni auctores. *Davis*. *Ad* non comparet tamen in optimo Petav. nec Bong. neque Voss. Sed vide ad VI. 3. Verum in Pet. exaratur *Brundisio venit*. Confer notata ad

B. Civ. II. 19. ‘Cordubæ mittere.’  
 4. *Tectis instratisque scaphis*] Sic quidem Scaliger edidit; quasi *tectæ* et *instratae* differrent *ligno* nempe *et pellibus*. Sed recte Vossius ad c. 15. judicat meliorem esse lectionem *instructisque*: quam præbent MSS. ad unum omnes et Edd. Vett. adeo ut fere putem, operarum esse mendum, temere deinceps propagatum, præterquam in Ed. Cellarii. Quid sint *instructæ naves* sive armamentis ornatae, vidimus ad B. G. v. 2. Infra c. 3. ‘Quinqueremes aptæ instructæque ad navigandum’.

c. 4 *Luboque ad frctum*] Libo, a quo paullo ante memoravit insulam contra portum Brundisium fuisse occupatam, Pompeianarum erat partium. Vide hujusce libri c. 23. De alio itaque hic loquitur Cæsar, cuius tamen auctores non meminerunt, adeo ut locum mendi suspectum habeam. Ms. Norvæ. et edit. Rom. exhibent *Jubone ad fretum*; Beroald. *Vibone ad fretum*: et sic legendum arbitror; Vibo enim oppidum erat Bruttiorum, a freto Siculo non longe dissitum. Vide Christ. *Cellarium Geogr. Antiq.* II. 9. p. 584. ed. Cantabr. *Davis*. *Vibone ad fretum*. Ita pulcherrime restituit Davisius ex Edit. Beroaldi. Quia cum consentiunt MSS. Eliens. et Vossii, qui habent *vibone* vel *jubone*. *Clark*. Ineptus sit, qui non amplectatur correctionem *Vibone*, ut legerunt jam Rhellic. Glareanus, Aldus, Vasc. Steph. Gryph. Ciaccon. (qui monuit in suo libro esse *Luboque*) et alii plures exhibuerunt. *Vibonem* etiam est in Pet. Cuj. Leid. pr. Voss. Lov. *Lubo* simpliciter in Edd. Medioli. ac Ven.

10 *Sunt ad incendia*] Sic etiam Leid. pr. Palat. Carr. et Dorvill. cum Edd. Aldi, Venet. Manutii, Seal. &c. In reliquis scriptis et Edd. *quaæ sunt aptæ ad incendia*. Quos tamen non audio. Vide, *quaæ* notavi cum alibi, tum ad B. G. v. 50.

12 *Constratae*] Pal. Pet. et Bong.

*rostratae*. Idem in codice Florentino et Carrariensi reperit Brutus. *Vossius*. *Rostratae* est etiam in Voss. Dorv. et Edd. primis. In Vasc. Marg. legitur *e quibus xxxv erant apertæ, xx constratae*, vel *e quibus xxx erant rostratae*. *Rostratae* prætulit Cellarius. Verum cum Lov. Leid. pr. sec. Seal. et Ciacc. aliique *constratae* servant, alterum potius interpolatorem sapere censeo. Eadem confusio occurrit c. 111. et B. Al. c. 11. Luc. I. 426.

18 *Profectus est et Libonem*] Particula copulans non est in Codd. Ms. Norvæ. et edit. Rom. A. D. 1472. *Profectus est Jubonem*, Ven. *Profectus est Libonem*. Beroald. *Profectus est Vibonem*, quæ vera est lectio, nt paullo ante comprobatum dedi. *Davis*. *Vibonem*. Vide supra, *Vibone ad fretum*. Vulgg. et *Libonem*. Ut forte legi possit *ad Vibonem*. Vide supra ad c. 100. Sed hoc perinde est. *Clark*. *Vibonem* diserte exaratur in Petav. Leid. pr. Seal. Lovan. et Edd. ante nominatis. *Vibonam* Voss. *Libonem* sine et in Ed. Med. Desunt et *Libon*. in Pal. et Dorv. Sed unice verum est *Vibonem*.

20 *Egit: secundum nactus ventum*] Sic quidem e Codice Ursini reposuit Scaliger: cum vulgo ederetur *egerunt*. *Cassius* sec. n. v. Codicum mira est disereptantia. *Egit Cassius* est in Pal. Bong. et Edd. primis: *egit*. *Cassiusque* Leid. sec. Lovan. Dorv. Sed *egerunt* præbent vetustissimi Petav. Sealig. Leid. pr. sine voce *Cassius*: at Vossian. *egerunt*. *Cassius*. Forsan scripsérat auctor *adpl. nostri ad t. n. egerunt*. *Cassius*, &c. Verba enim illa ‘propter eundem timorem’ videntur id postulare.

30 *Depressæ triremes*] Codices plerique *deprehensa*. Utraque lectio proba. *Clark*. Mei omnes servant *deprehensa*. In Brant. et Lovan. ac Dorv. Cod. *captae*. Vascos. *reprehensa*. Malim ego quoque *depressæ*, quia præcedit *ceperunt*, si per MSS. licet. B. Alex. c. 11. ‘*Capta est*

nna quadriremis, depressa altera, et c. 16. V. notas doctorum ad Nep. Con. c. 4. ‘Nullas naves capit, complures deprimit.’ B. Civ. i. 58. ‘partem navium deprimunt, nonnullas capiunt,’ non *deprehendunt*. Inveni id tamen in Marg. Vascos. et Ed. R. Stephani. Mire legit Leid. pr. de presente tirones.

cii. 4 *Quantum itineris*] Non potui non obsequi MSS. omnibus meis, item Ursin. Carrar. et Edd. primis, jubentibus rescribi *quantumcumque itineris*.

12 *Existimari non poterat*] Lego *aestimari*, ut plerumque in Mstis haec duo confunduntur. Nisi *existimari* pro *aestimari* ponatur. *Vossius*. *Dionys*. *Vossio* legendum videtur *aestimari non poterat*; sed nihil opus est manu medica, nam in optimis scriptoribus hae voces confunduntur. *Trentinus* *Heaut*. *Act*. ii. *Sc*. 3. 41. ‘Nam ea res dedit tum existumandi copiam Cotidianæ vitæ consuetudinem.’ *Idem Phorm*. *Act*. i. *Sc*. 1. 11. ‘Haud existimans Quanto labore partum.’ *Ubi Donatus*, pro *aestimans* inquit. *Sallustius*, ‘Si, Quirites, pacem existimaretis.’ *Livius* xxiii. 15. ‘Inde existimatu facile esse.’ Vide et *J. F. Gronovium* ad xxiv. 2. *Davis*. *Addē Cort*. ad *Sallust*. *Jug*. 31. § 19. ‘Scilicet existimabitis, qualis illa pax,’ *Comm*. ad *Nep*. *Cat*. c. 1. ‘magnique ejus opera existimata est,’ aliosque s̄epius.

15 *Et ad Mitylenas*] Sic MSS. Vide supra ad c. 100. *Vulgg*. et *Mitylenas*. *Clark*. In nullo meorum aut aliorum adest *præpositio*; ut nec in Edd. Ubique illam intrudere, ineptum est. *Mithilas* est in MSS. plerisque, et vetustioribus. *Mytilenas* *Pal*. *Bong*. Vide *Voss*. ad *Mel*. ii. 7. *J. Gronov*. ad *Herod*. i. 160. atque ita e nummis exhibuit etiam *Cellarius*. Græce etiam Μυτιλήνη. *Inscriptio* *vetus*: ‘Cives Romani, qui *Mutilenis* negotiantur.’ *Reposui* itaque etiam *Mytil*.

17 *In Cyprus*] Sic MSS. *Editi* *præpositionem* omittunt. *Clark*. Neque

hic in meis, aut aliorum, quod sciam, *præpositio* comparet: sed in Edd. *Rom*. *Ven*, et *Mediol*. additam video.

20 *Arcem ante captam*] Sic ex *Glandorpii* monitu et *Ursini* libro edidit *Sealiger*, et olim etiam Edd. prima *Vulgo* erat *arcem Antiochiam* c. unde *Glareanus* vel *Antiochiae* vel *Antiochenam* emendabat. Ultimum reperitur in Edd. *Vasco*s. *Str*. *Steph*. *Gryph*. post. *Arcem ante c.* confirmatur a *Bong*. In *Voss*. est *arcem aram captam*. In *Lovan*. *aram ante capt*. at in *Cujac*. *Scalig*. et *Leid*. pr. *aram captam*. In *Petav*. vero, *Palat*. *Leid*. sec. et *Dorvill*. *arcem captam esse*. Nec video, quid valeat hic  $\tau\delta$  *ante*, quod cum *Grutero* et MSS. optimis idecirco ejeci. *Antiochiam* et hinc *ante* ex abbreviatione  $\tau\delta\bar{\nu}$  *Ant*. mera est *Glossa*.

25 *Qui, quum*] Codices alii habent *quicunque*, alii *Nam quicumque*. Unde legendum vel *qui quum*, &c. quod ex *Ursini* Codice secutus est *Scaliger*. Vel, quod conjectit *Davisius* *Namque quum*, &c. *Clark*. *Ciacconium* debuit laudare pro *Davisius* *Clarkins*. *Ursiniano* codici accedit *Scaliger*. *Petav*. etiam, *Lovan*. *Leid*. pr. *Voss*. tantum habent *Quicunque*. Adeo ut in recensioribus modo restet illud *Nam quicumque*. Alioquin facile amplecterer *Ciacconii* conjecturam *Namque quum*.

28 *Nares solverunt*] Sic ex *Ursini* *Cod*. et Edd. primis restituit *Scaliger*, quibus accedit *Petav*. *Vulgo* edebatur *n. solvere jubeantur*: uti est quoque in *Ms*. *Brant*. *Leid*. sec. et *Lovan*. *Ciacconius* conjecterat *cogebantur*. *S. jubeant* *Bong*. et *Dorv*. *jubebat* *Palat*. sed *Scalig*. *Leid*. pr. et *Voss*. *naves solverent*: unde magis placet, quod jam expresserunt *Vasco*s. *Steph*. *Gryph*. post. *Str*. *solverant*: ut conveniat *præced*. *recepti non erant*.

ciii. 5 *Partim quos*] Transponit *Ciacconius*, *quos partim*, &c. Sed nihil opus. *Clark*. *Idem male quisque abundare censem*.

civ. 9 *Septimum tribunum militum*]

In vulgatis Appiani exemplaribus B. C. l. II. p. 480. legere est Σεμπράνιος ἀνὴρ Ρωμαῖος, τότε μὲν τῷ Βασιλεῖ, πάλαι δὲ αὐτῷ Πομπήῳ στρατευσάμενος. Et p. 481. Τὸν Σεμπράνιον εἶτε ἐπιγνώσκων Ρωμαῖον ὄντα, &c. sed utrobius reponendum est Σεπτιμίου nomen. Vide Plutarchum in Pomp. pagg. 660. 661. et Dionem I. XLII. pagg. 186. 187. Davis. Lucan. VIII. 597.

12 *Bello prædonum*] Id bellum intelligit, quod contra piratas Cilicas gessit Pompeius. Vide, præter alios Historicos, Florum III. 6. Davis.

13 *Naviculam parvulam concendit cum paucis suis, atque ibi ab Achilla et Septimio interficitur*] Sic quidem omnes Historici. Adi Plutarchum in Pompeio p. 661. Appianum B. C. I. II. p. 481. et Dionem I. XLII. p. 187. At Cicero de Divin. II. 9. ‘An,’ inquit, ‘Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si scisset se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri, amissò exercitu?’ quæ si vera lectio, cum ab aliis omnibus, tum ab se ipso diversus abit vir præstantissimus. Vide Tusc. Quæst. I. III. p. 145. ed. Fabric. Unde mendosum esse locum crediderim. Repono si scisset se in celone (vel potius celo; hoc enim navigium a plerisque celo dicitur. Vide Nonium Marcellum p. 557.) Ægyptiorum trucidatum iri. Celo navis est biremis, vel triremis, ut testatur Isidorus Hispaniensis XIX. 1. quod pulcre convenit cum Lucano; qui VIII. 662. seqq. auctor est interfectores Pompeii biremi vectos fuisse. Imperiti Monachi, cum non intellegent quid sit Celo, solitudinem, notius vocabulum, substituere. Tan. quidem Faber Epist. Crit. I. 4. ‘se a satellite Ægyptio contrucidatum iri’ conjectit, quæ sane hariolatio nimium abit a receptæ lectionis vestigiis, ideoque non temere est admittenda. Davis. Dele a repono ad substituere et eorum loco substitue: legerim

si scisset se in celo Ægyptia tandem trucidatum iri, vel a spadone Ægyptio demum trucidatum iri, ut ad ipsum Tullii locum monuimus. Auctoriis ibi laudatis adde Fulgentium in Expos. serm. Antiqui p. 180. et Senecam Epist. 4. *Idem*, cur. sec. Illustriss. Bouhier. locum Ciceronis emendat ingeniose in solitudine Ægyptio ferro. Adi illum ad Tusc. Disputat. c. 25. ‘Exercitu amissò nudus in servorum ferrum incidisset.’

cv. 3 *Evocasse*] Sic MSS. in Editis fuerat vocasse. Clark. *Erocasse*, quod habent cum aliorum, tum mei omnes præter Dorvill. et Palat. jam exhibent Vasc. Steph. aliisque. *Erocasse* Gryph. cum Ms. Scalig. Ciaccon. malebat *advocasse*. Rectius fuisse tum ad se eroc. Vide ad VI. 34. ‘Omnes ad se evocat spe prædæ.’ Sed non opus est. Adi ad IV. 20. 57.

4 *Ut iis testibus in summa pecunia uteretur*] Codex Brant. et edit. Rom. Ven. omissa præpositione, habent *ut iis testibus summa pecunia uteretur*, unde rescribit Ph. Rubenius Elect. I. 35. ‘ut iis testibus summa pecunia iniretur.’ Ms. Ciaccon. et edit. Beroald. repræsentant *ea summa pecunia*, at lib. Ursin. *in summa pecunia uteretur*, unde conjectit Ciacconius legendum *in sumenda pecunia uteretur*. Sed memores esse deberent viri eruditæ, Criticen jubere, ne vulgata lectio sollicitetur, cum sana sit et sincera. Davis. In abest etiam ab Ed. Mediol. et pluribus: *ea summa Leid.* sec. Dorv. Pal. Bong. et Edd. Vasc. Steph. aliæque: *ex s. Lov. in summan Pet.* et Voss. sed nil mutandum. *In summa* tuerunt Scalig. et Leid. primus: quamquam *in summan* nequamquam displicet. Ut finis et scopus significetur, cur eos testes adliberet. De qua locutione alibi post multos viros doctos pluribus egimus. Sic malo cum aliis apud Ovid. Met. XIII. 38. ‘*in cauſum proſit, Achivi.*’

7 *Elide in templo simulacrum Victo-*

*riæ, &c.] Non Elide tantum hoc accedit, sed ‘plerisque locis signa sua sponte conversa,’ si Jul. Obsequenti c. 63. fides sit adhibenda. Quin et Valerius Maximus I. 6. 12. ‘in delubris Deum sua sponte signa conversa’ tradit. *Daris.**

14 *Pergami in occultis ac remotis templi—quæ Græci ἄδυτα appellant]* In fano Bacchi accidisse auctor est Dio I. xli. p. 182. ‘Ἐν τε Περγάμῳ τυμπάνων τέ τινα καὶ κυμβάλων ψόφον ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀρθέντα, διὰ πάσης τῆς πόλεως χωρῆσαι. Porro quæ Cæsari hic remota et occulta templi, Valerius Maximus I. 6. *abdicta* nuncupat, nisi locus corruptus est: ait, ‘Sonum tympanorum Pergami abditis delubris editum.’ Illud certum, non hic *delubris*, sed *delubri* scribendum; facileque adducor, ut credam Valerium scripsisse *adytis templi*: cum illud *abditis* de hac re inusitatius sit. Sane Cæsar cum diceret *occultis templi*, addendum sibi putavit, quæ Græci ἄδυτα appellant. Sed, quod monendum, putavi in Ms. Cujac. pro *remotis* est *conditis*. In Palat. Petav. et Bong. *reconditis*. Quæ fortasse vera lectio est. *Vossius.* Bene Lambinus ad Horat. I. 16. et IV. 4. *templi corredit*, licet in MSS. plerisque etiam meis, sit *temporis*. Sed *templi* habent Palat. Bong. Leid. sec. et Dorvill. Verum in nullo est *remotis*. *Conditis* habet Leidens. sec. at Voss. et Dorv. *reconditis*. Leid. pr. *recognitis*. E Lovan. et Scalig. nihil varietatis tamen enotatum est. Sed et *reconditis* est in MSS. Ursini et Ed. Beroaldi. *Conditis* etiam in alio Ursin. et Ciaccon. Quare omnino putem *reconditis* esse restituendum; uti etiam id recepit Cellarius. Male autem *temporis* propugnabat Hotomannus, quia in Valer. *abditis delubris* legitur. Sed vide ibi Viros doctos § 13. *Abdicta* pro ἄδυτα hic etiam exaratur in Voss. Sed *abdicta* Latinis litteris Petav. Leid. pr. Scal. et reliqui fere. De his

vide etiam Ill. Spanhem. T. I. Præst. Num. p. 718.

18 *Palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento exstisset ostendebatur]* Plutarchus vit. Cæs. p. 730. ait παρὰ τὴν βάσιν τοῦ ἀνδριάντος exstisset φοίνικα. Etiam Valerius Maxim. I. 6. affirmat, ‘palmam viridem Trallibus in aede Victoriae, sub Cæsaris statua, inter coagmenta lapidum justæ magnitudinis enatam’: (sic et Jul. Obseq. de prod. c. 63. qui sua ex Valerio hausit.) Unde Ursinus hic legebat *intecto* una voce. Sed non video, quæ tunc mens verborum esse possit. *In tecto* Cæsari est ἐπὶ δέματος. Credo movit Ursinum, quod postea Cæsar ait ex *pavimento*: nam *tectum* et *pavimentum* duo opposita sunt. Verum nescivit paviri etiam *tectum* posse, ideoque pavimenti vocem de *tecto* recte usurpari, qui mos hodieque apud gentes orientes viget. Certe Hirtius quoque initio libri de bello Alex. ait: ‘sine contignatione ac materia sunt ædificia, et structuris ac fornicibus continentur, tectaque sunt rudere, aut pavimentis.’ Quod vero ad Valerii ac Plutarchi loca attinet, potuerunt ii alias auctores secuti esse; vel etiam ipse Cæsar ab assentatoribus perperam edoctus: ut ut est, verba ejus clara sunt, et vult palmam in *tecto templi* exstisset; quod majoris miraculi quam alterum, ut ex *pavimento* enata sit. *Davis.* Adsensum Vossio præbet Clarkius. Me vero nondum pœnitet conjecturæ, quam proposui ad Obseq. c. 125. ‘Trallibus in aede victoriae sub Cæsaris statua inter coagmenta lapidum magnitudine matura enata’: scil. *integra*, quo facit verbum *exstisset*: quo subitus ortus designatur. Vide ad VII. 35. et alibi. Cum Vossio tamen facit etiam Gruterus, eodem adducto Hirtii loco.

cvi. 2 *In Aegyptum iter habere]* MSS. mei ad unum omnes, miro con-

sensu, non agnoscunt præpositionem *in*. Quod nequaquam spernendum est. Consule congesta ad B. G. III. 7. ‘In Illyricum profectus est.’

5 *A Fufio]* MSS. et Edd. quidam rursus *Fusio*. Sed prænomen Q. addunt Leidenses, Scalig. Palat. Lovan. Bongars. Dorvill. et Edd. Vascos. Steph. Gryph. post. Strad. Quare id reposui. In Petav. et Voss. scribitur *atque F.* forte ab *Q. F.* De eo vide ad B. Civ. I. I. in f. ‘Q. Fufium Kalenum legatum.’

8 *In his erant legionibus hominum III millia]* Malo legere, *in his erant legionariorum III millia*. Quam vocem in Palat. et Bong. invenio, qui habent *legionariorum hominum*. Sed puto illud *hominum* eradendum: ex *legionariorum*, quod primo erat factum *legion. hominum*. *Vossius*. *Legionibus, hominum, &c.* Codices nonnulli, *legionariorum hominum*. Quod probat *Vossius*; nisi quod vocem *hominum* delendam existimet. Quo tamen facto nil opus. Nam et alibi phrasimili, *militum legionariorum*, sæpius utitur Cæsar. Neque vero reprehendi potest etiam lectio vulgata. Clark. *Legionarium h. est in Palat. Leid. sec. ac Dorvill. et Legionariorum hominum* jam exhibuerunt Vascos. Steph. Gryph. post. Strada. *Legionarii homines* in nostro ita nunquam junguntur, sed quidem *leg. milites*. Quamvis alibi *homines* de pedestibus dicat. Vide ad B. Civ. II. 32. Optimi etiam quivis libri habent *legionibus*: quod temere mutandum non esse opinor. In *legionibus* an alii sunt milites, quam *legionarii*? B. Alex. c. 69. ‘ut minus mille hominibus in ea legione esset.’

cvi. 1 *Propter atatem pueri]* Erat tantum annos tredecim natus, testante Appiano B. C. I. II. p. 480. Davis.

4 *Adjutores quosdam conscius sui]* Qui simul cum eo consciit erant hujus consilii. Sallust. Catil. c. 22. ‘Alius

alii tant. facinoris consciit.’ Rectius ergo videtur *sibi*; vel *consilii adesse*. Certe Aicardus et Lipsius adscripserunt *adjutores q. consilii sui*: quorum ultimus Lovaniensi Codice inductus videtur; in quo *consciis suis*. In Leid. pr. *consciis sui*. In Voss. *Conscis sui*.

5 *Regis amicis]* Sic MSS. Reg. et Eliensis. Editi *regiis*. Clark. *Regis* reposui quoque auctoritate Petav. Leid. pr. Lovan. et 4 aliorum. *Regis nunciis* Lovan. Dorv. et Palat.

10 *Ex duabus]* Addit Librarius Leid. primi *filiabus*. Quam vocem non nemo hic omissam existimat. Sed *filiis pro filiabus* etiam dici, notissimum est. Adi notas ad Frontin. IV. 3. 5. *Præstiterunt filiis pro filiabus Aristidis*: et Priscian. I. VII. Cap. de Dat. et Abl. Plur. I. Declin. Eadem confusio infra B. Alex. c. 33. ‘Majoriique ex II. filiis Cleopatrae.’

14 *Romam adlatæ]* Petav. Palatin. Leidenses, Lovan. Voss. Dorvill. rursus dant *Romæ*. Vide ad B. Civ. II. 19. ‘Cordubæ mitteret.’

Ut in æratio ponerentur] Quod in æde Saturni. Notum est solitos Romanos, fœdera, pactiones, testamenta in templis reponere, tanquam custodia tutissima. Forsan et quod hac re pactorum aut supremæ voluntatis violatoribus imprecarentur iram Deorum. Sic apud Tacitum I. Annal. ‘Augusti testamentum inlatum per virgines Vestæ’ quibus sæpe talia committi solita. Memini quoque in Sallustio legere me, in fano repositas fuisse tabulas federis. Et exempla alia concessit Lipsius. *Vossius*.

cix. 16 *Alter accepto vulnerc occupatus]* Ultima vox hue non convenit, cum ipsa etiam *interfectum* denotet. Velleius Paternulus II. 57. ubi de Cæsaris morte loquitur: ‘Dum clementiam, quam præstiterat, exspectat, incautus ab ingratis occupatus est.’ Justinus VII. 4. ‘Insidiis autem Eurydices uxoris — occupatus fuisset,’

&c. Hoc sensit J. F. Gronovius, qua de causa rescribit *alter accepto vulnere sopitus*; dicuntur enim *sopiri*, qui aut icti aut aliunde mente consternati deliquium patiuntur et pro mortuis concidunt, ut plurimis ostendit vir doctissimus Observ. IV. 8. p. 120. Mihī tamen hic præplacet *alter accepto vulnere obsopitus*; hæc enim conjectura proxime Codicum scripturam accedit, eaque voce usus est Solinus, cum alibi, tum c. 12. edit. Salmas. Davis. Gronovio ad sensum præbet Cellarius. In Leid. pr. modo legitur, *quorum alter interfactus est*. Non ausim ego proscribere *occupatus*, sive *obpressus*, *perculsus*, licet non ad mortem usque: nam et sic apud nostrum plus semel *exanimatus* dicitur pro defatigato; et *confectus vulnere* non modo, qui per illud interiit, sed etiam qui modo gravissime vulneratus est, ut hoc ipso libro c. 9. et 95. ac passim. Hinc *occupari* sexcenties dicitur homo iis animi affectionibus, quæ percellunt ita, ut nesciat quid agat. Livius I. 59. ‘illis luctu *occupatis*.’ Vellei. II. 6. ‘Caium Graecum *occupavit furor*: quod non mutarem in *occœcavit*. ‘Timore *occupari*’ in Cæsare aliquoties: B. G. I. 39. vi. 40. Male autem quidam exponunt *hic occupatus* quasi esset *prius*, quam alter vulneratus.

19 *Magnam*] Sic Ms. Reg. Al. *Magnamque*. Clark. Copulam omiserunt quoque Vascos. Steph. Gryph. post. et Strada. Sed male. Duas rationes dat, cur regem voluerit in potestate habere: et quia existimabat, Regium nomen magnam auctoritatem habere; et ut privatorum bellum, non regis videretur. In hisce enim cum ceteris auctoribus solet Cæsar ad *emphasim geminare conjunctionem*.

20 *Ut privato p. et lat. potius, quam regio consilio*] Sic Ms. Regius; elegantiori paullo verborum ordine, quam est in vulgatis, ut *potius privato paucorum, et latronum consilio, quam*

*regio susceptum, &c. Clark.* Eo, quo Clarkius ordine, disposuerunt jam eadem Edd., quas modo nominavi, et ita reperi in Bong. Ceteri retinent vulgatum ordinem, nisi quod *potius* desit in Voss. et Petav. Leid. pr. Voss. dent *latronum*, quam *regio consilio*; qnod amplexus sum.

cx. 3 *Hæc constabant*] Ms. Eliensis *Hæc*. Ms. Reg. et Edit. Rom. *Hi*. Quarum lectionum quævis ferri possit. Clark. *Hæc* est in Petav. Leid. pr. et duobus aliis. *Hi* habent Lovan. Palat. Dov. Leid. sec. qui codices solent consentire, et Edd. primæ. De qua synthesi supra diximus aliquoties.

13 *Qui vim suorum defendebant*] Insolens loquendi genus, *vim suorum*, pro *vim suis intatam*. Non absimili modo libro de bello Africano, ni fallor, legitur ‘*Scipio multa de terrore suo*,’ id est, quem hostibus incussisset ipse. Vossius. Propulsabant vim suis illatam. Dictys Creteus I. 4. ‘*Ob injuriam affinium*, quas supra memoravimus, consternabatur.’ Sic et II. 30. *Injuria sacerdotis* est *injuria sacerdoti illata*. Simili modo apud Apuleium Metam. I. I. p. 9. ‘*Impune se relaturum meas contumelias putat*.’ De hujusmodi vocibus reciprocis vide A. Gellium Noct. Attic. IX. 12. ac intt. ad Phædri Fab. II. 8. Davis. Et passim. Adde nos ad B. Gall. I. 30.

17 *Expellere, alios, alios arcessere*] Semel *alios expungi* malebat, auctoritate codicis sui Ursinus; cui adstipulantur Petav. Bong. et Leid. sec. Recte. Vide ad B. G. I. 8.

19 *Qui invenit, compl. Al. bellis. Hi Ptol.*] Sic primus, quantum scio, editit Scaliger ex Ursini libro. Ante eum in plerisque Edd. omittebatur vocula *hi*. Verum MSS. Pal. Bong. Leid. sec. Dov. et Edd. primæ *Qui invenit*. *Hi omnes c. Al. b. Ptol.* Sed Pet. Scal. Leid. pr. Voss. Carr. Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. Str. exhibent optime, ut restitui, *milia II. In-*

veterarunt hi omnes (*homines Leid.*  
pr. Scal.) *comp. Al. bellis*; *Ptolem.*

**cxi. 2** *Præterea oppidi partem, quam Cæsar]* Locus literula corrigendus, quamvis libri vett. repugnat. Scribo *oppidi parte*. Manuscriptus noster non incommodo habet, *præter eam oppidi partem*. *Vossius. Præterea oppidi parte*. Ita emendavit D. Vossius ex conjectura; atque ita in Ms. Reg. scriptum repperi. Nihilo tamen minus proba est vulgata lectio, *Præterea EAM oppidi partem*, vel, *præterea EA oppidi parte*; ut vox ea in præcedente *præterea* fuisse absorpta fiugatur. Sed sine Codicibus nihil muto. Quanquam favet nonnihil Codex antiquus Vossii, qui habet, *præter eam oppidi partem*. Quam quidem ipsam lectio nem non incommodam existimavit Vir ille doctissimus: ut adeo tota periodus hoc modo scribatur; *occupat Alexandriam*; *præter eam oppidi partem, quam Cæsar cum militibus tenebat*. *Primo impetu domum ejus irrumpere conatus est, &c.* Sed in ea lectione hoc est incommodi, quod pars posterior *Primo impetu, &c.* valde hinca est. Nisi forte legi posset, *Primoque impetu*. Sed ne sic quidem lectioni vulgata præstabit. *Clark. Legerim præterea in oppidi parte*. Cum tamen D. Vossii Mstus habeat *præter eam oppidi partem*, ac Gryphius ediderit *tenebat*: *ET primo impetu*; totus locus ita queat distingui, *occupat Alexandriam præter eam oppidi partem, quam Cæsar cum militibus tenebat*. Et *primo impetu domum ejus, &c. Davis. cur. sec.* Et non comparet in prima Gryph. editione, sed secunda, quæ, ut saepè patuit, ad exemplum Vasconiae est procurata. In ea enim, ut et R. Steph. ac Stradæ et additur. Sed optime D. Vossii Codex habet *præter eam*. Nam idem non agnoscit

*τὸ est, quod neque conspicitur in Petaviano nec Leid. primo. Quo omnia bene procedunt, occupabat Alexandriam præter eam o. partem, quam C. c. m. tenebat, primo in petu domum ej. inrum pere conatus.*

**1 Domum ejus] ‘** Partem Regiæ exiguum, in quam ipse habitandi caussa initio erat inductus; infra c. 112. *Clark.*

**cxii. 3** *Sed a superioribus regionibus — in mare jactis molibus]* *Joan. Brodæus Miscell. III. 5.* reponit *a superioribus regibus*, quia in mare moles jacere, non regionum est, sed hominum. Et hanc quidem conjecturam occupaverat Ph. Beroaldus: ita enim legitur in edit. quam procuravit A. D. 1508. Verum, ut opinor, sana est lectio a MSS. Codd. et antiquissimis edit. constanter repræsentata: nam vult Cæsar, in mare jactas fuisse moles, quas e superioribus regionibus convixerant. *Supcriores regiones sunt montuosæ, aliisque, minus depressæ. Eodem sensu superiora loca sæpe dixit noster.* Vide B. G. III. 3. et 14. *Davis.* Emendant Viri doctissimi, Brodæus, Beroaldus, Scaliger, Valensis, Hodius, aliique, *a superioribus REGIBUS*. Quod et Cellarius probasset; nisi verbum præsentis Temporis conjungitur ab adjecto *superioribus* abhorret. At non abhorret sane. Neque enim omnino refertur illud *superioribus* ad verbum præsens *conjungitur*; sed ad *præteritum jactis Molibus in mare olim jactis a superioribus Regibus*, etiamnum *cum oppido conjungitur*. Nihilo tamen minus, quoniam consentiunt MSS. omnes, lectionem vulgatam cum Davisio retinendam censeo. Ut hoc dicat Cæsar, *in mare jactas fuisse moles, quas a superioribus (scil. montuosis) regionibus convixerant.* *Clark.* At quis ita loquitur? *moles jacta in mare a superioribus regionibus per ellipsis τοῦ con rectæ vel similis verbi.* Potius explicuerint Viri docti, a notare locum,

unde hæ moles jaci cœptæ sint; ut initium ceperint a superioribus regionibus, et ita in mare longius extensæ fuerint. Quo sensu facile lectio vulgata se tueri potest. Ut verum tamen fatear, malim ego quoque *Regibus*, præsertim cum hoc confirmetur a Codice Vossiano, in quo clare ita inveni. *A sup. iis regionibus Lov.* De his molibus adi Amm. Marcell. XXII. 16. et ibi Vales.

10 *Pharos*] Sic bene Petav. pro *Pharus*; ut mox in Lov. Pet. et Dorr. ac primis editionibus, uti et Aldi et aliis est *Pharon*: quod reposui. *Pharus* quidem et ad *Pharum* supra retinent MSS. omnes. Verum non dubito, quin et illic scribi debeat *Pharos* et *Pharon*. Quod est in MSS. et Edd. B. Alexand. c. 14. sic Thapson MSS. B. Afric. c. 44. *Comprehendit* est in Carr. Leid. sec. et Voss. Ed. Flor. Sed Pet. Scalig. Leid. prim. *prehendit*. Vere, ut puto. Virg. Æn. II. 322. ‘Quam prendimus arcem?’ Lucan. v. 575. ‘liceat vexata litora puppe Prendere.’

15 *Dimisit*] Sic melius edidit Scaliger, quam quod in prioribus erat Edd. *demisit*. Sed in plerisque, uti et Edd. primis, erat *deduxit*: atque ita Pal. Bong. Voss. Leid. sec. Dorr. Lovan. Ciacc. Aliud quid latere docent Scal. Leid. pr. Cujac. et Petav. *deauxit* habentes. Quo quid extricandum sit, nescio. Pro Var. lect.

in Cuj. et Pet. erat *misit*. Sine adjuncto casu ponи id vidimus ad B. G. I. 34. *Pro regiones vero provincias exaratur in Pet. Scal. Bong. Leiden-sibus, Voss.* In Palat. et Dorr. o. *provincias propinquas circum*. Adeo ut forsitan in solis Cuj. et Lov. sit *regiones*.

20 *Hoc tractu*] Sic exstat in Edd. Roseti, Plantini et seqq. Juvatque Bong. Cod. *hæc*. At in prioribus et MSS. meis aliorumque, quantum scio, scribitur *nec*, sine sensu. *Faernus in hoc tractu*: quo faciunt variae lectio-nes Leidens. pr. et Lovan. in voce præcedenti. Videtur etiam verior, et ex *in oc factum esse vitiosum nec*.

30 *Magnis enim jacturis*] Codex Brant. (et Lov.) perperam exhibet *aucturis*. *Jacturæ sunt dona sive munera*. Vide notat. ad B. G. VI. 12. Simili fere modo hujusmodi largi-*tiones damna nuncupavit Plinius in Pan. c. 12. Davis.*

32 *In parte Cæsaris*] Leid. pr. *in partem*: at Nicasius legebat *in po-testate*. Male, Pothinus simulabat, se contra Achillan et Arsinoën in partibus esse Cæsarianis. Quare ejus perfidia deprehensa, occidit eum Cæsar. Bene id monuit quoque Ciaccon. addens locum Hirtii de B. Alex. c. 7. ‘Erat magna multitudo oppi-danorum in parte Cæsaris.’ Terent. Andr. II. 5. 8. ‘Nostræ timeo parti:’ et passim.

## DE BELLO ALEXANDRINO

### LIBER.

*A. Hirtii Pansæ*] Inepte ita in-scribi docui ad initium l. viii.: cum Hirtius et Pansa diversi fuerint ho-

mines. *Oppii* sive *Hirtii* Edd. Vett. Sed *A. Hirtii* simpliciter Bongars. et Leid. sec. bene. Alii *Cæsaris*, *Celsi*,

*Suetonii* nomen inscribunt, ridicule: immo in nonnullis est *J. Constantini Cæsaris.*

CAP. I. 2 *Ex Creta sagittarios]* In nullo meorum codicum, uti nec in Edit. Romana comparet *Præpositio*: quare eam jussi deleri. *Creta vocat*, ut *Rhodo arcessit*: nisi jungere velles *sagittarios Creta* i. e. Cretenses, vel legere *Cretas*, quia in MSS. Lov. et Bongars. exaratur *Certos*. Sed mutatione nequaquam est opus.

3 *Ab rege Nabataorum Malcho]* Ipsa vox ultima *Regem* significat, et ab Hebraica מֶלֶךְ ortum dicit. *Porphyrius* in vita Plotini. *Βασιλεὺς δὲ τοῦνομα τῷ Πορφυρίῳ ἐμὸν προσῆν, κατὰ μὲν πάτριον διδάκτον Μάλχῳ κεκλημένῳ.* Vide et Luc. Holstenium de vit. et script. Porphyrii c. 2. *Davis.* Vide etiam Cellar. et Salm. Plin. Exerc. pag. 892.

7 *Test. atque musculis aptantur]* Lipsius l. 1. Pol. D. 9. emendat *quatiuntur, captantur*, aut aliquid simile. Sed nihil opus. Id enim vult Hirtius: quæ partes minus firmæ essent, in iis testudines atque musculos, ad tegendos milites, fuisse collocatos. *Clark.* Lipsius margini adlevit quoque *laxantur, grassantur.* Gruterus exponit, loca infirmiora, quibus hostes invasuri erant partes urbis infirmiores, accommodata, quo instrumentis talibus sine impedimento uti possent.

10 *Incendio fere tuta]* Ita exhibent MSS. omnes constanter. Lipsius tamen oræ codicis sui adscripsit *ab incendio*, atque ita edidit R. Stephanus. Sine præpositione invenies quoque apud Seren. Sammon. de Medic. c. 61. ‘Ut tutus fias infestæ fraude noverce’ ubi vide Clar. Burm. Variatur apud Liv. III. 44. Sed et *incendio* exponi potest, *in incendio, dum est incendium.* Similia multa vide ad B. G. II. 1. ‘Imperio nostro.’

12 *Structuris]* Notandum, in optimo Leid. pr. legi *instructuris.* Quam vocem hac in re apud Isidorum oc-

currere, monui ad Front. II. 3. 17. Adde Salmas. Plin. Exerc. p. 268. 852.

16 *Illud sperans]* Fulv. Ursinus ex conjectura reponit *illud spectans*, et sane sic exhibent editi. Beroald. Vasc. coque alludunt MSS. Brant. Norvie. ac editi. Rom. Ven. in quibus est *illud exspectans*, præterquam quod eo modo sæpius loquatur Cæsar: interdum tamen aliter. Sic B. C. I. 43. ‘Hoc sperans, legiones tres ex castris educit.’ Et B. C. III. 85. ‘Hoc sperans, ut, movendis castris pluribusque adeundis locis, commodiore frumentaria re uteretur.’ Manifestum igitur est, lectionem vulgaritatem ferri posse, quam tamen, vir erroribus exscribendis natus, Joan. Goduinus ejiciendam censem. *Davis. Spectans.* Sic reponendum ex iis codicibus, qui habent *exspectans*. Editi *sperans.* Neutrū tamen male. *Clark.* Quum in MSS. Thuaneis ac meis omnibus et Edd. primis sit *exspectans*, cum R. Stephan. Ursino, Brantio, et Clarkio *spectans* prætuli. Vide ad B. Civ. III. 85. ‘semper, ut videbatur spectans, si iniquis locis se subjeceret.’

20 *Quarum alterius rei copiam exiguum]* Lepidus profecto hoc in loco est Rhellicanus; qui, ‘Ex sequentibus,’ inquit, (scilicet ex eo, quod una alterave infra pagina dicat Hirtius, ‘nullum omnino Alexandriae Fontem fuisse; flumen autem Nilum in ea parte Urbis fuisse, quam adversarii obtinebant;’) ‘ex his,’ inquit, ‘intelligi potest Cæarem, per (*Alterius rei copiam exiguum,*) aquam innuere.’ Quasi vero non in hac ipsa sententia, *aquam* plane nominasset: *ut AQUA pabuloque abundaret;* quarum alterius rei copiam exiguum, alterius nullam, &c. *Clark.*

II. 2 *Per quas fines Ægyptii, regnumque pertinet]* Turbant hic MSS. nam per quas non est in Dorv. quas deest Pal. *fines* exsulat a Leid. pr.

Voss. *finis* Bong. Leid. sec. *Ægypti* habent MSS. tantum non omnes et Edd. primæ. *Regnum sine que est* in Leid. pr. Quasi fuerit tantum per quas *Ægypti regnum pertinet*. Sed videntur librarii decepti esse singulari numero verbi *pertinet*. At consule dicta ad B. G. iv. 11. ‘principes ac senatus fecisset.’ Ciacconius autem pro *per quas* nimis temere conjectit scribendum *qua*.

5 *Convexerant et innumerabilem multitudinem adduxerant*] Lege et innumerabilem militum multitudinem adduxerant. N. B. Editionem nostram quatuor ultimis vocibus privavit error Typographicus. Davis. cur. sec. Ciacconio videtur deesse vox *hominum*, quia sequitur, *Hac multitudine disposita*: sed cur non inde patet militum vel *hominum* subintelligi?

13 *Obportunæ essent*] Ursin. Petav. Cujac. Scalig. Bongars. Leid. pr. Voss. Reg. Eliens. et Edd. primæ, item Vasc. Steph. aliaeque dant *obponi possent*. Quare recipienda videatur lectio Lovan. Pal. Leid. sec. Dorvill. et Edd. Venet. 1517. Gryphii, &c. *obportuni*, per Synthesin relato ad milites, non ad *cohortes*. Quod sæpissime usu venit in his commentariis. Confer loca ad quæ lectorem misi B. Civ. III. 87. ‘Copiae, &c.’ et plerique, B. Civ. II. 32. ‘Municipia, illi.’ B. Alex. c. 9. ‘naves. Hi.’

17 *Tabulatorum confixerant*] Nescio quem locum hic habere poterit vox ultima. Lego *confinxerant*. Sic Plinius H. N. x. 33. dixit ‘nidos configere.’ Davis. Nescit Davisius quem locum hic habere possit vox *confixerant*: ideoque rescribit, *confinxerant*. Sed nihil opus. Nam quemadmodum dicunt Latini Scriptores, *tabulas inter se configere*; ita similiter recte dicitur, *turres totidem tabulatorum configere*. Clark. Idem xi. 5. ‘Apes favos configunt et ceras.’ Pari modo ‘deorum simulacula configere’ est apud Lactantium Div. Instit. I. 11. Datis,

cur. sec. *Confinxerant* invenio in Ed. Elzev. et *confecerant* in Leid. pr. Sed cave quid mutes. Adludit Hirtius ad vocem πῆγμα. Glossæ *Configit συνάθσσει, πῆγμα confixum*. Adposite, ut legi debet, Apul. Metam. I. IV. p. 72. Ed. Pric. ‘confixilis machinæ subliciæ terves tabularum nexibus ad instar circumforaneæ domus’: ubi vulgo male: ‘sublicæ: terves tabularum nexibus.’ V. Comment.

19 *Funibus jumentisque objectis, directis plateis*] In eo solo variant Codd. quod Ms. Norvic. et edit. Rom. Ven. Beroald. cum aliis nonnullis exhibeant *directis plateis*; unde Pet. Ciacconius, omissa voce et mutata distinctione, rescribit *funibus jumentisque objectis plateis*, ut velit Hirtius, *jumenta objectu plateorum fuisse protecta*; nec ab hac sententia abhorre videtur Just. Lipsius, qui Poliorc. I. II. Dial. 4. pro *objectis* præterea legit *obtectis*; absque causa quidem sonica, etiam si priorem emendationem recipiamus, cum Cæsar B. C. II. 15. dixerit ‘adversus platei objectu.’ Sana est, ut arbitror, lectio vulgata. Sic hujusce libri c. 36. ‘Montibus tamen altis ab duobus lateribus *objectis*.’ Hoc certe præstat Scaligeranæ rationi, pro qua vox *objectis* tota est eliminanda. Turres procul dubio aliaque omnia iis plateis facilius aguntur, quæ rectæ sunt et sine multis flexibus. Davis. *Jumentisque objectis*, hoc est, *jumentis junctis*. Sollicitant hanc lectionem Viri docti, et emendationes nescio quas comminiscantur. Sed quemadmodum dixit Livius, *fores portæ objicere*, et *munitioes vallo objectæ*, hoc est, *adjunctæ*; ita recte quoque dici videtur, *funibus jumentisque objectis*, hoc est, *junctis*. Probam esse vulgatam lectionem, vidit et Davisius: verum quam affert similem locutionem, *Montibus altis ab duobus lateribus objectis*, ea non videtur satis ad auctoritatem habere similitudinis. Clark. Pro vulgata lec-

tione stant etiam Codices nostri me-  
liores. Nam *plateis* non comparat  
nisi in recentissimis Bong. Palat.  
Leid. sec. et Edd. pp. *objectisque*  
*Voss.* *direptis* Palat. et Dorv. Sed  
*directæ* seu *drectæ*, ut est in Petav. et  
aliis, *platee* sunt *rectæ*, ut *directum*  
*iter* alibi. Vide ad B. Civ. III. 75.  
*Objectis* ejici vellet quoque Gruterus.  
An *objectas* *directis* *plateis*, sive *oppo-*  
*sitas?* Quò sensu *objectæ insulae, loca,*  
*&c.* passim in his commentariis oc-  
currit. Cum Bruto tamen *plateos*  
*prefero*: quia videntur contraria esse  
*directæ plateæ*, et *in quamecumque par-*  
*tem.*

III. 1 *Fertilissima*] In Lovan. Co-  
dice corrupte legitur *feralissima*. Un-  
de Heinsius conjecit *feracissima*. Be-  
ne, nisi magis verisimile videretur,  
esse modo aberrationem librarii, re-  
tinentibus eeteris *fertilissima*: quod  
nemo sanus dammare possit.

9 *Gabinium cum exercitu fuisse in*  
*Ægypto*] Eo missus est Gabinius, ut  
Ptolemæum, ejecto Archelao, redu-  
ceret. Vide notat. ad B. Civ. III. 5.  
Huc respicit Valerius Maximus IX. 1.  
ex ext. 6. *Davis.*

14 *Tempestatibus propter anni tem-*  
*pus*] Ultima tria verba videri possent  
alicui esse Glossema; præsertim  
cum in MSS. Lovan. Palat. et Dorv.  
exaretur *Tempestatibus anni*. Quod  
non displicuit Grutero. Sed Heinsius  
conjiciebat *intercluso tempestatibus*  
*mari*: uti scribit auctor c. 43. Sed  
cave quid mutes. *Tempestates* passim  
vocantur cœli turbidae constitutiones,  
per quas minus navigabile est mare.  
Vide præter alia loca B. Gall. III. 12.  
IV. 3. et særissime. Hæ vero acci-  
dunt plerumque *per tempus anni hiber-*  
*nūm*, seu *tempus maris clausi*. *Anni*  
*tempus* frequens est in his commenta-  
riis. Adi notas ad VII. 16. ‘per singula  
diei tempora.’ Ipse Hirt. B. G. VIII.  
7. pabulatio propter anni tempus exi-  
guæ’ et infra c. 43. ‘hiberno tempore  
anni et difficili.’ B. Afric. c. 24. ‘per

anni tempus.’

IV. 8 *In milites*] Scālig. Leidenses,  
Lov. Pal. et Dorv. dant *militem*. Be-  
ne, pro militibus et omni exercitu;  
ut innumeris apud auctores locis su-  
mitur. Nil tamen mutare placuit  
tum propter Petav. et alios codices,  
tum propter præcedens *largitionem*:  
nisi ibi velles *largitiones*.

V. 7 *Plebes*] Ita bene ediderunt  
Vasc. Steph. Strad. Gryph. post.  
Plant. Scalig. et seqq. ut exhibent  
Codd. Seal. Leid. prim. et Petavii, in  
quo non est *plebis*, ut videtur scribere  
Gudius ad Phædr. Fab. IV. 5., sed  
*plebes*, si recte excerptis Gruterns.  
Reliqui habent *plebs*. At vide ad  
VI. 13.

VII. 2 *Ad extremum casum omnes*  
*deducti viderentur*] Ms. Norvic. et  
nonnullæ edit. *ad extremum casum*  
*periculi, &c.* Sic Curtius IV. 10. 2.  
‘Sollicitisque sub ipsum tanti *discri-*  
*minis casum* ingens religio — incussa  
est.’ Non multo aliter Livius IV. 27.  
‘casum anicipitis eventus’ dixit, et  
‘casum fortunæ’ Justinus XXVII. 1.  
*Davis.* Adde: Catullus Carm. XXIII.  
11. ‘Non casus alios periculorum.’  
Livius II. 13. ‘Adeo moverat eum  
et primi periculi casus.’ Igitur eorum  
Codd. lectio videtur reducenda. *Idem*,  
cur. sec. MSS. Reg. Eliens. et Vos-  
sii, *casum periculi*. Quam lectionem  
et exemplis allatis eruditæ tuerit  
Davisius. *Clark.* *Periculi* addunt  
MSS. Pet. Scal. Leid. pr. Cujac.  
Bong. cum Ursin. et Edd. Vasc.  
Steph. aliisque. Sine dubio vere,  
licet vulgata lectio utique sit proba,  
et ita occurrat B. G. III. 5. et alibi:  
similia vide apud Cort. in Sallust.  
B. Jug. c. 25. ‘casum victoriae’; et  
c. 56. ‘facinoris casum.’

4 *Graviorem extimescerent casum*]  
Sic Aldus, eumque seuti ediderunt.  
At MSS. constanter omnes, item Edd.  
primæ, Vasc. Steph. Gryph. et aliæ  
*Gravius*. Quod non videtur mutan-  
dum fuisse: *casum illum, scilicet,*

'aquam salsam factam, &c., extimescebant multo gravius:' quia tuto' recedere non posse se credebant.

5 *Celari Alexandrinos possent]* Ita vulgo hodie exhibent, quod a Scaligerana Ed. profectum videtur; sed in Ed. Elzev. a. 1675. inveni celare. *Alexandrinos* est quoque in Edd. Ven. et Florent. In reliquis omnibus et MSS. scribitur *celari Alexandrinis*. Quod idecirco restitui, ut apud Nepot. in Alcibiade c. 5. 'Id Alcibiadi diutius celari non potuit.' Verum tamen MSS. Scalig. et Voss. habent *Alexandrini*. Quod preferrem, ut usitatus. Cicero Fam. v. 2. 'te a fratre de re celatum esse.' Frontin. II. 7. 6. 'celatis et hostibus et militibus.' Plura vide apud Broukh. ad Tibull. I. 91. 'Non ego celari possim.' Reete ergo dicitur *Alexandrinus celantur*, et illi celantur *Alexandrinis*, i. e. latent iis: non vero illi celantur *Alexandrinos*. Dari debebat exemplum: ubi res celatur me pro ego celor illam rem vel de illa re occurrat. Reposui igitur *Alexandrinis*; non ausus recedere a plerisque MSS. favente Heinsio ad Ovid. Fast. IV. 149. sed inclino magis in *Alexandrinis*. Vide ibidem Cel. Burn. et ad Quintil. Decl. IX. 2. 'Quod ipse celatus sit.' Dein hi delevi auctoritate Petav. Scal. Leid. pr. Bong. a m. pr. Voss. quæ vox turbat sensum: quia sequitur illis, sc. *Alexandrinis*.

11 *Ut si mihi defendendi essent Alexandrinis, quod neque fallaces essent, neque temerarii]* Editi veteres, *Ut tum mihi*, &c. MSS. Reg. cum ut non, &c. MSS. Eliens. et Vossii, ut mihi—*Alexandrinis, neque fallaces essent*, —; *multaque oratio, &c.* Corrupte omnes. Exhibendæ tamen variæ lectiones, si quis inde meliorem vulgata forte extundere possit. Interim vulgata non multum videtur reprehendenda. Clark. Cum Ms. Reg. consentit Voss. in *cum ut non*. Bong. *ut quam mihi: tum* Edd. Med. Venet. Flor. Reliqui *ut mihi*

cum Edd. Vascos. Steph. Gryph. &c. *Quod abest ab MSS. omnibus et iisdem Edd. multaque oratio* est in Pet. Scalig. Leid. pr. Voss. Pal. Lov. Dorv. et Edd. iisdem. Quod si si deleas, eudem sensum vulgato efficit. Quare in re lubrica conjecturis indulgere nolo. Omnia usque ad finem capituli de Glossemate suspecta sunt Grutero.

*Ut si mihi, &c.]* Edit. Rom. Venet. Beroald. habent *ut tum mihi, &c.* Ms. autem Norvic. *ut mihi defendendi essent Alexandrinis, neque fallaces essent neque temerarii.* Testatur quidem Joan. Goduinus, locum esse corruptum, et Codices Mstos variare, quorum utinam diversas lectiones exhibuisset. Loquendi sane modus vituperari non potest: eandem enim phrasin adhibet Cicero Offic. III. 7. ubi ait: 'Primum Panætius in hoc defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit.' Attamen, nisi fallor, latens est mendum: nam licet temeritatis vitio laborassent *Alexandrinis*, de eo agendi hic non erat locus. Rescribo itaque *quod neque fallaces essent, neque VETERATORII.* Hujusce libri c. 24. 'Etsi fallacem gentem (de *Alexandrinis* loquitur) semperque alia cogitantem, alia simulantem, bene cognitam habebat.' Propertius Eleg. III. 9. 33. 'Noxia Alexandria, dolis aptissima tellus.' Quin et tota Ægyptiorum natio fraudibus et versutiis adeo erat dedita, ut Etymologici Magni scriptor Αἰγυπτιδέων interpretetur πανούργεων. Davis. Ingeniose admodum; sed exspectandi codices. Clark. At vide cum Cl. Wassio, *num temerarii iidem sint, qui falsarii, qui fidem temerant et violent.* Passim *temerare sacra, leges, et similia, quod a temeritate dictum est, teste Festo.* Vide omnino III. Heins. ad Vell. II. 60. Ovid. Am. I. 8. ex Ponto II. 2. et Broukh. ad Prop. II. 15. 21. Hine, 'intemerata fides,' Virgilio et aliis.

viii. 3 *Omnia enim litora naturaliter aquæ dulcis venus habere]* Si hoc sit perpetuum, ratio est, quia particulae aquæ per terræ poros ferantur, dum saline, ob figuram, in arctioribus meatus hærent, unde nonnulli Philosophi fontium a mari longissime dissitorum originem duxere. Vide Ren. Cartesium Princ. Philos. Part. iv. § 61. seqq. Davis.

11 *Qui primam dignitatem haberent]* Hoc est, qui honorem suum et existimationem rebus aliis omnibus sibi chariorcm et antiquiorem haberent. Clark.

13 *Impetus hostium adversos]* Hoc est; impetus hostium, in adversos et fortiter repugnantes. Phrasis inusitata, sed elegans valde et concinna. Hoc enim ait Cæsar: Si impetus hostium *adversi* ex munitionibus vix sustinetis, quanto minus eosdem *aversi et fugientes* sustinebitis? Clark.

ix. 2 *Operibus intermissis]* Latinam esse hanc locutionem, nemo dubitare potest. Nihilominus quia sequitur statim *intermittant*, non displicet lectio Edd. Rom. Venet. et Medioli. omissis: ut notavi ad Frontin. I. 4. § 13. ‘Omnibus omissis.’ B. G. VII. 31. ‘Omnibus omissis rebus.’ *Omittere et prætermittere confunduntur* B. G. VI. 34. Ceterum *ad fodiendum puleos* exaratur in recentissimis MSS. Palat. Dorvill. Leid. sec. et Edd. iisque, quod temere ubique viris quibusdam doctis placet. Ego antiquissimos Codices malim sequi. Adi notata ad B. G. III. 14.

x. 4 *Nudari]* MSS. Reg. et Vossii et Edit. Rom. *nudare*. Clark. Editiones, quas ego vidi, præter Clark. habent *nudare*. Quamquam non damno *nudari*; ut est in Urs. Cuj. Pet. et Gryph. Marg. Utrumque probum.

7 *Ex eo numero]* Sic reposui ex Ms. Norvic. et edit. Rom. Ven. Beroald. cum recentiores pronomen omittant, quod omnino videtur desiderari. Davis. Cum Eliensi recte

faciunt MSS. Reg. et Vossii. Cæterum in Ms. Regio ita scriptus est hic locus, *et nonnulli ex eo numero non longe—processissent*; Edit. Rom. Ven. et Med. *concessissent, &c.* Quæ lectio itidem ferri possit. Clark. *Et nonn.* etiam est in Leidens. sec. male. *Eo vero addi necesse fuit, jubentibus et MSS. omnibus, atque Edd. Med. Vasc. Steph. et aliis, nec non samo sensu.*

18 *Sibi etiam]* Ms. Reg. *Sibique etiam, &c.* Quæ lectio non mala. Coniunctum est enim cum eo, quod præcessit: *Nox autem—illis, &c.* Sibique etiam *hortandi* suos (noctu) auxiliū defuturum. Clark. Accedunt Leid. sec. et Bongars. recentissimi Codices.

xi. 5 *Turpiter in conspectu contumeliam]* Ms. Eliensis *turpem*. MSS. Reg. et Vossii, *turpem in conspectu hostium contumeliam, &c.* Clark. *Turpem* rescripsi fide MSS. Petav. Palatin. Bong. Sealign. Leidensium, Voss. Dorv. et Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. *Hostium* addunt quoque Pal. Bong. Leid. sec. Voss. Dorvill. recentiores omnes. *Omnium* mallet Gruterus. Ceterum pro illi, quod abest a nonnullis Edd., in Petav. Sealign. Leidensibus, Voss. Dorvill. exaratur *illis*. Optime scil. Rhodiis, licet *navis* præcesserit, synthesi frequentissima. Adi ad B. G. II. 11. ‘Equitatum. His Q. Pedium præfecit’ atque ita vitabitur ambiguitas, ne illi ad Cæsarem referas: quod videntur fecisse nonnulli Glossatores: unde in MSS. Lov. Palat. et Dorv. inepte legitur *acc. merito ad Cæsarem respiciebat*. Rhelic. et Cellarius ad navem referunt: quia nimis longe a reliquis proiecta erat.

13 *Depressa est altera, deinde omnes]* Edit. Rom. Ven. Beroald. aliisque nonnullæ exhibent *depressa est altera, alteraque perturbata, deinde, &c.* unde rescribit J. Fr. Gronovius Obs. IV. 19. ‘alteraque perforata.’ Feli-

citer, ut opinor, sic enim, inter alios, locutus est noster hujuscē libri c. 25. *Davis.* *Depressa est altera; alteraque perforata; deinde omnes epibatis nudatæ.* Voces istæ, alteraque perforata, desunt in Recentioribus. Ms. Reg. et Editt. Vett. exhibent, alteraque perturbata: unde J. F. Gronovius ex conjectura restituit, alteraque perforata. Feliciter. Sic enim infra Hirtius, c. 24. ‘triremem hostium perforasset et demersisset;’ et c. 46. ‘perforatae merguntur.’ Quod sequitur, *deinde omnes epibatis nudatæ,* manifesto corruptum est. Si enim OMNES epibatis nudatæ; quorsum subjungit statim, ‘magna præterea multitudo in RELIQUIS navibus propugnatorum esset imperfecta?’ MSS. plerique habent, *Deinde omnibus epibatis nudatæ:* unde Glandorpius scribendum existimavit, *Deinde nonnullæ epibatis nudatæ;* Turnebus, *Duae omnibus epibatis nudatæ:* Davisius autem optime: dein *duæ omnibus epibatis nudatæ.* Nisi forte etiam adhuc propius a MSS. vestigiis, unica tantum literula mutata, legi possit; alteraque perforata; *deinde omnibus epibatis NUDATA.* Clark. *Est non invenuste abest* a Leid. pr. *Altera perturbata addunt* ex meis recentiores Leid. sec. Dorv. Palat. et Edd. Med. Flor. Vascos. Stephan. Str. Gryph. post. At Lovan. et Dorvill. est alteraque perturbata. Dubitare possis, an illud perturbata seu perforata non potius sit Glossa τοῦ *depressa*, aut contra, ut fuerit *quadriremis*, alteraque perforata; ubi aliquis adscriperit *depressa*: licet et hoc verbum in hac re sit proprium apud omnes historicos, et nostrum. Nil definio. Vetustissimi certe MSS. qui que agnoscunt tantum *depressa* est altera. Verum ego quoque malim amplecti Gronovii emendationem, et cum Clarkio etiam rescribere *omnibus ep. nudata,* ut ad *perforatam* navem hoc referatur, et *deinde*, pro quo *duæ vel quinque margini adlevit* Lipsius,

*Delph. et Var. Clas.*

*Cæsar*

retineatur. *Omnes autem est inceptissimum, et omnibus exhibent Petav. Leidens. pr. Bongars. ac Voss. et Edd. Aldi, Gryph. Plantini, et alii.*

*Deinde omnes epibatis nudatæ]* MSS. Norvic. et Thuan. cum edit. vett. repræsentant *deinde omnibus*, ex qua varietate Joan. Glandorpius scribendum putavit *deinde nonnullæ omnibus:* Hadr. autem Turnebus Advers. xiv. 16. ‘duæ omnibus,’ &c. Lubens rescripserim *dein duæ omnibus epibatis nudatæ,* quæ quidem minima est mutatio, multoque minus, quam reliquæ conjecturæ, abit a Codicū lectione. *Davis.*

*14 Epibatis nudatæ]* Sunt *Epibatae*, qui navalibus operis æs merent, non aliter atque in castris milites; *Clasiarios* vocat postea Hirtius. Sic et passim Cæsar. Brant. Vide Joan. Schiefferum Mil. Nav. II. 3. *Davis.*

*18 Remigio]* Sic Ms. Regius. Al. *remulco.* Clark. Perperam Clarkius *remulco* mutavit; licet sit *remigio* etiam in Lovan. Palat. Dorvill. Leid. sec. corrupte ex scriptura Codd. *veterimorum remulgo*, ut est hic quoque in Petavian. Leid. pr. et Voss. vel ex *Glossa.* Vult auctor fune alligatas navibus victricibus, ab iis remigantibus protractas fuisse. Male enim Davisius quoque *cum* addi voluit. *Navibus inserui etiam e tribus meis et Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. &c.*

*Suis]* MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *suis navibus.* Quæ loquendi ratio Cæsari et Hirtio non infrequens. Clark. Carrar. Petav. Norv. aliisque codices, addita voce, dant *victricibus suis NAVIBUS Alexandriam, &c.* Ac sic edidere Beroaldus, Gryphius, atque Stephanus. Legerim *remulco* cum *victricibus suis NAVIBUS Alexandriam deducit.* De *remulco* vide Interpretes ad Cæsaris B. G. III. 40. et Jos. Scaligerum ad Festum in *remulco.*

*xii. 3 Quibus et superioribus locis sublevabantur, ut ex aedificiis defendi*

5 E

*possent]* Ante hæc verba manifestissimus est hiatus, quem intulit vetustas, unde apparet temere se gessisse Pet. Ciacconium, qui reposuit *ut vix adifia defendi possent*, cum de locis tam utilis nihil certo possit definiri. Hujus tamen lacunæ in Ms. Norvic. et editt. Rom. Ven. Beroald. nullum est indicium. *Davis.* Neque in nostris MSS. qui constanter habent *ex ead.* in Edd. quibusdam *ut vix vel ut et*, sine hiatu. Rhellic. capit pro a quibus Sc. Classiariis Cæsarianis. Cellarius reponit *qui*, retento *ut vix*, quod ab Aldo originem habet.

*16 Naturale—bonum]* Sic ex MSS. quibusdam rescripsit Victorius Var. Lect. x. 2*t.*; quem secuti sunt Scaliger et Recentiores. Al. *naturalem—nsum.* Vide quæ infra ad c. 60. ubi similis (in plerisque Editis) occurrit locutio. *Clark.* Accedunt MSS. Ursini, Petav. Leidenses, Pal. Bongars. Voss. Vulgatae antea lectioni adhærent Ms. Brant. Lovan. et Dorvill. quam ante Scaligerum jam abrogavit Plantinus.

*xiii. 1 Erant omnibus ostiis Nili]* Scribe ex Lovan. et Palat. *erant* in *omnibus ostiis Nili*, quemadmodum Beroaldus et Gryphius olim dederunt. *Davis.* cur. sec. In addunt quoque Dorv. Pal. et Edd. primæ, Vascos. Steph. aliæque. Quod male præfert Cl. Davisius. In hisce enim amant auctores, Cæsar certe et Hir-tius, subintelligere præpositionem, quam sexcentis et pluribus locis omitti singulae fere paginæ docent, sœpeque a librariis temere intrusam esse docuerunt dudum viri docti. Vide Artzen. ad Epit. Aur. Vict. c. 135. et indicem nostrum V. *in Standum* in hisce a MSS. vetustioribus. Eodem modo, ac hic c. 26. ‘locis idoneis ad Canopum in statione dispositis navibus.’

*Ostiis Nili]* Cod. Lovan. et Edd. Rom. Med. Ven. *ostiis portuum Nili.* Non inepite. Non enim tantum ora

*portus* Livius aliisque dixerunt, ut ad Lucanum vidimus x. 515. Sed et *ostium portus* aliquoties habet Livius. Consule Gronovium ad xxxv. 39. ‘Ad ostium portus est invectus.’

*2 Regiae navalibus]* Editt. Rom. Ven. Beroald. *in occultis regionis navalibus;* quæ lectio non placet, cum liqueat hæc navalia Alexandriæ fuisse sita. An scribendum *in occultis regis navalibus?* Ea certe in palatio regio fuisse, vix crediderim. *Davis.* *Regiae navalibus.* Editi Vett. et MSS. nonnulli habent corrupte, regionis *navalibus.* Davisius emendandum censet, *regis navalibus;* quia navalia in palatio regio fuisse vix crediderit. Sed proba est vulgata lectio. Supra B. Civ. III. 112. ‘Pars erat regiae exigua,—et theatrum conjunctum domui, quod arcis tenebat locum, aditusque habebat ad portum, et ad reliqua Navalia.’ *Clark.* Bene vulgatum defendit Clarkius, licet MSS. Brantii, Lovan. Leidens. sec. Edd. Mediol. Flor. et margo Vasc. *regionis* exhibeant.

*16 Una in cursu littore Ægyptio defeceral]* Pet. Ciacconius reponendum putat *littore Ægyptio decesserat:* quia sub finem I. III. de Bell. Civil. dixerit Cæsar, ‘naves imprudentia aut tempestate paullulum suo cursu decesserint.’ Argumentum sane prorsus est ficiulneum, cum illic de aberratione fiant verba; hic autem de navis interitione. *Davis.*

*xiv. 18 Eo qui intrassent]* *Eo* licet præcedat pluralis *rada,* defendi omnino potest ex notatis ad B. G. I. 6. et v. 14. Verum id in nullo inveni Codice aut Editione ante R. Steph. et Plantin. Ante eas vulgo legitur *ei* vel *ii.* *Ei* est quoque in Cujac. Petav. Scalig. et Leid. prim. Sed in Lov. Pal. Dorv. Leid. sec. Voss. Brant. et Edd. primis, item Ven. Beroaldi et aliis reperi *cis.* Recte omnino. *Intrare* enim cum Ablativo æque ac Accusativo construitur.

Quod non cuperunt librarii: unde et pro intrassent scripserunt transissent vel transirent, uti in Lovan. Pal. Brant. et Edd. primis ac Ven. Be-roaldi et Vasc. exstat, perperam. Adi viros doctos, quos laudavi ad Lucanum II. 555. et Markl. in Adden-dis ad Stat. Silv. III. 3. 61. ‘Hermi-que vadum, quo Lydius intrat Bac-chus.’ Infra c. 32. in MSS. quibus-dam, ea parte oppidi intrare.

xv. 6 *Primis navibus*] Ms. Reg. primis *navibus*: cui lectioni favet, quod sequitur, *reliquam classem*. Nec tamen ideo rejicienda vulgata lec-tio. Clark. *Primis* confirmatur a Scalig. Leidensibus, Lovan. Voss. Dorvill. et forsan reliquis, ut et Ed. R. Stephani: quorum auctoritati cessi; præsertim cum soleat haec vox jungi substantivo rei pro personæ. Adi omnino Cel. Gronov. Obs. I. 7. et quæ notavi ad Front. I. 6. 1. Cicero Epist. ad Fam. II. 13. ‘Cum prima aestiva adtigissem.’ Vulgatis favet Celsus, ‘si hæc vada primi ingredi-mur.’

10 *Hos quidem diutius*] Ms. Nor-vic. exhibet *hos enim diutius*, quod æque placet. Davis.

17 *Nullius remi d.*] Ms. Vossii *nulli*. Ms. Reg. *nullæque antique pro nulli*. Clark: *Nullis* est in Voss. et Edd. Flor. Sed *nullæque* habent Bongars. et Edd. Vascos. Gryph. post. ac Stradæ. Vide congesta ad VI. 12. ‘nullo adhibetur consilio.’

25 *Suis ab Diiis immortalibus exposceret*] Hic admodum facetus est Joan. Goduinus, nam ait, ‘non ut supra de Massiliensisbus I. II. de bello civili ab diis exposceret, sed ab suis: nam Ægyptiis sui erant Dii, non aliis tan-tum gentibus communes, sed aliis etiam gentibus exosi.’ At præter-quam quod hic tam de Romanis, quam Alexandrinis agatur, bonos certe auctores parum trivit, qui non statim videt *suos* idem denotare ac suas partes. Sic B. C. III. 100. ‘Cor-

cyra Dyrrachioque aquam *suis sup-portabat*’ Et hujusce libri c. 16. ‘Sæpenumero Cæsar *suis* exposue-rat.’ Sed quid opus exemplis? Ta-lia in Cæsare et aliis μυριάκις occur-runt. Davis.

xvi. 2 *Prorsus—effugium dabatur vic-tis*] MSS. plerique habent corrupte, *pul-sis—effugium dabatur rictis*. Ms. Reg. *pulsis* dabatur *effugium—ullum*. Quod ferri posset. Sed præstat vulgata Lectio, propter elegantiorē ἀντίθε-σιν, *victis* et *victoribus*. Clark. Cum Reg. faciunt Palat. Leid. sec. et Edd. Vascos. Gryph. post. Str. In Bong. est n. en. *pulsis* n. t. n. m. ul-lum d. *refugium*. In reliquis MSS. et Edd. omnibus ante R. Stephanum, quem Scaliger videtur securus esse, est *pulsis* et *victis*. Verba *dabatur* *victis* ab interpolatore addita censem Gruterus. *Prorsus* non displicet; si modo reperiatur in aliquo Codice.

3 *Illi—omnia tenerent*] Nulli Editorum animadverterunt, non cohæ-rere hæc cum præcedentibus *dabatur* et *erant*. Legendum aut, *omnia te-nebant*; et deinceps, *periclitabantur*: aut, addita vocula, Cum illi—*omnia tenerent*, &c. Clark. Sed illud cum vel nam satis subintelligi potest.

6 *Perpaucos de summa rerum ac de salute omnium decertare*] Mirum, quam ad lucem hic cœuentierint Viri doctissimi. ‘*Perpaucos*,’ inquit Cellarius; ‘quia, propter loci angustiam, classis explicari non potuit.’ Quasi vero non jam antea diserte narrasset Hir-tius, postquam Rhodiæ naves vada et angustias pertransissent, *reliquas* etiam, adeoque totam classem, *esse subsecutas*. Rhellicanus autem multo adhuc pejus: ‘*Hoc*,’ inquit, ‘inde fortassis eveniebat, quod viderent cum gloriam, tum victoriæ commo-dum, non ad singulos, sed ad unum Cæsarem pervenire; ad hæc, quod non pro patria, sed alèna et externa terra et regno adipiscendo decerta-rent: quum e. contra Alexandrino-

rum quisque pro focis et aris, liberis et uxoribus suis pugnaret.' Quasi vero Cæsareani non pugnarent serio; 'quibus victis,' jam dixerat Hirtius, 'neque mari neque terra perfugium dabatur ullum.' Aut quasi *Perpaucos* ideo diceret Hirtius, quia plures scilicet *Noluerant* decertare: Quo nihil potest a vero longius abesse. Mens Autoris manifesta est: *Perpaucos de salute omnium necessario decertare*, propterea quod salus totius exercitus penderet ex Victoria *NAVALI*; quæ naves parvam tantum exercitus partem, pro sua et reliquorum omnium salute dimicaturam, continere poterant. *Clark.*

*8 Cavendum]* Sunt qui emendent, *cadendum*. Ego, quin scribi debeat, *CEDENDUM*, nullus dubito. *Siquis—cessisset, reliquis etiam esset cedendum.* Quam conjecturam a Jo. Rosseto jam ante occupatam video. *Clark.* *Cavendum:* si sana sit prima sententia pars, vix dubium videtur, quin legi debeat, *reliquis etiam esset CEDENDUM*; ut Rossetus et Clarkius statuerunt. At cum Gryphius aliisque plures ediderint, *esset cadendum*; forte rectius legas si quis *aut animo aut virtute* cecidisset, *reliquis etiam esset CADENDUM.* Cicero Fam. Epist. vi. 1. 'Non debemus ita *cadere animis*, quasi aliquid evenerit, quod fieri posse nunquam putavimus.' *Similiter mente concidere* dixit idem Philip. iii. 9. et *concidere animis* nos-*ter* Hirtius B. G. viii. 19. *Davis.* cur. sec. *Cessisset* valet idem, quod *succubuisse*, *defecisset*. Ut *cedere in-vidie.* V. Viros doctos ad Phaedr. iii. 9. 4. *labori* Claud. Ruf. i. 329. Ovid. Art. ii. 229. 'Secum habet ingenium qui, cum libet, Accipe, di-*cit.* Cedimus, inventis plus placet ille meis.' *Cavendum* etiam non mutem; quod retinent MSS. omnes, et Edd. primæ, licet *cadendum* exstet in Edd. Vascos. Stephan. Gryph. Manut. Plant. et aliis. *Reliquis* sibi con-sulere, et salutem fuga vel quocum-

que alio modo querere, ac sibi cavere deberent.

18 *Neque flexi ad virtutem ex tanta multitudine viri, virtuti nostrorum pos- sent adæquari]* Edit. Beroald. *neque flexi ad virtutem ex tanta multitudine hostium viri, virtutes nostrorum possent adæquare.* Ms. Victor. *neque flecti ad virtutem ex tanta multitudine hostium, neque pro voce riri, in reliquis au- tem eandem lectionem repræsentat* ac Beroald. Alii Codd. a vulgata diversi non abeunt, nisi quod constanter exhibeant *ex tanta multitudine hostium viri.* Repono *neque electi ad virtutem ex tanta multitudine hostium viri*, ut partim ante me viderat Pet. Ciacconius. *Electi ad virtutem idem valet ac lecti ob virtutem.* Cæsar B. G. vii. 85. 'Exiguum loci *ad declivitatem* fastigium, magnum habet mo-mentum'; ubi Vossius frustra repo- nit *ob declivitatem.* B. C. iii. 88. 'Quam ad causam cunctum equitatum —in sinistro cornu oljeccrat.' Livins iii. 48. 'Decemvir alienato *ad libidi- nem* animo.' Alia suppeditabit Th. Munckerus ad Hygini Fab. xlvi. p. 94. *Davis.* *Electi.* Ita pulcherrime restituit Davisius ex Ms. Victorii (adde et Regium et Vossii), ubi scrip-tum est *flecti ad virtutem.* Vulgati habent, *flexi ad virtutem.* Quæ est inepta locutio. *Electi ad virtutem* est *electi ob virtutem* et eleganter dictum. Ut, allatis ex aliis bonis auctoribus exemplis, ostendit Vir Doctissimus. Quibus tu adde ex ipso Cæsare supra de Bello Civili iii. 84. 'electos milites *ad perniciatem.*' Nam quod ex Cæsare adfert Davisius, 'Exiguum loci *ad declivitatem* fastigium magnum habet momentum' supra B. G. vii. 85. illud *ad declivitatem* non est *ob decliv.* sed *quo ad declivitatem.* Vo-cem *hostium* in Editis omissam ex MSS. restituit Davisius. *Clark.* *Flecti etiam* habent Bongars. Leidenses, quare omnino placet Ciacconii et Davisii conjectura *electi seu lecti.* Consule notata ad B. G. v. 40. et

alibi: *flexi ad virtutem posset exponi, inducti ad virtutem ostendendam sci-licet et exserendam.* *Hostium vero, quod cum Davisio addidit Clarkius, reperi quidem in Leid. sec. Bong. Edd. Rom. Ven. Med. Beroaldi et aliis, sed sine dubio natum e Glossa, nam et praecedentia etiam ad hostes pertinent, et intelligitur satis ex oppositione nostrorum.* Sic statim quas protexerunt Bong. addit pr. hostes. Non capio autem quid velit Brutus, legendo flecti ad v. tanta m. hostium vires, virtutem nostr. p. adæquare. Viri abest a Bong. et Leid. sec. quorum primus virtutes, alter ut neque virtutis habet: virtutes etiam Ed. Flor. et adæquare cum Voss. et Leid. sec. adæquarent Scalig. Adæquare neutraliter cum dativo alibi occurrit quoque, et apud ipsum Hirt. B. G. viii. 41. ‘Turris, quæ mœnibus adæquaret;’ si MSS. fidendum.

22 *Propinquam fugam ad oppidum ceperunt]* Ad oppidum propinquum fugerunt. Livius xxii. 1. ‘Fugam reliquæ ceperunt.’ Dictys Cretensis ii. 39. ‘Neque diutius sustinere ausus Alexander, fugam capit.’ Sic locutus est et Hirtius B. G. viii. 26. *Davis.* Capere fugam vulgo erat quoque apud Ovid. Fast. iii. 867. sed elegantius ibi Cl. Burn. restituit, ‘Utque fugam rapiant.’ Ceterum melius videtur Goduino MSS. Victor. et Thuan. lectio propinquum. Et sane ita ex meis quoque exhibent Pal. Bong. Voss. Leid. sec. in quo fuga.

xvii. 4 *In oppido et illam et urbem]* Sensus hujus loci satis clarus, si constaret, ita Hirtium locutum esse; sed nusquam liquet, Cæsarem voluisse uno tempore insulam et urbem tentare, et vehementer turbant MSS. et Edd. Vett. Pal. Bong. Leid. sec. habent et oppidum et urbem: at Carr. Edd. primæ, item Vasc. Steph. aliæque et oppidum et illam et urbem. Inepte: MSS. Urs. Petav. Voss. in

oppido et illam in urbe. Cuj. Seal. Leid. pr. In oppido et illa in urbem. An illam sc. insulam, et turrem sc. molem, in qua erat turris, dixit? Non liquet, quare ἐπέχω.

8 *Alteram insulae partem]* Ms. Ellensis, inde alteram, &c. MSS. Reg. et Voss. et Edit. Rom. neque alteram, &c. Ut forte legi debeat atque alteram, &c. Porro has voces alteram insulae partem ita accipit Rhellicanus, ut significant eam insulae partem, quam adhuc tenebant Alexandrini; que pars opponatur ei, quam a se occupatam et præsidio munitam, supra dixerat Cæsar in calee libri præcedentis. Mihi vero hoc ita potius accipendum videtur, ut dicat Hirtius Cæsarem, ejus loci, quem tenebant Alexandrini, alteram partem in constratis navibus aggressum. Etenim manus hostium distinenda causa hoc factum, narrat. Clark. In alteram habent quoque Lov. et Leid. pr. Inque Leid. sec. Palat. Bongars. et Edd. primæ, alteramque Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et aliae: atque in alteram Ed. Flor. Sed verissime Pet. Inde alteram: quod et placuit Grutero. Dein cum ejeci auctoritate MSS. Urs. et meorum ad unum omnium. Navibus additum conjicit quoque Gruternus, quia in Bong. est navigiis. c. 19. ‘ad incendia oneriarum.’

10 *Ac primo]* Ita ex MSS. et Editt. Vett. restitui, sententia ipsa postulante. Hinc enim mox ex adverso respondet, sed ubi, &c. Scaliger et recentiores ediderant, At primo. Quod sententiam prorsus turbat. Clark. Consentunt cuncti MSS. Edd. Vett. in τῷ ac, ut et Ed. Elz. A. 1675.

16 *Pertentatis]* i. e. Bene et exakte tentatis, ut alibi apud auctores optimos. Si tamen MSS. addicerent, non displiceret prætentatis, quod exstat in Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. et Stradæ. Adi ad v. 15. Cave vero cum iisdem Editis legas constituerant pro instituerant: licet adstipu-

lentur Pet. Leid. pr. et Pal. B. Gall. iv. 33. ‘In jugo insistere.’

20 *Ad littora et vicum applicaverunt*] Ex MSS. Reg. et Eliensi reponendum existimo, naves *ad littora et vicum applicaverunt*. Quanquam et subintelligi potest vox *naves*. Clark. *Naves* addunt quoque MSS. mei plerique si excerptis fides habenda; uti et Edd. Vase. Gryph. Steph. et aliae: et ita B. Civ. III. 101. et alii passim. Quia tamen in Leid. pr. nec Edd. primis ipse inveni, præstat id non intrudi, cum sepe subintelligatur, ut apud Just. II. 4. 21. B. Hisp. c. 37. ‘ad terram adplicant’ nisi velles *naves* sumere in nominativo, quanquam ego mallem intelligere ipsos nautas, qui *pulsis Pharitis* (male enim MSS. et Edd. quidam *Hi pulsi*) id fecerint. *Navis adplicat* est apud Prop. I. 20. 20. ‘Mysorum scopulis adplicuisse ratem.’ ‘Naves proximo litori adplicuisse.’ Front. III. 16. 5. Aliquis me audacior conjiceret, *hostes* vel *reliqui* excidisse. Durius esset, ut *his pulsis, adplicarerunt* positum sit pro *hi cum pulsi essent, adplicarerunt*: ut iidem intelligentur. Adi tamen ad B. Afric. c. 10. ‘Omnibus insciis, sollicitabantur.’

XVIII. 1 *Ipsi*] Deest hæc vox in MSS. Reg. et Eliensi. Et deesse debere videtur: nullam enim hoc in loco emphasin habet. Clark.

*Ex munitione se continere*] Primam voculam delevit Jos. Scaliger: Fulv. autem Ursinus, notante Ciacconio, reponit *in munitione*. At a Codicum scriptura quam minime recedendum; quare placeat ea *munitione*. Davis. Ea *munitione*. Ita restituit Davisius, conjectura felici. MSS. et Editi habent, ex *munitione*. Ursinus conjectit; in *munitione*. Sed Davisii emendatio melior, et a Codicum scriptura propior. Clark. Pro *ipsi ex malim ego* scribere conjectura, ni fallor verissima, *Pharitæ*. *Ipsi abest quoque a* Pet. Scal. Leid. pr. Voss. et Bong.

qui non habet etiam *ex*.

11 *cccc p. intervallo enataverunt*] Non possum non amplectendam censere scripturam MSS. Urs. Pet. Leid. pr. et Vossiani, et Ed. Scal. *intervalum*. Sive Accusativum hunc cum Grammaticis per ellipsis præpositionis capias, quia spatum denotatur; uti B. Afric. c. 37. ‘Parvulum proclivitatem digressus,’ ubi Lipsius codici adleverat *parvula proclivitate*: sive jungas verbo *enataverunt*: ut apud Valerium Flacc. v. 319. ‘tantumque fretis enavimus orbem.’ Ceterum a mole ad mare Cæsar B. Civ. III. c. ult. dixit longitudinem esse passuum *cccc*: atque ita exhibet nobis hic Codex Vossianus.

14 *pc*] Sic vel *sexcenti* constanter habent Editi, at vero nullus Ms. In iis enim scribitur *vi*, superducta virgula; id est *sex milia*, ut diserte est in Petaviano, vel *sex mil.* seu *milium*, ut dat Cujacianus.

XIX. 2 *Ad pontem, qui propior erat Pharo*] Quoniam in fine libri præcedens dixerat Cæsar, ‘Pharon ponte cum oppido conjungi,’ ideo Viri doctissimi, Rhellicanus et Cellarius, *Unum* solummodo pontem existimantes, hoc ita accipiunt, ut dicat Hirtius PARTEM *eam* pontis, quæ propior erat *Pharo*. Id quod Latinitas quidem patitur. Sex ex sequentibus manifestum est *duos* fuisse *pontes*; quorum *altero*, coniuncta erat moles cum Pharo; *altero*, moles eadem iterque angustum, opposita sui parte, coniunctum erat cum *oppido*. Infra *His obtentis duobus*, scil. *pontibus*: et dein, per *pontes*. Quod igitur dixerat Cæsar in fine libri præcedentis, intelligentum est de horum Pontium *altero*; ubi nihil erat opus, ut *utrumque* memoraret. Clark.

10 *Cohortium trium instur*] Circiter tres cohortes. Columella de re Rust. II. 5. ‘Acervi stereoris instar quinque modiorum disponentur.’ Sic etiam Livius, aliisque sunt locuti, adeo

ut non esset, cur Joan. Rhellicanus de hujusc locutionis infrequentia quereretur. *Davis.*

13 *Erat, fornice exstructo]* Sic vulgo hunc locum distinguunt; quasi Cæsar fornicem extruxisset: perperam. Exitus navibus erat fornicesive per fornicem, quo pons sustinebatur. Ibi lapidibus oppleri pontem jussit. Delevi itaque distinctionis notam; uti est in Edd. primis et Gryphii, nec enim contra MSS. opus puto, cum R. Stephano scribere *fornicem exstructum*: quamquam nonnulla clarior foret oratio.

15 *Effecto, nulla omnino s. eg. posset; altero instituto, &c. ejecere]* Non coherent haec. Optime Msti et Edd. Veteres, si omnium primas excipias, habent effecto, ut n. o. s. egredi posset, altero inst. ejecere. Quum pons obstructus erat ita, ut nulla scapha egredi posset, et prævallari adversus Alexandrinos inciperet, Alexandrini se ex oppido ejecerunt. Ellipsis particulæ ita vel *deo* non percepta videtur corruptioni ansam dedisse. At vide de ea ad B. G. III. 14. *Ejecerunt etiam rescripti fide Mstorum Pet. Leidd. Pal. Voss. Bong. et aliorum.*

xx. 10 *Alexandrini ex navibus egrediebantur]* Reponendum ex Ms. Norv. ac edit. Rom. Ven. Beroald. *Alexandrini plures ex navibus egrediebantur*: illa enim vox paucis Alexandrinis opponitur, qui ante navibus sunt egressi. *Davis.* Aut cum Davisio ex Ms. Eliensi (adde et Ms. Regium) et Ed. Vett. omnino rescribendum, *PLURES ex navibus egrediebantur*, ut respondeat præcedent paucis. Aut illud *egrediebantur*, intelligendum erit, *egredi pergebant*. *Clark.* Inserni, quod et olim jam Grutero placuit, vocem *plures*, fide Mstorum Cujac. Petav. Ursin. Leid. pr. Scalig. et sec. Item Pal. Bong. et Edd. Mediol. Vascos. Steph. et aliorum.

12 *Simil qui]* Turpiter hic dormiavit Rhellicanus, qui haec de Alex-

*andrinis* absurde accipit; cum mens authoris, longe alia, admodum perspicua sit. Hoc nimur ait Hirtius: Quo tempore Cæsareanorum illi, qui *ex longis navibus se ejecerant*, temere in naves refugere cœpissent, insequentibus *Alexandrinis*; eodem tempore reliquos, qui *in longis navibus remanserant*, timore itidem correptos, scalas rapere, nevesque suas a terra repellere; ne, repulsi militibus, etiam *navium ipsarum* potirentur *Alexandrinis*. *Clark.*

19 *Munitonem, &c.]* Neque minus mire hoc in loco ad lucem cœcutivit idem Vir doctissimus, quum *castellum in ponte eo*, qui Pharo propior erat, a Cæsare munitum supra c. præc. hic somniavit. Nihil enim manifestius, quam munitionem hic intelligi *eam*, quam instituerat Cæsar ‘ad prævalandum (c. præc.) alterum illum pontem, qui *Oppido* propior erat, et contra quam munitionem, omnes *Alexandrinorum copiæ* ex oppido se ejerant.’ *Idem.*

26 *Adlevati scutis]* Ut scutis, quasi utribus innixi natarint, in Edd. primis exhibetur *elevati*: sed MSS. Ursini, Petavii, Scalig. et Leid. pr. dant *adlevatis*. Quod non innerito placuit Ursino, et Grutero. Ut scuta elata super caput habuerint ad se contra telorum ictus protegendas: quales figuræ in multis reperiuntur marmoribus, ac sæpe in periculo a Romanis factum legimus. Antiquitas etiam et integritas eorum Codicum postulare nostrum adsensum videntur.

xxi. 12 *Paulo ultra eum numerum]* Beroaldus, Gryphius, et Ursinus exhibent *paullo post eum numerum*. Parum quidem Latine. Petav. autem et Norvic. dant et prope *eum numerum*. Hoc equidem propter Codicis Petaviani præstantiam lubens reciperem. *Davis.* cur. sec. Adsentior Grutero et Davisio, prope recipientibus; ita tamen ut retinere malum *paullo*, ut scrip-

serit *paullo prope eum numerum*. Quod non ceperunt librarii; unde *prope ejecerunt quidam*; alii *paullo*, alii *post substituerunt*. Nam *paullo post eum n.* est etiam in Lovan. Palat. Bong. Leid. sec. et Edd. Vett. prater R. Steph., quem secutus est primus Scaliger, qui habet *ultra*, et si excerptis fides est, confirmatur a Cod. Scalig. vel D. Vossi. At Leid. pr. et Voss. modo exhibent *paullo eum numerum*. *Paullo prope dici videtur*, ut *paullo ante, post, prius, &c.*

**xxii. 1 Tantum abfuerunt]** Nonnulli MSS. absunt. Unde legendum conjecterim *tantum abfuit*, &c. Quod elegantius est, quam *abfuerunt*. Clark. Quinam hi codices sint, in quibus absunt exaretur, nescio: *fuerunt* est in Scal. et Leid. pr. *Abfuerunt ut perturbarentur* posset dictum esse pro *abfuerunt a perturbatione*. Quomodo *abesse a metu, dolore, a sententia, et similia* dicuntur. Just. II. 5. ‘Pistratus parum a capienda urbe absuit.’ Ceterum MSS. hic amplius turbant: nam in Leid. sec. et Pal. scribitur *tantum modo sunt perturbati sed incensi, atque m. a. fecerunt sine participio incitati*, quod abest etiam a Voss. Pro *ut etiam sed exstat* in Edd. antiquissimis. Dein potius non comparet in Pet. Leidensibus, Palat. Bong. uti nec in Edd. primis aut Beroaldi. Reete. Brutus apud Ciceron. Epist. ad Fam. XI. 10. ‘Tantum abest, ut meæ rei familiaris liberum sit quidquam, ut meos jam omnes amicos ære alieno obstrinxerim.’ Cicero tamen Tusc. Quæst. I. 31. addidit: ‘Tantum abest ab eo, ut malum mors sit, quod tibi dudum videbatur, ut verear, ne homini nihil sit, non malum aliud certe, sed nihil bonum aliud potius.’

**3 In præliisque]** Sic Ms. Reg. Quæ et verior videtur lectio. Al. *in præliis*. Clark. Accedunt Petav. Bong. Leid. sec. et Edd. Vascos. Gryph. post. et Stradæ. Videtur enim ad sequentia

pertinere, quæ mutilata sunt.

**5 Manum comprehendendi m. operibus et ardentibus]** Edit. Rom. Ven. habent *manum comprehendendi*: Beroald. autem *manibus comprehendendi*; at a Vascos. omnes haec voces absunt, unde factum, ut Joan. Brantius Glossematis suspectas habuerit. Concedo potius in sententiam Rob. Stephani, Jos. Scaligeri, et aliorum, qui lacunam hic esse contendunt, licet in Mstis nullum ejus sit indicium. Davis. *Comprehendendi* etiam Med. Tarvis. et aliae: *erumpentibus studiis militum resectis ceteris*, est etiam in Palat. Leid. sec. et Edd. Stradæ, Gryph. post. Pro *multum* Leid. pr. dat *militum*. An voluit auctor dicere, milites manu fuisse comprehendendos, ne se temere inmiserent periculis distinctionibus, neve nimis accederent hostium operibus? Mihi non liquet. Fateor etiam, me non assequi verum sensum verbi *subsequi* hic loci, nisi eo sensu sumatur, quo c. 41. ‘vix corporis viribus animum sequebatur’ i. e. animus ad pugnandum major erat, quam fere vires corporis ferrent. Ceterum *hortatio* reposui, jubentibus MSS. omnibus et Edd. antiquissimis, item Vascos. Gryph. Steph. aliorumque. Post *deterrendi* addidi quoque *et continendi*, quæ, voces exciderant typothetarum culpa ex Edd. Amstelæd. Davis. et Lugdun.

**xxiii. 4 Aut admoniti a regis amicis]** Ms. Norvic. *aut incitati a regis amicis*: quod vehementius est, ideoque ea lectio mihi probatur, licet vulgatam retineant edit. veteres. Davis. Eliensis codicis lectionem confirmat Petavianus. Mihi vulgatum magis placet.

**5 Suo priore consilio]** Hoc est consilio, cuius ipsi aliis primi Authores essent, non alii ipsis. Clark. *Suo priore* ex Ursin. Cod. recepit Scaliger, et agnoscunt MSS. mei omnes. Non inepte tamen Edd. Vett. exhibent, suopte, quod optimis quibusvis

auctoribus in usu est, eo sensu, quo Clarkius prius exponit; et saepe corruptum. Adi ad Liv. i. 18. 25.

6 Regi] Lege regis probato, quod prae se ferunt omnes MSS. Davis. cur. sec. Constanter mei quoque habent cum Edd. priscis regis. Nihilominus Ursino et Scaligero adsentiri malo, e Ms. rescribentibus regi. Nam ille adprobare tale consilium et a Cæsare velle dimitti debuit.

9 Tædio puellæ, fiduc. regno] Edd. quædam interpungunt tædio, puellæ fid regno. Hotom. vero rescribit et puellæ fid. r. dominationeque ad B. Civ. ii. 17. 'Qui fiduciariam operam obtineret.' Non video, cur a vulgata recedendum sit; nam tædium æque pertinet ad puellam ac regnum. Ideo tædebat eos puellæ, quia ejus erat modo fiduciarium regnum, et quia interim dominabatur Ganymedes.

11 Venturi essent] Edit. Rom. (Med.) Ven. repræsentant ventum essent, unde rescribendum puto ventum esset, quemadmodum legitur in edit. Beroald. A. D. 1508. Davis. Sed præstat vulgata lectio; quia melius convenit cum sequentibus se dederent. Clark.

xxiv. 16 Regis animus] Sic MSS. Reg. et Vossii. Quod melius est, quam ut in vulgatis, regius animus. Clark. Mihi secus videtur; licet etiam Bong. et Leid. sec. cum Edd. Vascos. Steph. et Gryph. post. habeant regis. Certe antiquissimi codices Cujac. Petav. Leid. pr. Lovan. et reliqui præter nominatos regius servant. De qua variatione vide notas ad Nep. Dat. c. 5. 'Consuetudinem regiam,' non regum.

xxv. 7 Interea commeatum] Prima vox ab Aldo intrusa est, quem secuti sunt Man. Plant. Scaliger et recentiores. At in nullo Msto, neque Edd. ceteris comparet: quare ut superveniam vocem delevi.

11 Classem jubet, &c.] Petav. Scalig. Leid. pr. Voss. unam classem. Forsan scribendum una i. e. simul, eodem

quasi momento. Hinc junctim una pariterque i. e. eodem tempore, et simul c. 69.

12 Praeficitur Ti. Nero. Proficiscuntur] Nescio unde factum, ut haec lectio in recentioribus editt. compareat, cum, quantum constat, ne unus quidem Codex ei faveat. Ms. Norv. et edit. Venet. praeficit huic Tib. Neronem; Beroald. autem in præsenti tempore praeficit huic Tib. Neronem: et sic legendum. Mire vero corruptus est hic locus in editt. Rom. A. D. 1472. quæ eum sic exhibet: perfecit huic Tiberium, ne rationem proficiscuntur. Huic menda ortum dedit nomen proprium: ejusmodi sane nomina ab imperitis Librariis sæpissime temerantur. Davis. Cum Clarkio reposui praeficit huic Tib. Neronem: uti est in Scalig. Leid. pr. Palat. Lovan. et Edd. Med. Vascos. Steph. aliusque. Praeficit huic Tib. Neronem dant Voss. Petav. Bong. Leid. sec. et Edd. Florent. Gryph. aliaeque. Vulgata est ab Aldo, quem Manut. Scaliger et reliqui sunt secuti.

14 Nulla etiam parum] Sic Ursinus e suo Codice restituit, et confirmant mei omnes præter Lovan. qui cum ante Editis sine nulla habet parum etiam, quarum ultimam voculam non agnoscit etiam R. Steph. Sensus erit: Nulla erat dimicatio feliciter, immo nulla parum feliciter confecta. Alioquin nulla secundo loco abundaret. Si enim nulla dimicatio sine eo confecta erat, certe etiam nulla parum feliciter erat facta. Dein prosequebatur, ut primus edidit Scaliger, est in Petav. Scal. et Voss. Reliqui persequebatur cum Edd. Vett. exhibent, quippe Fortuna jam inimica erat. Vide tamen ad v. 9.

20 Illic tr. h. perforasset ac demersisset] MSS. Petav. Scal. Palat. Lovan. Leid. pr. Voss. et Ursin. dant illi perforassent ac demersissent. At Leid. sec. Illi perforasset ac demersisset. Optime, ni fallor. Illi adverbium est pro illic, illa parte; ut

sæpissime Plautus ac Terentius sunt locuti. Vide eorum Commentatores, ac Victor. ad Cicer. ad Fam. Ep. vi. 20. Apul. iv. p. 72. ubi male Florid. edi curavit istic et illic.

**xxvi. 1** *Magnæ nobilitatis domi*] Aldus Manutius confidenter admotum reponit *magnæ nobilitatis homo*, aitque non enim tantum nobilitas nobiscum domi est. Ita tamen loquuntur præstantissimi scriptores. Cæsar B. C. i. 34. ‘Præmissos etiam legatos Massilienses, domi nobiles adolescentes.’ Sic quidem edit. nuperæ, at contra Codicum manuariorum fidem, ut illuc monui; quare hoc contra Manutium testimonio non nitar. At firmum erit illud Sallustii Catil. c. 17. ‘Ad hoc, multi ex coloniis et municipiis, domi nobiles.’ Sic et Justinus v. 9. 6. ‘Erat inter exules Thrasybulus, vir strenuus et domi nobilis.’ Quis igitur non videt sanam esse lectionem receptam? *Davis. Magnæ nobilitatis domi.* Aldus Manutius emendat, *magnæ nobilitatis homo.* Sed Davisius, allatis exemplis, probam esse istam locutionem, *magnæ nobilitatis domi*, ostendit. Verum et alia ratio est, quamobrem vulgata lectio mutari omnino non debeat: ex ea nimurum pendet elegantissima Antithesis: *Magnæ nobilitatis domi, scientiae et virtutis in bello, fidei dignitatisque in amicitia Cæsaris, &c.* *Clark.*

**5** *Magnas copias — adduxit*] Ita ex Ms. Regio restitui. Al. *cum magnis copiis — adduxit.* Quam lectionem (quod mirum Editores omnes prætermisso) neque Latinitas patitur, neque sensus. *Clark.* *Cum magnis copiis — Pelusium adduxit.* Hoc ne Latinum quidem est, ut recte monuit Clarkius; quapropter vir ille doctus ex Msto Regio corredit, *magnas copias — Pelusium adduxit*; nec aliter emendavit Lipsius. Quin et Gryphius olim repræsentarat, *magnas copias — Pelusium adduxit.* Attamen cum vix est, ut Librarii in locutione

tam nota deerrant, ac Lovan. Norvic. Beroald. aliquique Codd. exhibeant, *cum magnis copiis — Pelusium adducit*, Hirtium reliquise censeo, *cum magnis copiis — Pelusium advenit.* *Davis.* cur. sec. Jam olim Vascos. et R. Stephanus ediderunt *magnas copias adducit*: idque Ciacconius testatur esse in suo codice. Glandorpius contra conjetit legendum contendit seu pervenit. Certe ego quoque malim in verbo querere correctionem, cum voces *cum magnis copiis* sanae videantur; licet etiam in Leid. sec. sit *cum magnas copias.* Sed MSS. omnes et Edd. Veteres habent *adducit*: unde, nisi potius sit ipsius Auctoris Anacoluthon, aptius verbum excuspendum videtur, quam fecerunt adhuc viri docti. *Adicit, occlusit* nondum placent.

**8** *Occupatum ab Achilla*] MSS. Eliens. et Vossii, *occupatum Achillæ.* *Clark.* Ita restitui Hirtio; cum *Achillæ* exhibeant quoque Petav. Scalig. et Leid. pr. At Leid. sec. cum Palat. *occupaverat Achillas:* quod ex interpretatione natum. *Achillæ* tamen sumo in Genitivo, ut a *præsidio* regatur.

**9** *Maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio*] *Pedestre* hic *maritimo* opponitur, et idem notat ac *terrestre.* Sic Cæsar B. C. ii. 32. ‘Ut neque pedestri itinere, neque navibus commeatu vari possent.’ *Corn. Nepos Ages.* c. 2. 1. ‘Fama exierat Artaxerxes comparare classem pedestresque exercitus, quos in Græciam mitteret.’ Vide et Hannib. c. 11. 6. ac J. F. Gronovium ad Livii xxxvii. 52. *Davis.* Consule Clark. ad B. Civ. ii. 21. et infra ad c. 33.

**18** *Adest victori, pacarat*] Acute, nec inepte Ms. Brantii, Lovan. et Leid. sec. habent *victorie.* Dein *pacarat* inveni in solo Ms. Vossiano, quod ante Scaligerum jam exhibuerunt Vascos. Steph. Gryph. post. Stradæ. Ceteri MSS. tam aliorum quam mei et Edd. Vett. *placarat.*

Quod malit Gruterus. Sed frequenter *pacare* in MSS. abit in *τὸν placare*. Adi Cel. Drak. ad Siliū l. II. vs. 483. et alios.

**XXVII. 4 Mire derivata inter se]** In sua editione primam vocem uncinis cinctit Jos. Scaliger. Et sane quid miri est insulas in mediis fluminibus comparere? Cum igitur ea vox a Msto Norvic. et edit. Rom. Venet. Beroald. exsulet, ego plane delendam censeo, ut inepti hominis additamentum. *Davis.* *Mire derivata:* Vocem *mire*, in quibusdam Codicibus omissam, delendam existimant Scaliger et Davisius, ut *inepti hominis additamentum*. ‘Quid enim’ (inquit hic) ‘miri est, insulas in mediis fluminibus comparere?’ Ego, retinendam omnino existimo: non enim *id Hirtio mirum, insulam in medio flumine comparere*; sed flumen ita *derivatum inter se duobus itineribus paulatim, ut similitudinem litterae Δ accurate efficiat*. *Clark.* Vocem *mire* non agnoscent Pet. Palat. Leid. pr. Scal. Lov. Edd. primæ, Vasc. Gryph. Steph. Aldus tamen jam habet eam, et exstat in Bong. Voss. Leid. sec. et alii. Suspecta tamen mihi est, immo puto optime emendasse doctiss. Was-sium ad Sallust. B. Jug. p. 448. a *Myride* seu *Mæride*, lacu; vel, minore mutatione, *Myric* seu *Mærie*. Inde enim incipit fissura Nili. Consule omnino Geographos. Plin. v. 9. Herod. II. 13. ubi olim *Mýpis*. At *Mópis* e Mediceo Codice restituit Gronovius: sed *Mýpis* scribitur apud Diodor. Sicul. l. I. p. 46. Ed. Rhodom. pro frequenti permutatione *τῶν οι* et *οι*. Et hinc forsitan præpositio *a* decidit ad inferius *a mari*; ubi bene Glandorpis et Ciacconius abundare eam viderunt, et Clarkius eam cum Ms. Eliensi ex Davisii monito ejecit. *A* superfluum illic esse adverterat quoque Gruterus, et uncis incluserat Scaliger. Immo abest quoque ab optimo Cod. Leid. pr.

**6 Mari conjungitur]** Ita Ciacconius recte, ex conjectura; et Davisius ex Ms. Eliensi. Vulgg. *a mari*. *Clark.*

**15 Magna cum prudentia]** Codex Ciaccon. post has voces addit *constantiaque militum*; Ms. autem Norvic. cum aliis nonnullis, *constantiaque virtutum*, et *Alexandrinorum imprudentia*. Illa quidem verba, ut opinor, e margine in textum sunt adscita, quorum Glossematum exempla suppeditabunt not. ad B. G. II. 33. et B. C. III. 1. *Davis.* MSS. Reg. Eliens. et Vossii addunt *m. c. pr. constantiaque virtutum*. Ut forte legi possit, *magna cum prudentia constantiaque MILITUM*. *Clark.* Non solum *constantiaque virtutum*, sed etiam *et Alexandrinorum imprudentia* addunt MSS. Cujac. Petav. Leidd. Scalig. et omnes, præter Lov. si excerptis credendum: uti et Codices a Vascosano inspecti. Nisi Glossam credas, quod ego nequaquam ausim pro certo statnere, malim potius emendare *constantiaque virium*, quamquam *militum* sit iu Ciacconii Ms.

**18 Interfecit]** Ita ex MSS. Reg. et Eliens. et Edit. Rom. restitui, pos-tulante Temporum ratione. Al. minus recte *interficit*. *Clark.* Legendum *interfecit*, ut ex suis Codicibus monuit Clarkius, nec aliter olim Gryphius ediderat. Quin et Pet. ac Bongars. tert. ita repræsentant. *Davis.* cur. sec. Mitorum auctoritas magis me movit, ut *interfecit rescriperim*, quam temporum ratio; de qua supra sæpius monui. *Interfecit* etiam dant Scal. Leideuses, Edd. primæ Vasc. Steph. et aliae.

**XXVIII. 5 In qua magnam et paratam]** Sic edidit Jos. Scaliger, quem sequi sunt recentiores, ac ita sane exhibent edit. Rom. Venet. Beroald. At Ms. Norvic. et edit. Steph. *in quo magnam et paratam*. Atque ita sine dubio legendum: pronomen enim ad voces *fluminis Nili* est referendum. *Davis.* *In quo.* Sic restituendum vi-

dit Davisius ex Ms. Eliensi, quoicum facit Ms. Regius. Editi perperam habent *in qua*. Non enim *in navigatione*, sed *flumine paratam* habebat classem rex. Clark. *In quo* etiam est in Palat. et Leid. sec. ac Vasos. Steph. et Gryph. post. Edd. Non ausus sum tamen mutare. Si enim *paratam* capias pro *bene instructam* ad pugnandum, *qua* facile retineri potest. In *qua* navigatione seu expeditione habebat rex classem magnam et pugnae paratam.

11 *Concederat*] Bene Vossian. et Leid. pr. a manu prima *considerat*. Vide ad viii. 32. Dein *planitie* reposui, auctoribus MSS. meis omnibus aliorumque, nisi quod in Lovan. Leid. sec. et Palat. cum Edd. plerisque vett. sit *planities*: sed *planitie* jam habent Vasc. Steph. Gryph. poster. et alii: *planitia* Scaliger cum Ursino ex ejus codice recepit, et post eum reliqui. Adi ad B. Civ. i. 43. Paullo post pro *genere* in Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. et Voss. est *generum*: unde videtur aliud quid latere; nisi velis ad Hypallagen recurrere pro *variis generibus munitionum*: de *qua* vide ad iv. 25.

xxix. 12 *Partim*, &c.] Manutius legendum contendit *raptim*. Forsan quia credidit, hanc voculam semel ponи non posse, sed iterum subjungi debere *partim*. Verum hoc non opus est. Vult, Germanorum partem aliquam per vada flumen transisse, partem tranasse, ubi demissiores erant ripae: nec obstet, quod semel modo ponatur *partim*. Vide quae notavimus ad viii. 5. ‘In tecta partim Gallorum, partim quae conjectis stramentis,’ &c. ubi in MSS. nonnullis etiam primo loco deest *partim*. Cicero in Verr. ii. 65. ‘Statuae in locis publicis positae, partim etiam in aedibus sacrīs.’ Vide ibi Lambinum; Cort. ad Sall. B. Cat. 50. ‘partim exquirabant duces’ et Cel. Burm. ad Quinctil. Decl. x. 17. ‘partim aut dolori-

bus affici aut senectute dissolvi.’ Adde Hirtium rursus? B. Afric. c. 62, ‘militibus, passimque in litore vagantibus, partim in oppidum progressis.’ Adde B. Hispan. c. 3. 31. 37.

13 *Magnis arboribus, excisis — projectis*] Codices nonnulli et *projectis*. Sed minus eleganter. Usurpatur enim praecedens *excisis*, non ut Particium, sed ut Adjectivum. Similis constructio supra iii. 10. ‘Neque ante primum, in Thessalia factum, cognitum,’ &c. Clark. Hoc eodem Capite: ‘Expeditos delectos pedites’ et ita saepē Hirtius. V. c. 74. 75. Nihilominus, si MSS. addicerent, mallem hoc loco cum Ciacconio delere vocem *excisis*: quod certe satis subintelligitur: quum arbores super flumine projicere non potuerunt, nisi prius excidissent. Alioqui lectio et *projectis*, quam propugnat Brant. e suo codice, et confirmant Lovan. Palat. ac Leid. sec. magis placet, si *excisis* post *contingentem* poneretur. B. Civ. ii. 15. ‘Omnibus arboribus longe lateque-in finibus M. excisis et convectis.’

xxx. 4 *Adverteret*] Pet. Palat. Bong. Leid. sec. Voss. Ed. Beroaldi *animadverteret*. Rectius Scal. *animum adverteret*: quod et hic fere reposuisse, ut innumeris horum commentariorum locis: et statim c. seq. Consule ad B. G. i. 23. Sed cum Leid. pr. et Lovan. retineant simplex *adverteret*, cautius esse duxi, vulgato, quod æque probum est, acquiescere. Vide ad B. G. iv. 26. Præsertim cum *advertere* amasse videatur Hirtius. Adi etiam ad viii. 16. ‘Vix partes adverterent equorum:’ ubi vulgo etiam *animad*.

10 *Brachiisque cum opere castrorum conjunxrat*] *Brachia* hic μεταφορικῶς, pro curvis munitionibus in brachiorum humanorum similitudinem formatis accipi videntur, ut in illo Virgilii Æn. iii. vs. 535. ‘geminō demit-

tunt brachia muro Turriti scopuli.' Quod Donatus ita exponit, 'caentes sunt in formam brachiorum.' Rhellican. Vide Broukhusium ad Propertii Eleg. III. 20. 24. et J. Lipsium Pol. I. II. dial. 2. *Davis.* Adde Cellar. et notata ad Front. III. 17. 5. 'brachiis ab latere ductis.' Sie et B. Afric. c. 38. 49. 51. *Davis.* ad B. Hisp. c. 13. Porro pro *conjunxerat* Codex Bong. habet *commiserat*: enjus verbi vulgatum videtur Glossa. *Committere pro conjungere* propria et elegans est locutio; ut notum, præsertim apud poëtas, sed et alios. Frontin. III. 13. § 6. 'Utres duabus regulis inter se distantibus commiserat.' Paullo post *quo in quod tacite rursus in sua editione mutavit* Clarkius: atque ita fateor esse tum in aliorum, tum in MSS. meis, vel *quod min.* et Edd. Vett. præter Aldin. quam Manut. Plantin. Scaliger et ceteri sequuti sunt. Solus tamen, qui *instar omnium est*, Petavianus exhibet *quo*, i. e. *quia, quod*; unde id ubivis fere substitutum est. Adi ad B. G. I. 51. 'Quo minus valebat.'

17 *Aditus oppugnationibus nostris dabatur*] Ms. Norvic. representat *aditus expugnationis*: editt. Rom. et Ven. *aditus oppugnationis*, et sic legendum arbitror. Eodem modo Cæsar B. G. v. 41. 'sermonis aditum,' et B. C. I. 74. 'aditum commendationis' dicit. *Davis.* *Oppugnationis nostris dabatur.* Edidit Davisius, *aditus oppugnationibus nostris dabatur*: annotat autem, ex MSS. et Editt. Vett. legi debere, *oppugnationis*. In Editione nimurum Jungermanni, errore typographicico impressum fuit, *oppugnationibus*: Scaliger autem, quem secutus est Jungermannus, ediderat, *oppugnationis*; quod et in aliis, tam recens quam olim editis, reperiare est. *Clark.*

22 *Proficiebant hostes*] Ultima vox deest in Petav. Scalig. Leid. pr. Voss. Bong. ac Lov. qui habet *proficiebat*. Ex qua scriptura patet, cur

*hostes inculcarant librarii*, quia putarunt vocibus *multitudo defendebat* non convenire pluralem numerum. At vide tu dicta ad vi. 11. 'Quisque patitur; neque aliter si faciant.' Vide etiam statim c. 32. et B. Afric. c. 6. 'erupit multitudo, et castra occupant: et insequi cœperunt.' Ovid. Met. v. 307. 'turba venit, et committunt.' Ceterum in iisdem MSS. non comparet vocula *autem*; quæ etiam non multum facit ad sensus claritatem.

23 *In regione fluminis Nili*] In Lovan. ac Palat. exaratur qui *regionem*. Sed Petav. Scalig. Bong. Leid. pr. Voss. habent qui *regione*, i. e. parte; bene omnino. Sic sine præpositione amant dicere *regione*. Vide Barth. ad Claudian. in Rufin. vs. 241. Brerm. ad Suet. Jul. c. 39. 'regione Martii campi'; et Drak. ad Liv. III. 66. 'Regione portæ Esquilinæ accedere.' Apulei. Met. I. III. p. 49. 'manum regione lateris tendentes,' ut legendum est. Melius esset hoc sensu a *reg.*, quam in *reg.* *Recta regione* pro recto tramite, recto ductu, sæpe occurrit. Vide Ursin. et Ciacc. ad vi. 25.

XXXI. 8 *Carsulenum*] Sic quidem Aldus, Manut. Plantin. Scalig. et seqq. ediderunt: at vero priores habent, et alii *Carfulenum*, quod confirmatum a MSS. meis omnibus adeo restitui: sic enim alibi hic homo vocatur. Consule Gland.

12 *In omnes partes discurrere cœperunt*] Repono, in omnes partes castrorum discurrere cœperunt, non solum ex editt. Rom. Ven. Beroald. verum etiam ex Manuscripto Norv. aliisque: Hirtius enim, non minus ac Cæsar, perspicuitatis est studiosus. *Davis.* Bene eam vocem jam restituit Clariius: quippe agnoscunt MSS. ad unum omnes, et Edd. primæ. Paullo post in castris aberat ab iisdem editis, nempe Aldi, Vascos. Gryph. Steph. Plantin. immo etiam a primis Edd.

Sed Ursinus *in castris e suo restituit Codice: atque exaratur in meis omnibus.*

20 *Magna vi oppressis]* MSS. Ciac. et Norvic. habent *magna ruina oppressis*, et eo sane probabilius est hæc lectio, quod noster hujuscem libri cap. 76. eodem loquendi modo sit usus. Proprie; siquidem ‘ruere est toto corpore uti ad impellendum; quod faciunt, qui ipsi præcipites alios prosternunt,’ ut testatur Donatus ad Terentii Adelph. act. III. sc. 2. 21. *Davis. Ruina.* Ita Davisins ex MSS. Ciacconii et Eliensi (quibus suffragantur MSS. Reg. et Voss.) reponendum vidit. Sic enim et infra c. 76. ‘Partim suorum ruina oppressis.’ In vulgatis est *magna vi oppr.* Clark. Nihil verius est, quam rescribendum *ruina*; sic enim exhibent 4. Codices Goduini, et mei ad unum omnes, cum Vasc. margine et Ed. R. Stephan. Adposite Liv. IV. 46. ‘in ruina maijore quam fuga obpressi sunt.’ Dictys Cret. II. 43. ‘Quum super alium aliis ruinae modo præcipitarentur.’ Statim item delevi et ante *multitudine*, auctoribus MSS. Eliensi, Petav. Scal. Leidens. pr. Voss. et Edd. Vascos. Steph. Strad. Gryph. post. Frustra ergo eam copulam defendit Clarkius. *Multitudineque* Bong. et Leid. sec. habent.

22 *Et multitudine eorum]* Prima vocula sensum turbat, quapropter ex fide Msti Norv. omnino est delenda. *Davis. Fallitur Davisius.* Æque enim Latine dicitur *receptumque in navem — perisse vel receptumque (subintell. esse) in nave, et perisse.* Clark. Copulam etiam nescit Petav., eamque Gryphius in sua editione merito prætermisit. *Davis. cur. sec.*

XXXII. 3 *Introit]* Variant libri. *Introit* Pet. Voss. *introivit* Leid. sec. Sed *intrat* Bong. et Leid. pr. *intravit* Lovan. Non male, nam cum sexto casu *intrare* construi vidimus ad cap. 14. ‘eis qui intrassent.’

9 *Veste ea sumpta, qua supplices dominantes deprecari consuererunt]* Sor didatas vestes intelligit, quales erant reorum; alias enim Romani albo vestimento sunt usi, ut monet J. Lipsius Elect. I. 13. licet ea de re nonnullæ occurrant difficultates, quas vide apud Oct. Ferrarium de re vest. I. 21. et 22. Hoc eo melius convenit Alexandrinis, quod etiam Ægyptiorum indumenta fuerint alba. Adiri poterit Herodotus II. 81. *Davis.*

10 *Prolatis]* Edd. Rom. Med. Ven. *pralatis.* Recte. Vide in Obs. Miscell. ad Apuleii Metam. I. xi. p. 245. ‘potentissimorum deum proferebant insignes exuvias’ ubi MSS. meliores præferebant. Adde B. Civ. II. 39. et passim: sed etiam pro in Compositis aliquando sensum habet τοῦ πρᾶ: consule Sciopp. in Susp. Lect. IV. 14. Ceterum facile accederem Manutio rescribenti placare pro precari, si MSS. addicerent. Nunc vulgatum retineo.

XXXIII. 9 *Confirmarentur regis imperia]* In Msto Norvic. et edit. Beroald. est *confirmaretur regis imperium.* Sed hoc parum refert. Illud quærendum superest, quomodo regis diceret *imperia*, cum Ægypti regnum minori Ptolemai filio et Cleopatræ tradiderit. Omnino scribendum crediderim *confirmarentur regum imperia.* Sic paullo post: ‘Quo firmius esset eorum *regum imperium;*’ licet edit. Rom. Ven. Beroald. ibi corrupte habeant *corum regnum et imperium;* quippe editoribus latuit, *reges de rege et regina posse usurpari.* Iterum: ‘Pancis diebus reges constituti.’ Cæsar B. C. III. 107. ‘Interim controversias *regum* ad P. R. et ad se, quod esset consul, pertinere existimans.’ Vide et ejusdem libri c. 109. *Davis.* Existimo, cum doctissimo Davisio, legendum *confirmarentur regum imperia,* scilicet Cleopatræ fratre ejus. Sic enim infra, ‘quo firmius esset corum *regum imperium;*’

et paulo post; 'si permanerent in fide reges.' Vel, quoniam in non-nullis MSS. scriptum est, *confirmaretur regis imperium*; fortasse legi poterit, *confirmaretur regum imperium*. Clark. Meam conjecturam Pal. Codex firmat. Davis. cur. sec. *Regum* jam edidit olim R. Stephanus. Ut passim regem et reginam vocari notissimum est. Verum majus ulcus latere puto. *Confirmaretur imperium* est in Leid. sec. Edd. Vascos. Gryph. post. Str. *confirmarentur regis imperium* Bong. Voss. *Regi* Leid. pr. et Lovan. *Regni* Leid. sec. At Petav. *regis imperio*. Puto scribendum *confirmarentur reges imperio*, sive *in imperio*. *Regia imperia* conjectit Lipsius.

11 *Relinquit*] Ex MSS. Reg. Eliens. et Vossii, legendum videtur *relinquit*. Clark. Ita reposui, jubentibus MSS. omnibus et Edd. primis, item Vas. Gryph. post. Steph. aliasque. Verum amplius turbant MSS. Nam Petav. Bong. Voss. habent *legione ibi veterana* — *ceteras reliquit*: at Leidenses, Palat. Lov. *legiones ibi*. *Veterana* (*veteranas* Lov. Pal. Bong.) *ceteras reliquit*. Nec male. Omnes vero, quod sciam, ut et Edd. Vascos. Gryph. post. Stradæ, dant *Reducta*. Qnod cur mutarint primi editores, nescio. Præsertim cum *deducere præcedat*. Dein *regnum et imperium* etiam est in Ms. Lovan. et Edd. Mediol. Florent. at R. Stephanus tantum edidit *eorum regnum*, scilicet ut vitaretur, credo, repetitio vocum *regum imperium*.

13 *Permanerant*] MSS. Reg. et Vossii *permanerent*. Neutra Lectio mala. Clark. Sed vulgata nititur MSS. vetustioribus, et sequitur *si permanerent*. *Permanerent* etiam Palat. Bong. Leid. sec. *permanserunt* Lovan.

19 *Collocatis, ipse itinere terrestri*] Ms. Norvic. Sic *rebus omnibus confectis et collocatis penitus, itinere terrestri*: edit. autem Beroald. *collocatis, ipse itinere pedestri*, quæ vera est lectio, altera autem ex Glossemate est nata.

Infra cap. 44. 'Partim classe per se, partim *pedestribus copiis* per barbaros.' Corn. Nepos, Aleib. c. 8. 2. 'Quod *pedestribus copiis* plus quam navibus valerent;' ubi vide quæ notavit Chr. Cellarius. Sic etiam Frontinus Strateg. I. 3. 6. *prælum pedestre* navalí opponit. Adi etiam notata ad hujusce libri c. 26. Davis. Recte vidit Davisius ex Edit. Beroaldi legendum, *itinere pedestri*. Etenim in Ms. Vossii, ita plane scriptum est. Et, (uti supra est annotatum ad c. 26.) 'iter pedestre est *profectio Terra, tam equitum quam peditum*.' Neque enim tantum *pedestres copiae*, apud bonos auctores, *classi* opponuntur, (quod annotavit Davisius;) sed et *pedibus* eo quis ire dicitur, quo *terra* scilicet, non *mari* proficiscitur. Supra, ad B. Civ. II. 21.; 'Cæsar, postquam navibus *profectus fuisset* Tarracōnem, *PEDIBUS deinceps* (scil. terrestri itinere) Narbonem *atque inde Massiliam pervenisse se narrat*' Clark. Vide etiam c. 32. 44. B. Civ. I. II. § 12. 'Ut neque pedestri itinere, neque navibus commeatu juvari possint.' Et passim tam apud Græcos quam Latinos.

xxxiv. 11 *Imperata sibi facere, pecuniamque promissam Cæsari non posse persolvere*] Hunc locum ita repræsentant Ms. Norv. et edit. Rom. Ven. Beroald. 'Imperata se facere, pecuniamque promissam Cæsari non posse persolvere,' quod ut brevius est, sic *æque commodum* videtur. Davis. MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Vett. *imperata se facere, pecuniamque — non posse persolvere*. Quod idem est: *præcipue si, transposito vocabulo, legatur persolvere non posse*. Clark. Rescripsi pro *sibi*, quod est in solo Palat. *se*, et dein *se*, quod *i' i* nullus habet Codex, ejeci. Vulgatum primus invexit Aldus. Sed Vascos. quoque, Gryph. post. et Stephanus secuti sunt lectionem Mstorum.

13 *Domitius*, — quum — *judicaret*; — *statueret*] Ms. Reg. *statuens*. Ut forte tota ista periodus hoc modo scripta esse potuerit: *Domitius, non tantum ad explicandos sumptus rei militaris pecuniam necessarium esse judicans; sed etiam turpe — esse statuens, &c.* Clark. Licet admittas *statuens*, quod inveni quoque in Pal. Leid. sec., non opus tamen quidquam in præcedentibus mutare. Tuitius est nihil innovari, nec etiam opus. *Statuerat* Leid. pr. Bong. et Voss.

30 *Ex tumultuariis militibus*] *Tumultuarii milites dicuntur* ii, qui ob tumultum, vel inopinum aliud periculum raptim sunt conscripti. Livius xxxv. 2. ‘Si tumultus in Hispania esset, placere tumultuarios milites extra Italiam scribi a Praetore. Mens ea Senatui fuit, ut in Hispania tumultuarii milites legerentur.’ Vide et Godesc. Stewechein ad Vegetii III. 8. Davis.

31 *Patisium*] Ita ex Ursin. Cod. recepit Scaliger, et confirmatur a MSS. meis, Ciaccon. et Brant. nisi quod *Pansium* det Bong. In Edd. Vett. erat *Paciscium* vel *Paticum*, quod est in Aldinis et Plantinianis. At *Paticus* erat Pompeianus: nisi partes dein mutaverit. Vide Cic. Epist. Fam. II. 2. VIII. 9. XII. 13. 15. Πετόκος male Appiano B. Civ. II. 503. *Petissii Urbinatis* alibi meminit Cicer. Vide Ciaccon.

33 *Comana*] Ita scribendum, in Accusativo plurali. Editi nonnulli *Comana*: sed perperam. Semper enim utitur Caesar hoc nomine in numero plurali. Clark. Male Cellarius defendit *Comana*; quod solum typothetarum vitio in Ed. Elzev. inrepsit. Statim ‘a Comanis.’ c. 60. ‘Venit Comana;’ ubi vide Ciaccon.: uti c. 66. ‘Venit Comana.’

XXXV. 5 *Cn. Domitius*] Delendum censeo prænomen cum Leid. pr. Nam in Leid. sec. est C. in Voss. et Edd. Vascos. Gryph. Stephan. P. *Dom.*

Quod mirum cum e. præc. *Cn.* audit. Paullo ante ob eamdem varietatem suspecta est vox *responsa* Gruteri mihiique. Vide varias lectiones.

11 *Audaciusque in Armenia substitisset*] Sensus postulat, ut legamus *audacius in Armenia substitisset*, deleta particula copulante, licet eam omnes Codd. exhibeant præter edit. Rob. Stephani A. D. 1544. Davis. *Audacius*. Ita optime restituit Davisius ex Editione Stephani, quacum consentit Ms. Vossii. Reliqui omnes MSS. et Editi corruptissime habent *audaciusque*; quod sententiam adeo perturbat penitus, et plane nullam efficit, ut mirum sit valde, fugisse hoc omnes editores. Efficit enim ista corruptio, ut sequens *perseverare cœpit*, qui intelligitur *Domitius*, dictum videatur de *Pharnace*. Quod est absurdissimum. Nam hoc ait Hirtius: *Quod Pharnaces audacius in Armenia substitisset*, ideo *perseverare cœpisse* *Domitium*, ut eo quoque decederet *Pharnaces*, &c. Clark. Ejeci copulam *que*, non sensu modo postulante, sed suffragantibus quoque Petav. Leid. pr. Scalig. et Palat. ut et Edd. Vascos. Gryph. post. ac Stradae. Librarios non percepisse loci sententiam, patet quod et addiderint ante *persev.*: uti est in Leidensibus, Lov. et Pal. Jungenda *Domitius perseverare cœpit*.

20 *Cujus itineris has esse certas opportunitates*] *Commoda non dubia*; haud enim est, cur penultimam vocem cum Jos. Scaligero deleamus. MSS. autem nonnulli cum edit. Rom. Ven. Beroald. habent, *cujus itineris hæ crant certæ opportunitates*, quæ quidem lectio vulgatae Syntaxeωs rationi melius convenit; licet, servata ea, quæ repræsentant edit. nuperæ, verbum aliquod *noscendi* vel similis significatus possit subintelligi. Vide Fr. Sanctii Minerv. IV. 5. cum Jac. Perizonii additamentis. Davis. Infinitivum *primus* Scaliger ex Ursini

Codice admisit; quam veram esse docent Petav. Leid. pr. Scalig. Voss. ut et Bong. qui subdit *constat*. Reliqui olim vulgatis consentiunt, id quod inepte probat e duobus regiis Codd. Goduinus. De absolutis his infinitis multi egerunt viri docti, et præceteris J. F. Gronovius Obs. II. 14.

**xxxvi. 6 Adventaret ad Nicopolim]** Edit. nupera omitunt præpositionem, quam restitui ex Msto Norv. et edit. Rom. Ven. Beroald. Sic B. G. I. 7. ‘Ad Genevam pervenit.’ Et B. C. III. 40. ‘Ad Oricum venit.’ Ita etiam persæpe loquuntur boni auctores. *Davis.* *Adventaret ad Nicopolim.* Ita restituit Davisius ex Edit. Vett. et Ms. Eliens. Quibuscum consentiunt MSS. Reg. et Vossii. Recte. Nam, præterquam quod locorum nominibus præpositionem sæpiissime præponant Caesar et Hirtius; non venit *Nicopolim* Pharnaces, sed prope ad *Nicopolim*, interjectis aliquot passuum millibus. Vide supra ad B. Civ. III. 40. Male Edit. Recentiores et Ms. Bong. *adventaret Nicopolim.* *Clark.*

**15 Si amicus Domitius]** Auctiorem hunc locum exhibet Ms. Norvic. aliique plurimi Codd. cum edit. Rom. Ven. Beroald. In illis enim est *sive amicus sive inimicus Domitius.* Hoc sane adsumendum probat Joan. Goduinus; in cuius sententiam pauci, nisi fallor, pedibus ibunt; nam si *inimici* antea mentionem fecerat nos- ter, nihil opus erat, ut postea adjiceret *sin vero ut in hostium fines veniret*, quibus ex verbis luce fit clarius, ineptum esse illud additamentum. *Davis.* et *Clark.* Nihilominus constanter habent omnes MSS. et primitus eius *sive amicus sive inimicus.* Illa quoque *tamquam amicorum adventu*, merito suspecta sunt Grutero. Nam plane abundant, et corrupte exhibent Codd. *Adventus enim est in Lovan.* Pet. Pal. Leid. sec. ac Scal. Voss. Leid. pr. qui tres non habent *sin vero.*

*Amic. adventu greges* Bong. et Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *exspecturetur* etiam addit Pet. excludens *vero.*

**xxxvii. 14 Instructa]** Cujac. Pet. Leidenses, Scal. Lov. Voss. et pro varia lectione Bong. *Instituta.* Verissime. Vide ad B. G. III. 24. ‘duplici acie instituta:’ quod male Clarkius mutat in *instructu.*

**xxxviii. 3 Flagitareque]** Ita ex Ms. Reg. et Edit. Rom. restitui. Scaliger et recentiores omnes, *flagitarique.* Quæ Syntaxis est nulla: sequitur enim, *ut quamprimum sibi subsidia mitteret.* *Clark.* Omnino legendum *flagitareque* quod ex Reg. et Rom. observavit etiam Clarkius. Ac ita Beroaldus, Gryphius et Ursinus olim dederunt. *Davis.* cur. sec. Ediderunt *flagitareque* etiam Vascos. Stephanus et alii cum Edd. primis. Verum MSS. constanter servant *flagitarique.* Quare non ausim mutare: *sibi ponitur pro ipsi.* Quod offendit adeo librarios quosdam, ut pro eo substituerint *Cæsari*, quod est in Pet. Pal. et Lovan. Hinc alii *flagitare* reposnerunt. Sed videtur in primis Hirtius *sibi pro ipsi* amasse. Adi omnino ad VIII. 50. ‘Quod sibi conjunctus,’ et B. Afric. c. 49. ‘Adversarii longius sibi (*Cæsari*) progrediendi facultatem eripuerunt.’

**4 Propiusque ipse Alexandriam]** Ms. Norvic. *propiusque ipsam;* receptam autem lectionem tuentur edit. Rom. Venet. Beroald. Ut verum fatear, non intelligo, qui juvari potuerit *Cæsar*, si Domitius solummodo *propius* Alexandriam adventaret, cum in eo ipso oppido periculum subiret imperator. Repono itaque, *protinusque ipse Alexandriam*, hoc est, statim, nulla mora interposita. *Davis.* *Propiusque—Alexandriam,* &c. Cum *Cæsar intra ipsum oppidum* in periculo versaretur, existimat Davisius emendandum, *protinusque—Alexandriam,* &c. Ingeniose; sed nihil opus. Satis enim erat, si Domitius *Cæsari* quam-

primum subsidia Alexandriam mittet; ipse interim cum toto exercitu PROPIUS accederet, ad distinendas regis copias. *Clark.* In Marg. Vas-  
eos. invenitur priusquam. Hinc Ill.  
Heins. conjectit priusque. Nil muta.

**XXXIX. 8 In subsidiis collocatis]** Sic recte Ms. Norv. atque ita edidit Jos. Scaliger: in editt. antem Rom. Ven. Beroald. aliisque legitur *in insidiis collocatis*: absurde prorsus; nullum enim locum hic habere possunt insidia. *Davis.* Ex Glandorpii conjectura hoc jam receperat Ursinus. MSS. omnes habent *insidiis*.

**XL. 5 Adversosque]** Legendum existimat Ciacconius *adversosque hostes*: ut habent Ms. Norv. et Editt. Be-  
roaldi: at Rom. et Ven. *adversusque h.* *Davis.* Mirum est Scaligerum et Re-  
centiores, nullo sensu edidisse, *adver-  
sosque*. Etenim perspicuum est Do-  
mitianos transisse fossam, non primam  
istam, quæ esset *adversis hostibus*, sed  
*posteriorem illam*, quæ esset *a tergo*  
hostibus, adeoque hostes AVERSOS  
esse aggressos. *Clark.* Verissime emendavit Ciacconius, et in textum  
recepit Clarkius *aversosque*, uti est in  
*Pet. Leid. pr. sensu id flagitante.*  
Omnes tamen Edd. Vett. præter Be-  
roald. retinent *adv.*

**6 Aversa, &c.]** Totum locum Ciac-  
conius sic emendandum conjicit: *cum paullulum* aversus hostis *cessisset*, fossam  
autem transire ut secunda acies *conata*  
esset. Haec vero nimia est licentia.  
Locum tamen hand intelligo, nisi sit  
medica manu sanatus. Qui enim,  
quæso, *in transitu fossæ oppressa fuisse*  
*Pontica legio*, si fossam non *trans-  
ire*, sed *circumire conata* est? Nec  
cum Clarkio reponas, eam in *secundæ  
fossæ transitu confixam* fuisse: nam  
inter duas fossas aciem semper in-  
struebat Pharnaces, adeoque non erat,  
cur ulteriore fossam transiret, ut  
aperto latere hostem aggredetur.  
Nostrum hoc modo scripsisse suspi-  
cor: *quum paullulum* *aversa hostibus ces-*

*sisset, fossam autem circuire conata est,*  
*ut aperto latere aggredetur hostem; in*  
*ipso CIRCUITU fossæ confixa, et oppressa*  
*est.* Pro transitu ex re ipsa circuitum  
repono; sed *acies secundo* mihi, tan-  
quam Glossa *secundi prælii*, videtur  
expungenda. *Davis.* cur. sec.

**7 Fossam]** Priorem illam, quæ esset  
adversis hostibus. Nullum autem hic  
locum habet vox *acies*; nisi legio illa  
Pontica, quæ erat cornu sinistrum,  
in usitato modo hic appellata sit *acies*.  
Alioqui scribendum erat fortasse *acie*,  
aut potius ex toto delenda ea vox.  
*Transitu* *fossæ* posterioris scilicet, post-  
quam circuierant *priorem*. *Clark.* Fin-  
git ergo vir doctus, fossam a fronte  
et a tergo fuisse copiis Pharmacis.  
Quod ego non percipio: mihi viden-  
tur fossæ fuisse directæ ab utroque  
latere ab oppido versus Romanos, ne  
sui circumirentur et aversi cæderen-  
tur ab iis. Equites vero in lateribus  
extra fossas posuit, ut prohiberent  
Romanos earum transitu, credens  
illos sic coactum iri secum certare a  
fronte sola. Ni ita intelligamus fos-  
sas fuisse ductas, debuisset clarus  
loqui Hirtius, et *priorem ac posterio-  
rem addere*. Illa verba *acies secundo*  
procul dubio corrupta sunt; sed quo-  
modo corrigi debeant, cum ignarissi-  
mis nescio. *Acies delendum* censuit  
Scaliger et Gruterus: *secunda mar-  
gini adlevit Lipsius.*

**8 Magnis copiis hostium circumdata]**  
Lege magnisque copiis, ut habent Gry-  
phius et Lugdunenses 1576. Hoc  
ni fiat, hiulca est oratio. Quin et  
Clarkius, licet aliam rationem sit se-  
cucus, sic legi posse vidit. *Davis.*  
cur. sec.

**9 Præsentissimo a.]** Sic Editi om-  
nes, quo pacto oratio est imperfecta.  
Rescribendum ex Ms. Regio *præsen-  
tissimoque an.* Aut ex conjectura le-  
gendum magnisque copiis—*circumdata*,  
*præsentissimo animo, &c.* *Clark.* Vel  
*et magnis.* Vascos. jam, Gryph. post.  
et Steph. magnisque exhibent. In MSS.

*Pal. Bong. Leid. sec. præsentissimo-que.*

*In orbem se recepit]* Hoc in summo periculo fieri solitum. Cæsar B. G. v. 33. ‘Ut impedimenta relinquerent, atque in orbem consistenter—non sine summo timore et desperatione id factum videbatur.’ Adi et Joan. Brantium ad B. G. iv. 37. *Davis.* B. Afric. c. 15. ‘Copiis in orbem compulsi.’

*XLI. 3 Sibi fortunam paternam feliciore eventu destinaret]* Et pater erat Mithridates, qui, maximis rebus gestis, tandem a Pompeio debellatus, ‘male tentatum veneno spiritum ferro expulit;’ ut loquitur Florus III. 5. 26. *Davis.*

*XLII. 27 In Macedoniam legiones adduceret]* Sic legendum ex Msto Norvic. et edit. Steph. edidit enim Jos. Scaliger, *in Macedoniam legiones adducerent*, ac ita sane exhibent anti-quissimi ex impressis Codd. Rom. Ven. Beroald. *Davis. Adduceret.* Editi fere omnes, *adducerent.* Sed Davisius ex Edit. Steph. et Ms. Eliensi, (quibuscum faciunt MSS. Reg. et Vossii,) restituit *adduceret.* Quæ et verior videtur lectio. Non enim Cor-nificius, reicta sua provincia, sed Gabinius solus, *in Macedoniam* vide-tur fuisse iturus. *Clark. Adduceret* MSS. omnes et Edd. Aldi, Gryphii, Vascos. Stephani, alieque.

*XLIII. 4 Qua sæpe in bellis periclitatus]* Sic ex MSS. Reg. Eliens. et Vossii restitu. Editi, *quam sæpe*, &c. neque Latinitate neque sensu satis commodo. *Clark. Cl. Clarkius* ex non-nullis libris reponit, *qua sæpe periclitatus*, additque vulgate lectionis neque Latinitatem neque sensum satis esse commodum. Quod παρόπαμ quidem est; nam *periclitari* valet periculum facere, experiri, tentare; quapropter *accusatirum casum* prorsus flagitat. Forte tamen rescribendum, *QUÆ sæpe periclitatus*; ut tam ad virtutem quam ad scientiam pronomen

referatur. *Daris.* cur. sec. MSS. mei et Edd. Vascos. Gryphii, Stephani, *qua*, Cod. Lovan. cum Edd. primis quibus exhibit. *Quam nihilominus* cum Aldo, Plant. Scalig. et seqq. malim. *Periclitari virtutem* est experiri per pericula, quid virtus et scientia possint. Nec video, cur minus Latinum sit, quam quod adhibet alibi *periclitari fortunam*. Defendi quidem aliquo modo posset Mstorum lectio ex c. 13. ‘periclitati remigio;’ sed ibi additur ‘quid quæque possit.’ Adi notata ad vii. 36.

*5 Ausuque suo]* Ita MSS. constanter: at rarissime *ausu* pro *auso* est apud aurei ævi scriptores. In nonnullis tamen MSS. Ovidii reperit Cl. Burni. quem vide ad Met. xi. 242. Verum insolens est conjunctio quoque *ductu ausuque*. Quare omnino accedo Lipsio, qui margini adlevit *ductu auspicioque*, ex solemni formula. Vide ipsum de Mil. ii. 12. Proconsul enim fuerat Gabinius, et Syriam cum exercitu obtinuerat, quo anno Ptolemaeus in regnum reductus est. Confer Fastos.

*14 In agmine dimicare sit coactus]* Joan. Godinus ad hunc locum ait, ‘id est, tanto cum periculo, ut, expletis imperatoris officiis, coactus sit militis partes suscipere, manu ipse pugnando, quod alienum ab imperatore.’ Sed misere fallitur interpres ille Gallicanus. Agmen est exercitus ambulans; qui igitur *in agmine dimicat*, in itinere, priusquam instructa sit acies, præliatur. Isidorus Orig. ix. 3. ‘Agmen dicitur, cum exercitus iter facit, ab *agendo* vocatum, id est, eundo. Plautus: Quo te agis? Ipse est enim exercitus ambulans:’ (Lege, ne soleca sit oratio, *quo te agis ipse?* est enim, &c.) ‘nam agmen dicitur quod in longitudinem directum est; quale solet esse, cum exercitus portis procedit.’ Servius ad Virgilii Æn. i. 190. ‘Agmen proprie dicitur ordinata multitudo, ut est ambulantis

exercitus, neque enim in uno loco stans agmen vocatur:—unde bene adjecit *longum*, ut incedentium ostenderet significationem.' Vide et eundem ad *AEn.* i. 86. *Davis.* Vide ad *B. G.* iii. 24. 'Inpeditos in agmine adoriri.'

**XLIV. 2 In Illyrico]** Notandum est *Mss.* *Leidenses*, *Petav.* *Lovan.* *Voss.* habere *Illyricum*, et adi *B. G.* v. 24. 'In Galliam morari.'

**10 Litteras in Achaian ad Q. Kalenum misit]** Nonnulli Codd. litteras ad *Achaian*, alii in *Achaian atque Kalenum*, unde conjectura ductus Fulv. Ursinus lectionem a nuperis editoribus receptam substituit. Eam etiam repræsentant *Ms.* *Norv.* et *editt.* *Rom.* *Ven.* *Ber.* (*Vasc.* *Gryph.* *post.* *Str.*) omisso tantum prænomine, quod ex *Codiceum consensu* deleatur. *Davis.* Nequaquam delendum est cum Ursino et Davisio prænomen. Hinc enim illud *atque*, quod in *Lov.* *Voss.* et *Leid.* sec. restat. Sed ad *Q. Kalenum* exhibent *Seal.* *Petav.* *Leid.* pr. in quo est ad *Q. Kalenum in Ach.*, ac *R. Steph.*

**15 His adjunctis]** Hæc Ciacconii conjectura, a Sealtero in textum recepta, quam firmant *editt.* *Beroald.* et *Stephan.* Alii omnes repræsentant *has adjunctas.* *Davis.* Præter antiquissimum Carrariensem, qui stat a vera lectione. *Idem*, cur. sec. *Mss.* *plerique* et *Editt.* *Vett.* *has adjunctas;* quod Latinum non est. *Ms.* *Reg.* et *adjunctis his:* quæ lectio eadem ac vulgata. Quid si legamus, *ad has adjunctis, &c.?* Nam in omnibus fere *Mss.* est, *has;* et inde ex *adjunctis* fecit Librariorum imperitia *adjunctas.* *Clark.* Et *adjunctis his* etiam *Leid.* sec. *His adjunctis* ediderunt quoque *Vascos.* et *Gryph.* *post.* *Ed.* enjus nota *G* a Davisio male accepta est pro *C.* Ceteri certe *Mss.* mei *has adjunctas.* Unde omnino placet Clarkii conjectura ad *has adjunctis;* ut passim cum aliis loquuntur *Cæsar*, et *Hirtius.*

c. 49. 'sollicitudo ad jacturas adjungebatur.' Et ita *addere, adjicere ad aliquid:* de quibus vide *Cl.* *Burm.* ad *Suet.* *Aug.* c. 32. *Cort.* ad *Sall.* *B.* *Cat.* c. 51.

**6 Militibus]** *Mss.* nonnulli, (in his *Leid.* sec.) *militibusque.* Sed perperam. Vide supra ad *B. G.* ii. 13. *Clark.*

**XLV. 1 Octavius, quum, &c.]** *Ms.* *Reg.* et *quum, &c.* Ut forte legi possit, *is quum, &c.* Sed præstare videtur vulgata lectio. *Clark.*

**9 Instructum propagatoribus animum advertit]** *Editt.* *instructam propagatoribus animadevertit:* sed lectionem a me receptam suppeditavit *Ms.* *Norv.* quæ vulgata multis parasangis est elegantior. Vide notat. ad *B. G.* i. 24. *Davis.* Hoc loco mihi magis adridet lectio *Pet.* et *Leid.* pr. *advertisit.* Vide omnino ad viii. 16. 'Partes adverterent equorum.' Sequenti vero capite e *Leidensi* primo reposui confidenter *animum adverteret.*

**16 Parator militum animis]** Cave, cum Viro docto hic Græcismum secteris, legente *p. m. magis.* Frequens enim in his commentariis est locutio *paratus animo.* Ipse *Hirt.* *B. G.* viii. 18. 'Animo atque armis parati.' *B. Afr.* c. 4. 'paratum ad se certo animo venire.' *Veget.* iii. 6. 'Ad pugnandum animo veniunt præparati.' Consule Ciaccon. ad *B. Civ.* iii. 85. 'Animo simus ad dimicandum parati:' et ita *parato animo.* Vide *Davis.* ad *Hirt.* *B. Afric.* c. 33.

**XLVI. 2 Parem esse futurae dimicationi, fortuna]** Sic optimie repræsentat edit. *Ven.* *A. D.* 1482. cum in *Ms.* *Norvic.* legere sit *parem esse, fortuitæ dimicationis, fortunæ;* in *editt.* vero *Rom.* et *Beroald.* *parem esse fortuitæ dimicationi, fortunæ.* Hæc equidem lectio *F.* Ursino placuit: attamen recepta nihil melius. *Davis.* *Mss.* *pro futurae*, habent *fortuitæ.* Et Ursini codex, *pro maluit*, habet *noluit.* Unde iste Vir Doctus legendum ex-

istimat, neque numero parem esse fortuitæ dimicationi; fortunæ rem committere noluit. Itaque, &c. Non infeliciter. Clark. Ursinus ex suo codice legit neque numero parem esse fortuitæ dimicationi, fortunæ rem committere noluit. Non infeliciter, ut putat Cl. Clarkius. Ego contra censeo: nam si fortunæ rem committere noluit, qui quæso factum, ut impetum primus in Octavii quadrirenem faceret Vatinus? si in ea fuisset sententia, fugere potius ac terga dare, vel quodam modo pugnam vitare debuit. Itaque recepta lectio stet immota. Davis. cur. sec. Atqui si per fortunam intelligamus ipsum prælii discrimen, qui quæso factum, ut se committeret ei, cum animadverteret, se neque numero neque magnitudine navium parem esse. Debebat tum saltem esse voluit vel additum fuisse tamen, vel nihilominus, ut c. 58. ubi vide. *Futuræ* quidem est in Edd. plerisque primis, et Petav. si non fallunt excerpta: at fortuitæ habent MSS. mei omnes cum Ed. Flor. nisi quod Scalig. et Leid. pr. non agnoscant futuræ dimicationi: at illi cum Ursiniano dant noluit; et Pet. accedit Eliensi in dimicationis. Unde omnino legendum puto, fortuitæ dimicationis fortunæ rem c. noluit. Non vagum scilicet et incertum prælium inire voluit, sed stabile et consertum, ut in sola virtute, non in fortuna certamen consistenter. Vide Lucan. III. 556. et quæ ibi notantur, ac supra B. Civ. I. in pugna cum Massiliensibus. Id satis patet e seqq. ‘Quantoque conjunctis,’ &c. Fortuna dimicationis fortuitæ est alea et dubium discrimen prælii, in quod fortuito inciderat. Sic Hirtius fortuito casu dixit B. Afric. c. 3. ut est in MSS. melioribus.

6 *Concurrunt*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii; concurrerunt. Quod et melius hoc in loco convenit. Clark. Cucurrent est in Voss. Si quid mutandum, mallem occurrerunt, ut est in Leid. pt.

21 *Velis profugit*] MSS. nonnulli Vix profugit. Alii *Velis vix profugit*. Quarum trium lectionum utravis ferri potest. Clark. *Vix profugit* est in uno Regio Paris. Leid. sec. ac R. Stephani. *Velis* et *vix* absunt a Voss. Contra utrumque admisit cum Cod. Victorii Vascos, et Gryph. post. cum Ed. Stradæ. Et hoc malim.

XLVII. 4 *Penterem*] Ita recte cum R. Stephano edidit Scaliger et sequentes; exstatque in Scalig. Cod. et accedit Leid. sec. pentirem. Videatur enim hic uti voluisse Græca terminatione Hirtius, nam alioquin potius tota Latina voce scripsisset *quinqüeremem*, ut supra: quin et forsitan dixit *trieres*, ut *dicrotas*, *cata scopum*. Quare non possum veram credere lectionem ceterarum Edd. et MSS. *pentiremem* vel potius *penteremem* cum Ursin. Brantii et Voss. Idem dicendum de c. 62. B. Afric. *Penteres duas vacuas a defensoribus*: licet ibi quoque MSS. et Edd. Vett. *pentiremes* vel *penteremes*. Mox *dicrotas* non habent MSS. et Edd. omnes, ut censebat Brant. Nam *dicrotas* exstat in Edd. Aldin. Steph. aliisque, ut et MSS. Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. et aliis. *Dirotas* Voss. *Dejotari* Leid. sec. *dicrota* cum Baifio præfert Scheffer. Mil. Nav. p. 100. Sed naves seu *vñas* subintelligit. Ita *speculatoria navis* Cæsari, Livio, &c. dicta, ab Hirtio vocatur ‘*Catascopus*’ B. Afric. c. 26. et Isidor. XIX. 1. Male *exploratorem* exponit Cellar. *Dieros* vel *dieres* hic alii male:

5 *Posteroque ibi die fuit, dum suas captivasque naves reficeret. Post diem III contendit*] Hanc quidem lectionem retinent editi. Rom. Ven. Berroald. at Ms. Norvic. exhibet posteroque ibi die, dum suas captivasque naves reficeret, consumpto: cuius sane Codicis scripturam præfero, distincta hoc modo oratione: *posteroque ibi die, dum suas captivasque naves reficeret, consumpto, post diem III contendit*. Sic

Phædrus F. iv. 4. 18. ‘Postquam consumpta est temporis longi mora. Caesar B. G. v. 11. ‘In his rebus dies circiter x consumit.’ Vide et ejusdem libri c. 58. Davis. MSS. Reg. Eliens. et Vossii posteroque ibi die, dum—reficret, consumto; post diem tertium, &c. Quæ lectio æque proba. Clark. De veritate hujus lectionis non ambigendum est: nam plane ita reliquit Petavian. et rō fuit non est in Scalig. Leidd. Dorvill. et aliis. Id inculatum est, cum *consumto* exciderat. Hirt. VIII. 26. ‘Complures dies consumisset?’ ubi vide plura: et B. Afric. c. 5. 11.

3 *Erat nobilissimum regionum earum oppidum*] Ms. Brant. et edit. Beroald. ac Steph. *erat in ea nobilissimum*, &c. ac ita legendum conjectit Pet. Ciacconius. Edit. Vascos. *Erat in ea regione nobilissimum oppidum*, quæ quidem lectio Codicibus MSS. non ntititur, præterquam quod tam in hac quam in priore manifesto deest opidi nomen, quod tamen, nisi fallor, repræsentant Ms. Norvic. et edit. Rom. Ven.; hi enim Codices exhibent *erat Mæum nobilissimum*, &c. Haud equidem diffiteor hanc urbem a Geographis non memorari, quæ si causa erit idonea, cur ea lectio prorsus rejiciatur, pari ratione deleatur etiam insula Tauris, cuius noster hujuscet libri c. 45. mentionem facit, aut cum Pet. Ciacconio in *Tragurium mutetur*; id enim non insula, sed oppidum fuit Dalmatiæ. Vide Chr. Cellarium Geogr. Ant. II. 8. p. 389. Davis. *Erat in ea regione nobilissimum oppidum*. Sic Ms. Regius et Edit. Vascosani. Editi nuperi, *Erat nobilissimum regionum earum oppidum*. Ms. Vossii, *Erat in ea nob. reg. earum opp.* Voces istæ in ea corruptæ videntur ex *Mæum*. Sic enim Ms. Eliens. et Edit. Rom. et Ven. *Erat Mæum nobilissimum reg. earum oppidum*. Quam demum cum doctissimo Davisio veram esse posse existimo lectionem.

Clark. Perperam interpolatissimam lectionem exhibuit Clarkius, licet adjuvet Leid. sec. in quo *Erat* in ea *regione nob. earum oppidum*. In ea inserui simpliciter sc. insula: ut est quoque in MSS. aliorum et meis, nisi quod Lovan. habeat in eam et meum Scalig. quo confirmatur valde nomen *Mæum*. Sed videtur tantum dicere auctor, in ea insula Issa fuisse nobilissimum oppidum, dictum nempe ab insula, *Issam*.

11 *Paucis parvisque*] Editi *parris paucisque*: qui minus elegans videtur verborum ordo. Clark. Non editi solum, sed manu exarati habent *parris paucisque*. In quo ordine non minus elegantiæ video, quam in substituto, ‘Magni multique,’ c. 72.

XLVIII. 2 *Palæpharsali*] Vel *Palæpharsali*, ut habet Ms. Ursin. ac ita Beroaldus aliquie nonnulli ediderunt. *Daris*. cur. sec. *Palæpharsali* est etiam in Edd. primis et Vascos.; unde natum *prælio Pharsali* in Ed. prima Gryphii, et pejus *prælio Pharsalico* in Plantin. et Raphel. Verum Cuj. Petav. Scalig. Leid. pr. Ciacc. Brant. et alii eum Steph. servant *Palæpharsali*: quam verissimam esse lectionem vidimus ad Frontin. II. 3. 22. ‘*Palæpharsali triplicem instruxit aciem*.’ Adde Cellarium.

5 *Proprietor provinciæ ulterioris*] Ms. Norvic. et edit. Rom. Ven. Beroald. habent *pro Prætore provinciæ ulterioris*, quæ antiqua est et vera scribendi ratio. Davis. Restitui *Proprietore*, auctoribus MSS. meis omnibus, et Edd. primis, item Vascos. Gryphii, et Stephani. c. 42. eodem modo *Quæstor Proprietore* occurrit: alibi *Legatus Proprietore*. *Præterea* ex MSS. Cuj. Petav. Lovan. Leidd. et Edd. Vasc. Gryph. Stephani addidi prænomen Q. Quo aduludunt etiam Scal. quæ Cass. et Voss. *qua Cass.*

10 *Multis signis*] Ita Scaliger reponuit, cum vulgo in Ald. Gryph. Plant. Edd. scriberetur *initis signis*.

In τῷ multis consentiunt Petav. Scalig. Leidenses cum Ed. R. Steph.; at Lovan. Dorv. Voss. Ciacc. Brant. et Edd. Vett. mutuis habent. Cujacianus vero cum Faerno mutis signis. Quod valde arridet. Per muta signa intelligit eorum gestus, et actiones tacitas, licet odium non testarentur, ut per testimonia apertiores odii denunciations significat. *Muta suspiria, muti questus, muti affectus, et similia alibi, quae saepe abierte in multa.* Vide ad Frontin. I. 6. 2.

11 *Dissimulabant*] Sic Ms. Reg. Quæ et vera lectio. Alii omnes dissimulant. Clark. Lege dissimulabant, quod etiam Clarkius ex Msto Regio monuit. Ita recte dant Gryphius et Lugdunenses 1576. Davis. cur. sec. Accedunt Codex Dorvillii, Scalig. item Edd. Vascos. Stephani, et Stradæ, cum Gryph. Ed. posteriore, non prima. Praeterea ex Leid. primo et Lovan. scripsi animum animadvertere. Adi ad B. G. I. 24.

14 *HS. centenos*] Recte Ciacconius notavit in MSS. plerisque et Edd. Vett. male scribi *sestertia centena*. Singulis enim militibus, nimium foret, universis parum. In Voss. Cod. est *Sestertium centies*. Scalig. et Leid. pr. Se R. c. bene infra ‘sestertiis centenis,’ et c. 52. ‘sestertios c.’ diserte Cujac. Leid. pr. et Scalig. cum Vasc. Steph. Scal. &c. et B. G. VIII. 4. ‘Militibus ducentos sestertios pollicetur,’ et de Bello Africo c. 88. ‘singulis HS. c. divisit.’

15 *Medobregam*] In Inscript. *Medubriga* et Plinio *Medubricenses* vocantur, ut Ciacconius et Cellarius adnotant. Huc accedunt MSS. Dorv. Leid. sec. Voss. Lovan. qui habent *Medobrigam* et *Medobrigenses*.

17 *Iterum donavit*] Paullo ante dixit eum, exercitu in unum locum conducto, *pollicitum esse c. sesertios*; non vero eum *donassee*. Jam vero, re bene gesta, donavit eos sestertios: non *iterum* donavit: quare confiden-

ter ejeci hanc vocem, auctoritate MSS. Cujac. Petav. Scal. Leid. pr. Voss.

XLIX. 8 *Simultatum*] Sic quidem constanter omnes Codd. Ph. tamen Rubenius Elect. I. 32. hanc lectio nem rejicit: dictio quippe *simultatum* huic sententiæ non satis apposita videtur, ideoque reponit *multtarum*. At vero *simultates* primum quærebantur, propterea quod divites eo, quo par est, modo se non gessisse autumabat Longinus; dein iis muletæ sunt im posite. Antecedens est pro consequente. Sic apud Corn. Nepotem Thrasyb. c. 11. 5. ‘Hanc (Municipiam) bis Tyranni oppugnare sunt adorti,’ cum revera *oppugnarint*, non autem expugnaverint. Vide etiam B. G. v. 12. et ibi notata. *Davis. Causa* est in Leid. pr. Lat. Latinius legebat *simul et causse*. Sed vulgata mihi etiam sincera videtur. *Simultatum* autem est in Scalig. Lovan. et Voss. Vide ad B. G. iv. 3. ‘Civitatum.’

12 *Inter reos referretur*] Sic quidem recentiores exhibit una cum Edd. antiquissimis et MSS. Dorv. ac Leid. sec. At vero MSS. Petav. Scalig. Lovan. Leid. pr. Voss. et aliorum, item Edd. Aldi. Vascos. Gryph. Steph. Plant. Scalig. Cellar. et plures dant in *reos ref.* quod idcirco secutus sum.

L. 5 *Nihilominus tamen*] Sic MSS. Reg. et Edit. Romana. In aliis deest *tamen*. Clark. Ego contra censeo, librarii alicujus esse additamentum, qui tali fulcro orationi opus esse putabat. Verum elegantius multo omit titur; nec quoque comparet, nisi in recentissimis Leid. sec. Dorvill. et Edd. Med. Ven. Vascos. Gryph. post. ac Steph. saepe etiam *tamen* omittitur post *quamquam, etsi*, et similia. Adi, quos laudat Cort. ad Sallust. B. Jug. c. 35. et Stewech. ad Veget. I. 20. ‘Nam, licet, &c. pedites constat esse nudatos.’ Sic etiam MSS. mei omnes:

vulgo inserunt tamen. Vide etiam Var. Lect. B. G. viii. 50.

6 *Acceptum ferebat*] Ut hoc ferri queat, et locis Valerii Maximi, Plinii, Seneca ac JCtis defendatur, sata-gente Borichio Cogit. de Ling. Lat. p. 270. exprimendum tamen est, quod in antiquioribus est libris. Petav. au-tem, Leidenses, Voss. et Aicardi cum aliis habent *referebant*. Quod passim in his commentariis occurrit, ut apud aurei avi scriptores semper. In alio-rum locis, ubi vulgo *ferri* circumfer-tur, MSS. fere habent *fieri*. Vide Cort. ad Plin. Ep. ii. 4. ‘Acceptum tibi fieri jubebo.’

10 *Ornantur*] Sic MSS. plurimi, et Editt. Vett. nonnullae. Scaliger et Recentiores; *onerantur*. Minus recte. Clark. Optime cum Goduino ex 6. MSS. Gallicis ita restituit Clarkius; quod confirmant Cujac. Petav. Leid. pr. Voss. Lovan. Dorvill. et Edd. primæ. *Ornantur* sive armantur equi-tes impensis provincialium. *Ornare* et *onerare* in his crebro permutatum est. Adi Cl. Burm. ad Ovid. Epist. ix. 103. ‘Se quoque Nymphatius ornavit Jardanis armis.’ B. Afric. c. 72. ‘Ornatus loricatusque elephanthus’ ubi eadem confusio. Apud c. 86. ‘elephantos ornatos armatosque.’

LI. 10 *Atque imperarentur*] Hasce voces, quæ in omnibus Mstis et anti-quitus excusis comparent, temere prorsus omisit Jos. Scaliger; describunt enim pecuniae, cum certa uni-ueque summa imponitur solvenda, imperantur autem, cum eas postulat exactor. Davis. Non temere prorsus omisit has voces Jos. Scaliger, ut existimavit Davisius; expressit enim eas Scaliger in sua Editione: sed in Editione Jungermanni, qui Scaligerum secutus est, omissæ sunt errore typographicæ. Clark.

LII. 6 *Meridiana hora*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii postmeridiano tem-pore. Clark. Tempore pomeridiano est in Edd. Flor. Vascos. Gryph. post.

Steph. et Stradæ. Sed tempore post-meridiano MSS. Ursin. Cujac. Scalig. Petav. et Leid. pr. cum Ed. Beroald. quod rescripsi. Passim ita Cicero et alii. Desunt haec voces in Lovan.

9 *Nam is latus Cassii tegebat*] Hoc loco *latus tegere* est latus sinistrum alterius, qui vel ætate vel honore superior est, claudere: quod qui fa-cit, tanquam pro scuto sit, quo latus, præsertimque sinistrum, tegitur, *latus tegere* dicitur, ut docet Adrianus Tur-nebus Advers. xiv. 24. adhibito Horatii loco Sat. ii. 5. 18. ‘Visne tegam spurco Damae latus?’ Brant. Vide Juvenalem Sat. iii. 131.: et ibi vet. Scholia. Davis. Notat Goduinus in Ms. Regio scribi per Raciliū; ut ipse Racilius cædis particeps (V. c. 53. 55.) locum pereussori dederit corripiendi aversum. Qui tamen sensus satis e vulgatis quoque ex-sculpi potest.

11 *Sinistra corripit eum*] Locum hunc de menda suspectum non habe-rem, nisi MSS. me ejus admonuis-sent: nam pro *cum* in Voss. est *ver-sus*, in Cujac. Petav. Scalig. Lovan. *versum*. Amplius mutat Leid. pr. dans in sinistram partem *insinuasset corripit versum*. Unde videtur scri-bendum esse *sinistra corripit aversum*, i. e. a tergo: nisi *versum* sit pro *con-versum*, ut se converterit Longinus, Minutio post Raciliū se insinuante inter eos, ut ‘conversum am-plexus’ Apuleii Met. l. ii. p. 29. Sed prius aptius et magis Latinum videtur.

13 *Munitius Plancus*] MSS. quo-quot scio, omnes præter Bruti codi-cem, ut et Edd. primæ, item Vasc. Gryph. Steph. habent *Flaccus*: et statim *Flaccum*. *Munitia* tamen gen-tis vulgare cognomen est *Plancus*: unde illud Aldus videtur substituisse. *Munitius* est in Edd. Mediol. ac Ven. *Munitius* Flor. Forsan ratio horum nomi-num in provinciis aliquantum confusa fuit. Subdit enim Auctor,

fuisse conjuratos omnes *Italenses*, sive *Italice*, quæ est urbs Hispanæ *Bæticae*, natos, sed ex Romanis ortos, et municipes. Immo diserte *Munatii Flacci* mentio fit in B. *Hispan.* Vide omnino Cel. Periz. T. iv. Epist. ab Cl. Burn. editarum p. 788. cum quo hic *Flaccus* restitui.

17 *Ad ipsum involat*] Lovan. Cod. At: ut *involare* sine præpositione ponatur. Idque mihi hic magis adridet; licet sæpe in aliquem *involare* occurrat. Vulgatum omnino proscriptis ill. Heinsius ad Ovid. Met. xiii. 560. ‘Correptum captivarum agmine matrum *Involat*.’

LIII. 2 *Berones*] Editt. Rom. Ven. exhibent *Verrones*, quæ quidem lectio favere videtur Hadr. Valesii conjecturæ; is enim in animadv. ad *Ducangii Glossar.* p. 221. reponit *Berones* vel *Vettones*, qui sunt Hispaniæ citerioris populus. Quæ sane emendatio melior est Turnebiana; Adr. enim Turnebus *Advers.* xiv. 16. *Bigerones* rescribit. Alii codices repræsentant *Varrones* vel *Barones*, ac procul dubio falsus est doctissimus Valesius, dum audacter asserat, vocem illam ultimam ne Cassiodori quidem ævo fuisse notam, cum eam adhibeat Cicero *Fam.* Epist. ix. 21. ‘Ille,’ inquit, ‘baro te putabat quæsitorum, unum cœlum esset an innumerabilia.’ Sed ibi hominem stultum et fatuum denotat, hic alia sit oportet ejus significatio. Persius *Satir.* v. 138. ‘Baro, regustatum dito terebrare salinum Contentus peruges.’ Ubi vetus Scholiastes sic ait: ‘Lingua Gallorum *barones* vel *varones* dicuntur servi militum, qui utique stultissimi sunt, servi videlicet stultorum.’ Eadem vox legitur apud *Petronium* in fragment. *Tragur.* p. 131. editt. Amstel. 1700. Defendit hanc lectionem Pet. Pitheus *Advers.* i. 8. Vide et Jani Rutgersii *Ven. Lect.* c. 23. *Davis.* *Berones* est in MSS. cunctis. *Verrones* Ed. *Mediol.*

quoque. *Barones* edidit Stephanus. Vide etiam Gyrald. dial. 12. T. 2. Th. Crit. et Viros doctos ad *Ciceron.* ad Att. Ep. v. 11. ‘Apud Patronem et reliquos barones te in maxima gratia posui.’

6 *Quæ jaciebant in itinere, fugiens opprimitur*] Ms. Norvic. *jacebant*; editt. autem Rom. Ven. Beroald. Stephan. *quæ jaciebantur, in itinere fugiens opprimitur*, quæ quidem lectio et interpunctio mihi valde arrident. *Davis.* MSS. Eliens. et Vossii corrupte *jacebant*. Edd. aliquot Veteres, *jaciebantur, in itinere fugiens opprimitur*. Quam lectionem et interpolationem probat Davisius. Favet Ms. Regius, qui habet itidem *jaciebantur*. *Clark.* et *Lovan.* At vero quid est *oppriimi intersaxa, quæ jaciuntur?* *Saxis* debuit dici vel *per saxa*, sed errant viri docti. *Jaciebant* est in *Petav.* a m. pr. *Scalig.* *Leidensibus*, *Voss.* et *Dorvill.* atque ita *Goduin* in MSS. *Gallicis* inventum probavit. Omnino bene. *Inpeditus* *saxis*, quæ in itinere *jacebant*, et inter illa dum fugit, vacillans opprimitur. *Jaciebantur, in it.* habent etiam *Vascos*. *Aldus*, *Gryph.* *Plantin.* ita ut ante *Scalig.* in nullo sit *jaciebunt*. Mox *ad domum*, quod extabat ante *Ursinum* in Edd. *Aldi*, *Gryphii*, *Plant.* et aliis, confirmatur a *Lovaniensi*; uti et alibi additur præpositio. Verum cum a reliquis MSS. absit, et subdat *ad eum*, rectius ego quoque subintelligi puto.

13 *Nemo enim in provincia natus*] In Msto Norvic. est *nemo autem in provincia natus*; editt. Rom. Ven. Beroald. *nemo enim aut in provincia natus*, nec scio, quare vocula illa contra earum fidem rejiciatur. *Davis.* *Aut in prov.* Sic MSS. *Reg.* et *Vossii*, et Edd. *Vett.* *Vulgati* minus eleganter omittunt *aut*. *Clark.* *Aut agnoscunt* MSS. omnes et Edd. *Vett.* præter *Ald. Manut.* *Plantin.* et seqq.

15 *Non cum omni*] *Mutilum censem*

hunc locum Rhellicanus; ac proinde emendat *Nemo enim* (scil. erat) qui non cum omni, &c. Sed non hic opus. Aequo enim Latina est, ac plane idem sonat, vulgata lectio. Clark.

lv. 12 *Affectus L. Mergilio. Squillus nominat plures*] Ms. Reg. affect. A *Lucio Mergilio Squillo nominati sunt plures*. MSS. Eliens. et Vossii. *Affecit. L. Mergilio Squillus nominat plures*. Si illud affectit probum sit, legendum erit, mutata interpunctione item *Calpurnium Salvianum* (*qui—coactus*) iisdem cruciatibus affectit. A *L. Licinio Squillo nominati sunt plures*. Vel item *Calpurnium Salvianum*, (*qui—coactus*,) iisdem cruciatibus affectit. *L. Mergilio et Squillus nominant plures*. Sed præstare videtur vulgata lectio. Clark. Pro *Iisdem* in nonnullis, ut solet, *isdem*, at in Leidd. Idem. *Affecit* etiam Petav. Ciaccon. et Cujac. pro Var. Lect. A *L. Mergilio* est in Edd. primis. Vascos. Steph. et aliis, seu *Mercilio*: quod habent multi MSS. Si quid mutandum, ut videtur, recipienda omnino est Ciacconii emendatio *affecti L. Mergilio et Squillus nominant*, quam lectio nem in plerisque exemplaribus esse ait Glandorpius. Uterque erant conjurati, ut patet e c. 52.

14 *HS. x.*] Sic Ursinus docuit reponendum, i. e. Sestertium decies. Inepte olim edebatur et in plerisque MSS. scribitur *Sestertiis decem vel cccoo*: et statim L notat *quinquaginta*, non *quinquaginta*. Pro x vero seu *decies*, *lxii*. Sexages legendum videtur e Valer. Max. ix. 4. et Saresber. Policr. viii. 15. Ut Glandorpius, Ciacconius, et Gronov. de Pec. Vet. iv. 4. jam monuerunt.

15 *Qui etsi maxime nocentes*] Ms. Norvic. *Qui se maxime innocentes*, contra rem ipsam: at aliis ac edit. Rom. Ven. Beroald. habent *qui si maxime nocentes*; quae quidem proba est locutio et hic ex Codicium fide repnenda, ut ostendit J. F. Gronovius

de Pec. Vet. iv. 4. pag. 617. *Davis*. Qui si, &c. Ita restituit Davisius ex MSS. et Editt. Vett. Quibus suffragantur MSS. Reg. et Vossii. Vulgg. Qui etsi, &c. Clark. Si exhibent MSS. omnes et Edd. Med. Vascos. Gryph. Steph. aliaeque. Vide Acid. ad Vellei. II. 99. Cort. ad Sall. B. Jug. 85. in fine, et alios.

16 *Pecunia remissus*] Sic quidem habent Edd. omnes. At vero MSS. Petav. Scalig. Lovan. Leidenses, Voss. dant *pecunia*. Eleganter mercurie, et acute. Remisit seu *donavit*, ut solent s<sup>r</sup>pissime etiam loqui veteres, iis dolorem vulnerum, respectu pecuniae, sive propter pecuniam. Passim *remitto tibi illam rem* est in usu. Sed et cum *Dativo rei*, quæ notat caussam, cur alicui remittatur, quod et usu venit in τῷ *donare*. Adi omnino Cel. Gronov. Obs. IV. 2. Lucan. IX. 1059. ‘quam magna remisit Crimina Romano tristis Fortuna pudori.’

lvi. 3 *Mixtam dolori voluptatem*] Non male. Sed MSS. meliores, ut 4 Gallici, a Goduino visi, et Petav. Lovan. Scalig. Leidenses, Dorv. Regius Angl. Edd. primæ, Vasc. Gryph. post. Steph. et aliae habent *dolore*. Ut Ciceroni ‘Mixtus candore nitor.’ Sallustio B. Jug. c. 57. ‘Picem sulphure mixtam’ ubi in Excursu v. vide Cortium: ac Celeb. Burm. ad Ovid. Fast. vi. 170. ‘Mixtaque cur calido sit faba farre rogas.’ Cæs. B. Civ. III. 48. ‘herbam admixtam lacte’ ubi vide alia. Apul. Met. I. III. p. 58. ‘Anethi modicum cum lauri foliis inmixtum rore fontano’; ut bene legit Wouwerius. Ante erat *inmissuin*. Liv. II. 53. ‘clamor mixtus ploratu.’

6 *Dubius animi*] Sic optime Sealiger e suo, ut videtur, codice, et Edd. Venet. Florentina, aliisque primis restituit. Nam in reliquis MSS. et Edd. inveni *animus*, ‘*Dubius consilii*’ Just. I. 13. Alii ‘*dubius fati*’, ‘*fugæ*’ &c.

'salutis,' Apul. l. v. p. 107. Vide ad Luc. i. 506. similiter 'animi incertus.' Adi III. Heins. ad Valer. Flacc. i. 79.: et talia immensa occurunt. Vide etiam ad vii. 80.

10 Quem autem Romanorum delectum instituit; quosque ex omnibus conventibus—conscriptos habebat transmarina, &c.] Scaliger et Recentiores istum locum hoc modo ediderunt: *Æqua autem ratione delectum instituit; quos ex—conscriptos, transmarina, &c.* Corrupte. Codices Goduini, alii habent, Equitum autem Romanorum, &c. alii, *Æque autem Romæ, &c.* Edit. Steph. Paris. *Æque autem Romanorum, &c.* MSS. Eliens. et Vossii, *Æque autem Romæ, &c.* Hi autem omnes Codices in posteriori parte consentiunt, quos ex—conscriptos, transmarina, &c. Verum in Edit. Rom. est, *QUEM autem Romæ, (et deinceps,) quosque ex omnibus conventibus—conscriptos, transmarina, &c.* In Ms. autem Regio, quem autem Romæ; deinde, quosque ex—conscriptos, *HABEBAT, transmarina, &c.* Desumptis igitur, ex Ms. Reg. et Edit. Romana, vocibus *Quem autem;* ex Ms. Goduini et Edit. Stephan. Parisiis, voce *Romanorum;* ex Ms. Reg. et Editione Romana, voce *quosque;* ex Ms. autem Regio, voce illa *habebat,* quæ erat in aliis omnibus Codicibus desiderata; edidi tandem, *Quem autem Romanorum delectum instituit; quosque ex omnibus conventibus—conscriptos habebat; transmarina, &c.* Totam hanc lectionem exhibet Ms. Regius; nisi quod ibi, pro *Romanorum,* scriptum sit *Romæ.* Et sane, cum *Romani* essent etiam, qui ex conventibus conscripti erant; probassem equidem istam lectionem, *Romæ;* si modo, pro *instituit,* scriptum fuissest *instituerat.* Sed et isto modo forte huic difficultati occurri poterit, si, omissa vocula, *que,* scribatur tandem: *Quem autem Romanorum delectum instituit,* quos ex—conscriptos habebat, transmarina, &c. Nisi placeat denique

Leetio Codicis Goduini: Equitum autem Romanorum delectum instituit; quos ex—conscriptos, transmarina, &c. Judicet Lector Eruditus. Clark. Codices nonnulli dant æque, vel equitum, vel denique; quem autem Romanorum dilectum instituit. Facili conjectura lego QUIN ITEM ROMANORUM dilectum instituit. Quæ sane minima est mutatio sensuique facit satis. Davis. cur. sec. Lectionem, quam intrusit Clarkius, confirmant plane Leid. sec. et Dov. ac Ciacconii, qui habent *quem a. Romæ d. i. quosque ex o. c. c. c. habebat.* Sine dubio tamen interpolate; ut sunt illi recentissimi Codices. Pro *Æqua ratione* etiam *quem Romæ* habent Edd. primæ et Beroaldi ac Vascos. aliaque; *Romæ quoque Petav. et Voss.* Quosque item Edd. primæ. *Equitum* etiam conjecit Lipsius; sed verissima videtur esse lectio R. Stephani, quam etiam adprobat Brutus. *Æque a. Romanorum dilectum instituit, quos, &c.* Nam æque diserte exaratur in Codicibus Cujac. Petav. Scalig. Lovan. Voss. et Brantii. *Romanorum* habent Cujac. Scalig. et Brant. Rom. Leid. pr. Lov. Quare eam in textum recepi. *Æque* valet idem, ac Davisii lectio *quin item. Itidem, similiter.* Sic MSS. B. Civ. II. 44. 'Diebusque æque post paucis:' ubi itidem exsulabat. Sall. Jug. c. 101. 'Æque aliquos a tergo hostibus venturos.' Si tamen *equitum* quis præferat, non multum refragarer: nam et in Leid. pr. est *eq.* Nescio autem quid velit Ciacconius, legens *qui aut Romanorum civium d.* et reliqua, ut sunt in suo codice: *dilectum rursus scripsi ex optimis Codicibus.*

14 Totum exercitum] Ursin. conjectit, *novum*, quia in Cod. suo invenit *notum.* Quod etiam comparet in Leid. pr. Scal. et Lovan. et Voss. Immo diserte *novum* extare in Petav. docent excerpta Gruteri.

19 Ut se adirent] Elegantius puto abesse hanc conjunctionem *ut* a MSS.

Scalig. Lovan. et Dovr. Vide omnino ad Hirtii B. G. viii. 20. ‘ Conclamant, legati mittantur.’

20 *Perturbavit*] Sic Ms. Reg. Al. *turbavit*. Clark. *Turbavit* in meis omnibus est.

LVII. 2 *Nunciat fama legionem*] Locum hunc suspectum habuere viri eruditii. Joan. Glandorpius reponit *nunciat famam esse*, aut *fama divulgatum*: Pet. autem Ciacconius vocem *fama* prorsus delendam arbitratur. Miror equidem eos hic haesisse, patet enim *famam* hic opponi certæ auctoritati, eique, quod per nosmet ipsi novimus. Davis. Tertullianus Apol. c. 7. ‘ *Fama* nomen incerti; locum non habet, ubi certum est.’ Ibi legas hanc in rem plura. *Idem*, cur. sec.

3 *Ilurgim ad oppidum*] Omnes Codd. ad *oppidum Leptim*, præter Beroald. qui *Leptum* exhibet; sed cum ea sit Africæ urbs, locum hic habere non potest, aut igitur probanda est Jos. Scaligeri conjectura, aut scribendum *ad oppidum Ilipam*, que Joan. Glandorpii est emendatio. Davis. MSS. *Leptim*. Quæ quoniam Africæ urbs est, non Hispaniæ; reposuerunt ex conjectura Glandorpius *Ilipam*, Scaliger *Ilurgim*. Fieri tamen potest, ut fuerit etiam in Hispania urbs nomine *Leptis*, licet Geographis non memorata. Clark. Scaliger non primus edidit *Ilurgim*, sed Aldus, quem Manutius, Plantinus, et alii pro more securi sunt. MSS. omnes et reliqui Edd. *ad opp. Leptim*; quod reposui, quia, ut cum Clarkio censem Rhellicanus, potuit *Leptis* quedam fuisse in Hispania. Magis tamen inclino in *Ilipam*, quæ, ut Hispalis, Baeti quoque adjacet; præsertim cum in Leidensi primo sit *Iepum*. *Ilurgim* etiam Ciacconio videtur placuisse, quia ad verba *manci pervenit* excidisse putat *Ilurgim*: ubi Leidens. pr. et Voss. habent *m. perv. noctu*: at Lovan. Dorvill. Leid. sec. *manus perr.* *Ilipam* placet etiam Cl. Wesselingo, putatque hanc esse Pto-

lemæi Λαιπαν ad Anton. Itiner. p. 411. Quid si ergo ex vestigiis Codicum legamus *Lepam*?

7 *Cum v cohortibus undevicesimanorum*] Ciaccon. legit vi coh. uno et vices. et statim legio xiii et vigesima primæ cohortes iv. Certe vitiosa est lectio undevices. nam legio xix non adfuit. Sed xxx, xxii et v, cum ii, ut patet clare ex c. 53. et seqq. Scribe itaque cum Lipsio *Un. et vicesimanorum*: uti apud Tacit. Ann. i. 37. Similem niendam idem sustulit in Tac. Ann. i. 45. 64. Egreditur autem de Cassio *Longino* intelligendum est.

10 *Carmonam*] Ita ex Rhellicani, Glandorpii, Ciacconii emendatione recepit Scaliger, uti et c. 61. MSS. vero et Edd. Vett. habent *Carbonam*, seu *Carbonem*, vel *Narbonem*. Male. Proxime verum *Curnionam* in editione Manutii. Urbis hujus cives *Carnonenses*: vide B. Civ. ii. 19. Praferrem tamen *Carmona*. Græce Κάρπων apud Strabon. et *Carmo* in nummis. V. Surit. ad Anton. Itiner. p. 414. Adi tamen ad B. Gall. iii. 20.

11 *Et cohortes iv, et v legio*] Sana non est hæc lectio, neque enim moris est scriptorum, ut cohortium mentionem faciant, nomine legionis non addito, eum accurate copias numerent. Reserbit itaque Pet. Ciacconius, cum legio xxx, et vicesima primæ cohortes iv: cui emendationi fulciendæ paullo ante legit *cum vi cohortibus uno et vicesimanorum egreditur*. Tam vero huic, quam illi conjecturæ deest Mstorum auctoritas, e quibus Norvic. aliique repræsentant *et cohortes iv ex quinta legione*, ac ita plane reponendum. Huic lectioni succinunt edit. Rom. Beroald. nisi quod iis sit *et tres cohortes ex secunda legione*. In Ven. autem *et secunda legione*. Davis. *Cohortes iv ex v-legione*. Scaliger et Recentiores ediderunt; *et cohortes iv, et v legio*. Quod vel mancum, vel corruptum. Edit. Rom. *et tres cohortes ex secunda legione, et v legio*.

Ms. Reg. et cohortes IV ex XI legione, et V legio. Ms. Eliens. et cohortes IV ex V legione. Clark. Non hæsitavi recipere lectionem Ms. Eliensis: quam omnino confirmat Petav. et Margo Ed. Gryphii. Leid. pr. cohortium et V legione. coh. IV ex II legione Leid. sec. et Dory. Sed addit Leid. sec. et V legiones. et V legiones Voss. coh. tres ex V legione etiam Margo Vasc. Cum Romana Ed. consentit Mediol. habens tres ex secunda legione et quinta legio. Ed. Venet. tres coh. et sec. legio et quinta legio. Quæ nata esse ex varia lectione, clarissime liquet. Ceterum de *Obucula* adi Casaub. ad Strabon. p. 208. Ed. Amst. et Wesseling. ad Anton. Itin. p. 413.

15 *Habito concilio*] Ex Msto Norvic. et antiquis edit. reponendum arbitror *habito consilio*; non enim omnes milites, sed tribunos tantum, aliosque id genus videtur convocasse. *Davis*. *Consilio* rescripti jubentibus MSS. omnibus, item Edd. Vett. et sano sensu. Vide ad B. G. v. 28. : et saepius.

23 *Segoviam ad flumen Silicense venit*] In hisce locis nulla memoratur Segovia, nullum flumen Silicense. Seguntia vero, quam Ptolemæus vocat Σεγοντία, urbs et Bæticæ et Singulis ejus Provinciæ fluvius, sed a Seguntia paullo remotior, si Chartis Geographicalis fides. Norvic. habet ad flumen Silicense. Si legas *Sacilim ad flumen Singulin* devenit, pulchre quidem conveniet loci situs; ita tamen Hirtium scripsisse pro certo non affirmarim. *Davis*. cur. sec.

LVIII. 1 *Veteres legiones*] In Lovan. veterem: at in Leidens. pr. veteranas leg. Utrumque bene. Hinc nil muta. Adi ac Hirtii nostri B. G. VIII. 8. ‘*Veterrimas legiones*’.

4 *Viribus uti*] Sive majorem vim adhibere, et imperium vehementissime exercere, confisus nomine Cæsar. Quare retineri potest vulgata lectio. Ciacconio tamen hic quoque placet contra MSS. *niti*. Vide ad B. G.

IV. 24. ‘*Studio nitebantur*.’ Liv. II. 14. ‘*arte adversus vim usæ*:’ et ibi Rhenanus mavult contra MSS. *nisa*. Post odio Cæsar in MSS. Lovan. Dorv. et Leid. sec. additur *nominis majoribus viribus corrupte repetitis his verbis*.

9 *Id qua mente commotus fecerit, conjectura sciri non potest*] Unde hæc lectio nata sit, hand facile dixerim. Primus Aldus non addidit, quem de more suo Manutius, Plantinus, Scaliger et reliqui sequuntur. Ceteræ Edd. Veteres conjectura sciri potest, plane contrario sensu. At vero Codd. Ursini, Ciacconii, et omnes omnino mei exhibent *id qua mente, communis erat conjectura*. Ut suspicer, fecerit a Glossatore saltem additum fuisse. Num scripsit sed *id qua mente, non una erat conjectura*? Plures conjecturas adscribere possem; sed ea cum mihi non satisfaciant, lectori minus placituras arbitrans, nolo. B. Afric. c. 59. 86. ‘*Id hoc consilio*’ sc. *fecit*. V. et c. 96. B. Hisp. c. 5. ‘*Idem Pompeius*.’

11 *Cn. Pompeii nomen in scutis inscriptum haberent*] Moris enim erat, ut militis nomen Imperatoris, sub quo merebant, scutis inscriberent. Vide Just. Lipsii Anal. ad Mil. Rom. l. III. Dial. 2. pag. 436. *Davis*.

12 *Legionibus*] Ursinus emendat *legionariorum*. Sed perperam: ut recte notavit Ciacconius. Conventus enim, non erat ipse *legionariorum*, sed *conventus civium prodibat ad legiones*. Clark. Ursinus ait, Latinum Latinum ita legere.

13 *Matrum familias*] Lovan. m. *fidelium*: fors *m. familiarum*. Passim in his commentariis *Mater, pater familiæ*. V. Ind. notarum. Cort. ad Sallust. B. Cat. c. 45. ‘*filii familiarium*.’

LIX. 6 *Nomen Pompeii ex scutis detraxerunt; Marcellum, qui se Cæsaris caussam defensurum profitebatur, ducem adsciverunt*] Contra ea tradit Dion l. XLII. p. 192. non modo Marcellum utriusque partis gratiam captasse, sed

et ipsum, θνομα τὸ τοῦ Πομπήου τῶν στρατιωτῶν ταῖς ἀσπίσιν ἐπιγραφάντων, ἀπολεῦψαι. Davis.

LX. 2 *Ad eum concurrerunt; ut in aciem educerentur, orant]* Melius hic convenit, *concurrunt*; propter sequentem, *orant*. Cum tamen in omnibus Codicibus scriptum sit, *concurreunt*; in multis omissum istud, *orant*; illam denum veriorem esse lectionem existimo; *ad eum concurrerunt, ut in aciem educerentur subintellecta voce orabant*. Clark. Ultimam vocem prætermittunt Petav. et Norvie. eamque cum Clarkio delendam censeo. Locus modo sic distingnatur; *ad eum cucurrerunt, ut in aciem educerentur, priusquam configendi, &c.* similiū locutionum exempla dedimus ad B. G. II. 3. Davis. eur. sec. Recte viri docti *orant* pro subpositiō habent. Non agnoscunt eam quoque Codicēs Scalig. Leid. pr. et Voss. quare delevi: similia plura loco indicato videri possunt, et ad B. Civ. I. 69. et aliis locis.

8 *Suæ potestatis esse]* Ciacconio videtur deesse rētare vel prohibere: At intelligit Hirtius, Marcellum putasse, suæ potestatis non esse, *configere*, absente et inscio Imperatore Cæsare. Ceterum *esse* a Scaligerō, quod sciam, primo expressum est, et confirmatur a Leid. pr. In ceteris MSS. et Edd. exaratur *esset*. Sed perperam, ut opinor, licet facile defendi possit, et utramque bonam esse lectiōnem, eandemque sententiam, pronunciat Godninus.

10 *Quum Cassium—aciem instruxisse loco superiore videret; caussa, &c.]* MSS. Reg. et Edit. Rom. *Quum Cassius—aciem instruxisset loco superiore; caussa, &c.* In Ms. Vossii etiam deest vox, *videret*; et, in Ms. Eliensi, pro ea scriptum est, *conspiceret*. Sed parum interest. Clark. Cum Ms. Regio faciunt etiam Edd. Mediol. Ven. et Flor. *Videret* exsulat quoque a Petav. Scalig. et Leidensibus: ut aliud quid

latere videatur. Excidit forsitan *adverteret*.

14 *Quo bene valebat]* Sic Ms. Reg. et Edit. Rom. et Ven. Cellarius rescribit, qui *bene valebat*. Quod mirum valde. Non enim hic de Cassii ipsius valetudine agitur; sed de equitatus ejus numero et viribus, præ Marcelli. Scaliger et Recentiorum plerique ediderunt; *quo Bono valebat*. Quomodo in MSS. Eliens. et Vossii scriptum est. Similisque plane locutio est, qua *Equitatus* hic intelligatur; atque illa supra, c. 12. qua *Classis* appellata est Alexandrinorum *naturale ac domesticum Bonum*. Aut igitur retinenda Scaligerana ista lectio; aut scriendum, sicuti nos edidimus, *Quo (scil. equitatu) bene valebat*. Clark. *Bene* est in Recentissimis Leid. sec. atque Dorvill. et Edd. Med. Ven. Reliqui omnes cum Edd. ceteris *bono*. Quod omnino retinendum est.

17 *Vitii difficultatisque]* Cujac. habet *utilitatis difficultatisque*. Petav. et Voss. *usus diffic.* Leid. pr. *uti* cum Sealig. cui supra scriptum *litatis*. Quæ sic satis explicari possent. Ex corrupto *vitii* tamen nata mihi videatur varia lectio.

LXI. 4 *Castra castris conlata essent]* MSS. mei habent *collocata*: quod defendi posset VII. 35. ‘*Castra castris poneret*’ si tamen is locus sanus est. Ego *conlata* præfero, ut apud Liv. IV. 17. Ipse Hirt. VIII. 9. ‘*Castra castris confert*’ supra c. 37. ‘*Castraque oppido contulit*’ i. e. conjuncta mœnibus posuit, ut statim subdit. Immo et hic sequitur ‘*castra castris confert*’ item B. Afric. c. 48. ‘*castra castris contulit*’ ut et B. Hisp. c. 20. 23. *Conlatis in conlocatis* sic abiit quoque cap. 68. B. Afric.

9 *Ullam]* In Ptolemæo, Antonino, aliisque, item nummis, et inscriptiōnibus, *Ulia, Ulices*: quare cum Ciacconio, et Spanhemio ita ubique editit Cellarius: quem et hic, et B.

Hisp. c. 3. consule, quosque secutus sum. Adi etiam Surit. ad Anton. p. 412. *Ulam tamen ubique servant* MSS. *Ulam* Edd. pp.

10 *Ut et loci Natura, — et ipsa munitione*] MSS. et Edit. Vett. *ut est loci natura, — ut ipsa munitione, &c.* Sed præstat vulgata lectio. Clark. Etiam mei omnes. Male a Recentioribus quibusdam et Davis. Edd. exsulat et ante loci.

11 *In edito loco*] Sic Ms. Reg. Al. in edito monte. Quod idem est. Sed interpretamentum plus sapit. Clark. Hæc innovandi est prurigo. *Edito monte* servant mei omnes. c. 72. ‘Editissimus collis.’

15 *Necessitate est adductus; ut — Cordubenses. Castellis idoneis, &c.*] Cum illud *Castellis idoneis, &c.* nonnulli huius videatur; concinnior forte et elegantior erit oratio, si, omissa voce *est*, et mutata interpunctione, hoc modo legamus: *necessitate adductus, ut — Cordubenses; castellis idoneis, &c.* In Ms. Regio est, *necessitate est adductus, ut — Cordubenses: Castellisque, &c.* Clark. Nihil hiulci hic video. Incipit enim nova oratio et periodus. Ut orationis nexus fieret, librarii nonnulli *que* inseruerunt. Quod inveni etiam in Leidens. sec. Sed non necessaria talia sunt fulera.

LXII. 6 *Marcello favebant*] Non male. Sed MSS. aliorum lectio nequaquam est spernenda. Nam Cujac. Scalig. Lovan. Leidenses, Dorvill. dant *Marcellum fovebant*, i. e. colebant, et omni re juvabant. Cicero ad Q. Fratr. III. 1. § 3. ‘scribis de Cæsaris summo erga nos amore. Hunc et tu fovebis, et nos, quibuscumque poterimus rebus, augebimus.’ Ovid. Met. xiv. 333. ‘Ille fovet Nymphen;’ ut Cl. Burm. edidit: *vulgo colit*. Fast. II. 42. ‘Credulus immerita Phasida favit ope.’ Verum ibi MSS. habent *jurit*: quod idem valet.

8 *Acriter crebroque, ut accidit, fortuna sape, &c.*] Miror, tam ineptam

*ταντολογίαν* a viris doctis non proscriptam fuisse; immo ab Edd. primis, Stephano et aliis pejus editum fuisse acriter: *crebroque ut accidit fortuna sape*. Quid enim huc faciunt *ut accidit et sape?* Læge et distingue P. utr. acriter: *Crebroque id accidit, fortuna sape ad utr. victoriam transrente.* Sic enim est in Petav. Scal. Leidensibus, Lovan. et Dorvill. vulgo etiam *transf. victoriam*.

LXIII. 14 *Permaneret*] Mire hic cæcutivit Rhellicanus, qui hæc ad Lepidum refert, *sententiamque intelligit, ejus propositum lites dirimendi*: cum manifesto dicatur *sententia* sive consilium Cassii ipsius de bello continuando. Clark.

16 *Constituta opera quum complanarent*] Non male Petav. dat *instituta*. Consule notata ad B. G. II. 30. ‘*Macchinatio institueretur?*’ Non sequor tamen. Dein *quum* abest a MSS. omnibus et Edd. primis, item Beroaldi, Vascos. Steph. Gryph. post. præter Petav. in quo *quum planarent*. Corippum usum esse simplici *planare*, Lexica docent.

LXIV. 3 *Cassius cum suis proficiscitur Carm.*] Sic reposui cum R. Steph. et Ms. Scalig. Quo faciunt Cuj. Pet. Leid. pr. Voss. in quibus *cum suis Cassius prof.* Cassii nomen in multis deest. Vide Variantes.

*Carmonam*] Codices corrupte; *Narbonem*. Unde Glandorpius reposuit, *Bardonem vel Cardonem*; Scaliger, *Carmonam*. Clark. *Narbonam* MSS. vetustiores. Alii *Narbonem sub idem tempus*, sed *Carmonam*, ut supra c. 57. rectum videtur: quomodo ibidem etiam Rhellicanus conjectit. Idem vero hic loci *Norbam* mavult, ut intelligatur Norba Cæsarea in Lusitania. Sed nimium distat hæc a fluvio Baeti et *Corduba*: ubi hæc gesta sunt. Vide c. 59. *Norbam* tamen in textum recipit Stephanus. *Carmonam* Ciaccinius jam vidit legendum esse: immo et Glandorpius. Qui etiam bene

Rhellicani errorem-animaladvertisit, cum Surita ad Antonini Itiner. p. 414. Adde Roderici Cari Antiq. Hispal. 1. 29. et III. 41. Ego tamen mallem *Carmona*.

20 *Directam tantis fluctibus tenere]* *Direptum* Voss. at Lovan. Cod. habet in *directum*: unde Ill. Heinsius adscriptis libri sui oræ *iter rectum*. Sed in *directum* Latine dici recte posse docui ad Front. 1. 4. § 14. ‘In diversum.’ Quod etiam est apud Flor. II. 6. § 20. et Curt. IX. 7. § 11. *Directam* tamen seu *drectam* (ut est in Leid. pr.) retinent reliqui, quod non temere mutandum. *Directa navis* obponitur *obliquæ*, quæ naufragio facilis est exposita. Vide ad B. G. IV. 17.

LXV. 3 *Inutiliter administrari]* Noxie, ita ut ex ea administratione detrimentum capiat Resp. Hanc *inutilis* significationem, quoniam vulgo non est nota, aliquot exemplis firmabo. Scriptor ad Herennium I. IV. fol. 26. edit. Lamb. ‘Ergo *inutile* est ei, qui discere vult, putare non unum omnia posse.’ Hirtius B. Afric. c. LIV. ‘Quod in Italia milites P. R. contra Remp. instigasti — quodque mihi Reique publicæ *inutilis* fuisti.’ Terentius Andr. Act. I. Sc. 5. 52. ‘Illi utraque res (forma et ætas) inutiles Et ad pudicitiam et ad rem tutandam sient.’ Ovidius Met. XIII. 38. ‘Sed sibi *inutilior* timidi commenta retexit Naupliades animi.’ Valerius Maximus VII. 2. extr. ‘Cretenses — ut mala consuetudine delectentur, optant — *inutiliter* enim aliquid concupiscere — exitio vicina dulcedo est.’ Eandem hujuscem vocis vim ex Lucilio et Corn. Nepote dudum illustravit Casp. Scioppius Veris. I. 20. Davis. V. Cel. Burm. ad Ovid. ex Ponto II. 8. 59. et Obs. Miscel. Vol. IV. p. 120.

6 *Indulgentia Tribunorum militum]* Optimus Ursini Codex, MSS. Brant. et Norv. ac edit. Rom. Beroald. ex-

hibent *indulgentia Tribunorum militum*, quam sane lectionem præfero, quia vox est rarius, ac proinde corruptioni magis obnoxia. Caesar B. G. VII. 17. ‘Tenuitate Boiorum, *indulgentia* Æduorum.’ Vide et B. C. III. 8. Davis. *Indulgentia*. Ita MSS. plurimi et optimi, nec non Editiones aliquot veteres. Quin et hac voce, in libris de bello Gallico, ipse usus est Caesar. Ut mirum sit Scaligerum et Recentiores, aliorum Codicum fidem secutos, reposuisse *indulgentiam*. Quam vocem Librarios usitatiorem ex altera illa inusitatiore confinxisse, multo verisimilius est, quam e contrario inusitatiorem permutasse. Ut recte adnotavit Davisius. Clark. MSS. mei quoque præter Leidens. primum, et Edd. Vascosani, Stephani, Gryphiana posterior habent *indulgentia*. Vide etiam Brant. et nos ad B. C. II. 8. ‘*Indulgentiae* ac doloris iracundia.’ Hoc tamen loco *indulgentia* videtur magis convenire voce *ambitioni*. Ideo enim militibus indulgabant.

8 *Dissolvendæ disciplinæ severitatisque essent]* Ms. Norvic. *dissolvendæ disciplinæ severitatisque caussa essent*; sed vocem penultimam imperitus adjectit Librarius: ex Atticismo enim abesse potest, qua de re dudum monuit Priscianus I. XVIII. Terentius Adelph. Act. IV. Sc. 4. 6. ‘Nec id assentandi magis, quam quod habeo gratum, facere existimes.’ Virgilius Æn. XI. 126. ‘Justitiaene prius mirer, belline laborum?’ Sic sæpissime loquitur Sallustius. Adi quæ notavimus ab B. C. I. 82. Davis. Adde Rhellic. et nos ad B. G. IV. 1. Perperam *caussa* addit quoque Petavianus.

18 *Putabat]* Pet. Codex sperabat: cuius verbi Glossa potest esse *putabat*. Adi notas ad Fron. III. 9. § 7. ‘Classe inexpectata;’ ubi in Mediceo *inesperata*; ut apud Clodian. I. in Rufin. 333. ‘*inesperatique* recursus.’

22 *Dynastas provincie, fin.]* Non ita

lōqui solent veteres. In Edd. primis, Vase. Steph. Gryph. post., &c. legitur *d. pr. finitimosque omnes qui.* Mihi videtur que esse delendum, ac distinguendum: *Dynastas, provinciā finitos, qui omnes.* Vide B. Civ. III. 3.: et sic saepe Cicero aliique.

**LXVI. 2 Legionibus Syriæque]** Edd. ante Ursinum, qui e suo Codice *que addi voluit, non agnoscunt encliticam*: eamque lectionem præfert Cellarius; quia Tacit. Hist. I. 76. dixit *Syria pro Syriacas legiones.* Verum MSS. Cuj. Pet. Scal. et reliqui omnes addunt *τὸ que.*

**3 Eadem classe qua venerat]** Tradit etiam Josephus Antiq. xiv. 8. 3. Cæsarem *εἰς Συρίαν ἀποτλέσσαι.* Diserte tamen noster supra c. 33. ‘Ipse Cæsar itinere pedestri profectus est in Syriam.’ Adeo ut in Hirtio manifesta sit *ἐναρτιολογία*, quam observavit etiam vir summus Jac. Usserius. Vide ejus Annales ad annum mund. MMMDCCCCLVII. p. 474. edit. Gen. Davis. cur. sec.

**14 Lycomedi Bithynio]** Editi omnes ad Scaligerum usque Nicomedi Bithynio, sed vir ille summus ex Strabone, ut videtur, Hirtium emendavit; is enim l. XII. p. 558. hunc pontificem Lycomedem vocat. Verum alia correctione forsitan magis est opus, Latini enim non Bithynium dicunt, sed Bithynum. Horatius Od. I. 35. 7. ‘Quicunque Bithyna lacessit Carpathium pelagus carina.’ Juvenalis Satir. VII. 15. ‘Quanquam et Cappadoces faciant, equitesque Bithyni.’ Ea igitur forma hic videtur reponenda. *Davis.* Dele a verum alia correctione ad finem notæ, et deletorum loco repone: In alia certe sententia fuit Ciacconius, qui Nicomeden Straboni restituendum censuit. Et merito quidem. Appianus Bell. Mithrid. p. 420. *Ἡν (ἐν Κομάνοις ἐφωτύην) εἰς ΝΙΚΟΜΗΔΗ μετήνεγκεν ἀπὸ Ἀρχελάου.* Ut Cæsari quasi postlimio reddendum sit NICOMEDIS no-

mén. Cæterum vocabulo *Bithynio* manus sunt abstinendæ. Nam licet *Bithyno* dent Pet. et Lovan. uti scribendum censueram; Varro tamen R. R. I. 9. ait: ‘Diophanes *Bithynius* scribit signa sumi posse,’ &c. similiter Prusia regis *Bithyniorum* filius memoratur Plinio H. N. I. VII. §. 15. Quin et apud Suetonium in Julio cap. 49. non *Bithynicam reginam*, sed *Bithyniam* præ se fert Codex Memmianus. *Davis.* eur. sec. Cellarius etiam cum Goduino Nicomedi prætnilit; quin et Vallantius non solum in Bithynia sua p. 364. legit *Nicomedi*, sed facit eum Nicomedis Epiphanis, regis Bithyniæ, nepotem. Qua auctoritate, ipse viderit; eamque temeritatem in eo jam castigavit eruditiss. Auctor Diss. in Obs. Misc. Vol. VII. p. 54. Malim itaque ego quoque credere, Appianum esse corruptum, non Hirtium: nam *Lycomedi* exstat in integrerrimis Codicibus Pet. Scal. Leid. pr. Lov. et Dov.

**Bithyno]** Ita optime emendavit Davisius. Alii, minus Latine, *Bithynio.* *Clark.* Videmus vero, ipsum Davisium a priore sententia recessisse, et *Bithynio* refinere, quod est in MSS. plerisque. Nam Petav. habet *Bithynio.* In Voss. est *Bithyno.* *Bithynius* dici potest, ut *Thessalius, Phrygius, Troius*, et innumera similia, quorum ultima syllaba saepe abiit in *cus*.

**20 Eius]** *Ariobarzanis.* Rhellicanus interpretatur, *Cæsaris.* Admodum inepte. *Clark.* Goduinum id jam monuisse notat Cellarius. Mihi locus intricatiор videtur, quam ut de eo liquide pronunciare audeam. Nam *Fratri Ariob.* Ariarathi exhibent MSS. mei omnes præter recentissimos Leid. sec. et Dov. Sed *Adtribuere aliquem alicui Cæsari* et in primis Hirtio significat aliquem alteri subjicere, ita tamen ut ipse aliquid imperii habeat. Vide ad VII. 90. ‘Huic M. Semproniu[m] adtribuit.’

**21 Iter cæptum conf. capit]** Sic E-

diti : MSS. autem Reg. Eliens. et Vossii *iter incepsum*. Quod prærendum est, ne eadem vox statim repetatur. Clark. Adde Petav. Seallig. Leid. sec. Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. et Stradæ. Ideoque reponui.

LXVII. 3 *Totius*] MSS. Lovan. Dorvill. Leid. sec. *tota provincia*. An error natus ex antiquo Genitivo *totæ*? Vide ad VII. 66.

9 *Exercitibus imperiisque*] Glandorpius emendat *imperiisque coactus*. Sed nihil opus. Melius enim subintelligitur istiusmodi vox aliqua. Clark. In pene placet conjectura Cl. Marklandi in Epist. Crit. p. 129. ‘excitusque imperiis’ i. e. evocatus jussu Pompeii. *Excire* enim proprium in hac re verbum est; de B. Hisp. c. 4. ‘itteris excitus’: ubi unus *exercitus*. Vide ad Lucan. VII. 361. ‘quantas in prælia numquam Excivere manus.’

LXVIII. 3 *Defectionem ejus, nullam posse excusationem imprudentiæ recipere*] Editi omnes *Defensionem*: quod cum idem sit plane ac *excusationem*, mirum Editores non esse mendi suspicatos. Lege omnino, ex Ms. Regio, *defectionem*. Porro Editi omnes et plerique MSS. exhibent; *defectionem ejus, nullam posse excusationem ejus imprudentiæ recipere*. Quod importunum est, et hoc in loco prorsus alienum. Ms. Reg. et Edit. Rom. melius, *sue imprudentiæ*. Verum existimo equidem illud, sive *sue*, sive *ejus*, irrepsisse ex præcedente, *ejus*; ideoque prorsus omittendum; legi que oportere, *defectionem ejus, nullam posse excusationem imprudentiæ recipere*. Clark. Locus fœde maculatus, quod cum animadvertisset Msti Regii Librarius, non *defensionem*, sed *defectionem* scripsit. Hoc commento mire delectatus Clarkius reponit, quumque *defectionem ejus, nullam posse excusationem imprudentiæ recipere coarguisse*. At vero Dejotarus a Cæsare non *descit*, sed a partibus Pom-

peianis initio stetit. Gryphius omissa voce *ejus*, edidit *excusationem imprudentiæ*. Lege quamque nullam posse se *excusationem imprudentiæ recipere coarguisse*; nam *defensionem ejus pro marginali nota habeo, quæ tandem Hirtii verba invasit*. Quomodo contaminati sunt omne genus scriptores. Lactantius Div. Inst. II. 5. 33. ‘Sed illi (*Stoici*) dum studeant id, quod falso suscepereant confirmare, (et sensibilem esse mundum et Deum) argumentorum suorum consequentia non viderunt.’ Ubi voces, quas uncinis cinxi, Glosse loco ponendas arbitror. Apud eundem VI. 12. 30. Cellarius edidit, ‘quamvis in homine ignoto necessariorum sepulturam, nulli negandum munus, implebimus.’ Et *sepulturam nulli negandam* (sic enim plerique codices) exemplaris oræ studiosus quidam adleverat, ut ictu oculi, quæ de re Lactantius ageret, sciretur. Pariter apud Mosem Gen. XXIII. I. שְׁנִי חַי שָׁרָה manifestarium sunt Glossema: nam licet eas voces agnoscat Codex Samariticus; tamen a plerisque LXX. Interpretum Mstis absunt ἔτη ζωῆς Σάρρας. Sed hæc obiter. In Hirtio vero nostram conjecturam firmat Celsus p. 211. *Datis*. cur. sec. *Defectionem* est etiam in Dorv. et Leid. sec. qui etiam cum Ed. Med. et Ven. habet *sue in pr.* *Ejus* ibi non agnoscent Vascos. Steph. Adridet omnino conjectura Davisii, sed *ejus in pr.* tunc omnino retinerem. Cæsar saepius dicit *accipere excusationem, satisfactionem*. Vide ad V. 1.

8 *Tamen se concedere*] Et hoc, ex MSS. Eliensi et Regio, ita omnino restituendum. Editi omnes habent, *sed tamen se concedere*. Quod hoc in loco ferri non potest. Haud enim Latine dicitur, quum coarguisset,—*sed tamen se concedere*—dixit; optime autem, quum coarguisset;—*sed tamen se concedere*—dixit; vel — *nihilominus tamen se concedere*—dixit. Videtur illud, *sed*, ab iis librariis adsutum, qui non intel-

ligerent hujus periodi longioris *ἀπόδοσις* incipere a voce ista, *tamen*, &c. Clark. *Consul esset; sed tamen*. Lege *consul esset; tamen*, deleta voce penultima, quam unus Clarkii, quod et ipse vidit, tres vero nostri, Pet. scilicet, Lov. et Norv. merito prætermittunt. Davis. cur. sec. Sed itaque delevi, natum e corruptione præcedentium *consul esset*: unde factum *consules set*, quod plane restat in Lov. Sed non agnoscunt etiam Scal. Dorv. Voss. et Leid. sec. in quibus duobus *se tamen concedere*. Delerunt eam particulam olim jam Flor. Vascos. Gryph. post. Steph. et Strada.

*Id factum*] In Codice Lovan. scribitur *id facti*. Quod Hirtianum videatur. Passim *id loci, id mali, id negotii, id temporis, id nominis*, et similia occurrant: ut notissimum est.

13 *Legionem autem, quam, &c.*] Sic Editi Recentiores. Editt. Vett. et MSS. Eliens. et Vossii, *Legionem autem eam quam, &c.* Ms. Reg. *Legionem autem unam, quam, &c.* Quæ forte vera est lectio. Clark. *Eam etiam Ursin. Scal. Lov. Leid. sec. et Dorvill. cum Edd. Mediol. Ven. Flor. Unam Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. Str. et Celsus.* Quod et alibi pleonastice in his Commentariis adhibetur. Adi ad v. 44. *Præfero tamen, si quid addendum esset, eam, ut c. 69. 'In eo prælio quod.'* Sed nec id opus est. Utroque modo passim occurrit. Verissime autem Manutius correxit pro *natura, armatura, quod Ciacconius merito probavit, et Scaliger ac seqq. in textum receperunt*. Idem Cujacio jam in mentem venerat: nam Codex ejus habet *matura*. V. c. 34. et plura ad v. 16.

LXIX. 7 *Minus mile hominum*] Non male, sed non ita meliores libri. Nam Cujac. Petav. Scal. Lovan. Leidenses, et Vossiani exhibent *hominibus*. Recte etiam. Vide ad B. Civ. III. 28. 'Paullo minus ducentis.' Eadem variatio B. Afric. c. 39. pro *mile* in Cu-

jac. et Lov. *cum*, in Petav. et Scalig. III. in Leid. pr. c. De adtenuatione legionum adi ad B. Civ. III. 89.

LXX. 2 *Repræsentaturus esset*] Statim executurus, et in effectum ad ducturus; nihil enim opus est, ut ex Cod. Ciacconii legamus *re præstatutus*, quomodo reponendum censuit Fr. Hotomannus. Cæsar B. G. I. 40. 'Itaque se, quod in longiore diem collaturus esset, *repræsentaturum*.' Curtius VI. II. 33. 'repræsentasse consilium' dixit, ubi vide Joan. Freinsheim, ac intt. ad Phædri Fab. III. 10. 32. Davis.

7 *Qui non fuissent in se officiosi*] Testatur Ciacconius particulam negantem a quibusdam libris abesse; et recte quidem, ut arbitror, quod et olim Joan. Rhellicano in mentem venerat. Jul. Celsns p. 212. de hac re sic loquitur: 'Ille quidem præstítit, ut — publicas (*injurias*) libere ulcisci valeam, quod fortasse sic non possem, si in me fuisset obsequiosus,' &c. Sed vir ille bonus mentem Cæsaris non est assecutus; vult enim, se privatas injurias hosti facile condonare posse, publicas ne amico quidem: et hic sane sensus egregius et tanto Imp. dignus. Ut ut autem sit, certe falsus est Eutropius VI. 17. Tradit, 'Pharnacem — Pompeio in auxilium apud Thessalam fuisse,' ut ex diserto Hirtii testimonio constat. Vide et Dionem I. XLII. p. 207. Davis. Mera hic dormitione Scaliger et Editorum plerique imperitissimo librariorum adsumēto decepti ediderunt, qui NON fuissent in se officiosi. Quasi vero ineptius quicquam aut Cæsare indignius confingi posset, quam ut barbare adeo et arroganter responderet, se provinciarum publicas injurias condonare iis non posse, qui non fuissent scilicet in se officiosi. Cum e contrario manifesta sit mens Hirtii, respondisse Cæsarem sapientissime, atque etiam mitibus verbis (supra) se neque libentius facere quidquam, quam

*supplicibus ignoscere* (quod erat nimis nuper Deiotaro factum:) neque tamen *iis*, qui in Se unum officiosi fuissent, posse condonare publicas provinciarum *injurias*; id quod ad Se videlicet pertinere intelligeret, oporteret Pharnaces, si cum auxilia Pompeio contra Cæsarem dare noluisset, idem tamen deinceps, jubente Cæsare et populo Romano, Ponto non decederet, neque *injuriis publicis abstinebat.*) Viderunt hoc Rhellicanus, Ciacconius et Davisius, qui mentem Caesaris sic paucis optime explicant. Se privatas *injurias* hosti facile condonare posse, publicas ne amico quidem. Clark. Non tamen retinent MSS. omnes. Sed omisit eam particulam bene, quod ad sensum, Vascos. item Gryph. post. Steph. et Stradæ: ut adprobavit jam Brutus. An sub voce *non latet animis*, vel tale quidquam?

8 *Id ipsum, &c.]* Hunc locum sic exhibet Ms. Reg. *Per id — utile* (*Codices nonnulli Id — perutile*) Pharnaci fuisse, — ne vinceretur ea, quam sibi Dii immortales, &c. Clark. Qm id ips. Leidens. pr. Voss. Scalig. Quod id ipsum Petav. In reliquis Regio conspirat Leid. sec.

13 *Interfectis amissam vitam]* Phil. Rubenius Elect. I. 22. reponit, fluctuans licet, atque animi dubius, *interfectis Amisi vitam*, quia tradit Appianus B. C. I. II. p. 484. "Οτι Ἀμισὸν πόλιν ἐν τῷ Πόντῳ Ρωμαῖσονσαν ἐξηνδραπόδιστο, καὶ τοὺς παιᾶς αὐτῶν τοπλας ἐποιήσατο πάντας. Secundum Dionem etiam I. XLII. p. 206. Pharnaces Ἀμισον — ἐλέτε καὶ δικρασε, τούς τε ἡβάντας ἐν αὐτῇ πάντας ἀπέκτεινε. Sed hanc ob causam vulgata lectio non est sollicitanda; neque enim Hirtius Amisi solius direpti meminit, sed multorum oppidorum, et gravissima hæc supplicia in eos, qui formæ atque ætatis commendationem habebant, fuisse constituta narrat hujusce libri c. 41. Davis. Idem Rubenius p. 34. rogat: 'Nonne vero nihil et

vacuum ibi verbum est *amissam?* Mihi quidem videtur, et, si quid tale addendum, aptius fore *eruptam.*' Dubitavit nempe vir eruditus, num *interfectis amissam vitam restituere Romanam lingua pateretur. Absque causa quidem sonica.* Juvencus Hist. Evang. I. II. p. 57. edit. Lugd. 1553. 'Redditur amissæ lethi post funera vita.' Sic enim ex Msto. C. C. C. legendum, non *amissa vita.* Idem I. III. p. 79. 'Gaudeat, amissam redimet cui gloria vitam.' *Amissam* tamen, ut ex Glossa natam vocem, Cl. etiam Gudius delevit. Idem, cur. sec. Recte vocem *amissam* defendit Davisius, quæ et subintelligi debet in *virilitatem.* Adi Cel. Burm. ad Phœdr. F. 50. de Eunucho: 'Damnum insectatus est amissi corporis.'

LXXI. 1 *Festinantem ac properantem]* Codex Victor. *festinantem ac procurrentem*, Ms. Norvic. et alii *festinantem ac praecurrentem*, quam lectionem probat Joan. Goduin: quoniam non intellexit, quacum inter *properantem* ac *festinantem* sit differentia: norunt tamen Grammatici, si *iis* fides sit adhibenda. A. Gellius Noct. Att. XVI. 14. 'Festinare et properare idem significare atque in eandem rem dici videntur. Sed M. Cato id differre existimat, eaque hoc modo divisa. Verba sunt ipsius ex oratione quam de suis virtutibus habuit: *Aliud est properare, aliud festinare.* Qui unum quid mature transit, *is properat:* qui multa simul incipit, neque perficit, *is festinat.* Quæ Catonis verba repetit Nonius Marcellus p. 468. edit. Plantin. dein addit: 'Verum utrorumque verborum ratio sub hac significatione proxima est veritati, ut sit sæpe animi *properare* studiose ad res aliquas contendentis, *festinare* corpore necessitatibus obsequendi.' Ego autem id pro certo habeo, has Grammaticorum distinctiones bonorum auctorum usu non comprobari; nec tamen vulgatam lectionem mu-

tandem censeo; quis enim nescit, duo verba ejusdem plane potestatis non raro conjungi? Sic hujuscem libri cap. 70. *munera ac dona* habet noster, et similia passim alii. *Daris.* De conjunctione Synonymorum sèpius monendum habui. Adi inter alia ad B. G. II. 20. ‘ Successus et incursus’ ad VIII. 30. ‘ patienda et preferenda.’ Quare nil mutandum temere. In MSS. tamen Paris. et meis, si forte Scalig. et Cuj. excipias, omnibus exaratur *præcurrentem.* Unde sensum elicere non possum idoneum.

LXXII. 1 *Ziela.*] Plinius VI. 3. ‘ Cività Ziela intus, nobilis elade Triarii et victoriae C. Cæsaris.’ Stephanus de Urb. Ζήλα τρισυλλάβως πόλις Καππαδοκίας, ἦν ἔκτισε Νικομήδης νῦν Ζήλας, &c. Nam Zelæ urbis in Cappadocia eodem c. Plinius meminit, Ptolemaeusque, et Strabo. Haec Ciaccon. Ms. Norvic. et editt. vett. etiam in Hirtio Zelam exhibent. Sic et Plutarchus in Cæs. pag. 731. Περὶ πόλιν Ζήλαν μάχην μεγάλην συνάψας. Dion I. xlii. p. 207. Κανταθά αὐτῷ περὶ Ζέλειαν συνέτυχεν. Utrobique repone Ζήλαν. Davis. Zela MSS. et Edd. omnes ante Scaligerum. Sed e Plinii loco videtur patere Ziela esse legendum; nisi et ibi Ziela, ut Stephano Ζηλία vocatur, reponendum. Certe Plinius a Zela alia distinguit. Cum Cellario autem scripturam Codicium prætuli Zelam. Quia ab iis recedere in re dubia, mihi religio est. Præsertim quum et alii Ζῆλαι vocent. Adi Cl. Wesseling. ad Hieraclis Synecdemon in Anton. Itiner. p. 701. Zella Voss. Tela Dorv. Ceterum MSS. omnes et Edd. prime dant in Ponto positum, ipsum ut in plano loco, satis m. Quod et defendi posset. Sic ‘ Vicus positus in valle,’ i. e. situs B. G. III. 1. ‘ Ponere urbem’ passim. Sed vulgatum est elegantius.

5 *Quorum editissimus unus, qui — abest ab Zela. Hunc locum, &c.*] Varie accipi potest hujus loci Latinitas.

Potest enim intelligi, *quorum editissimus unus* est; *qui*, &c. Vel potest esse ea constructio, quam ἀνακόλουθον appellant; mutato nimurum, in ἀπόδοσει sententiæ, constructionis Schema; *quorum editissimus unus, qui — hunc locum, &c.* Clark. Hoc est nodum in scirpo querere. Verbum substantivum subauditur. *Unus* exsulat a Lov. et Edd. Rom. Ven. ac Med. Non puto *Scotium* scribere voluisse Hirtium, quomodo hic collis nominabatur, ut testatur Appian. in Mithrid. p. 254.

II *Copias omnibus suis.*] Lege: *Copias suis omnibus occupavit, ut recte Petav. et Norv. Davis. cur. sec. Suis omnibus etiam Leidenses, Lov. Voss. quem ordinem exprimi curavi.*

LXXXIII. 10 *Huc omnem comportare aggerem servitia, quæ ageret, jussit.*] Ms. Norvic. *Huc omnem comportatum aggerem servitia agerentur jussit;* et sic Codex Ciacconii; unde rescribit vir eruditus *huc omnem comportare aggerem, e castris servitia jussit.* Ms. Victor. *huc omnem comportari aggerem, servitiaque agi jussit;* et sic sane exhibent editt. Rom. Ven. Beroald. ex qua lectione Joan. Goduinus rescribendum conjectit: *Huc omnem comportare aggerem, servitiaque agere jussit.* Multo malim *huc omnem comportari aggerem, servitiaque agerent, jussit.* Hoc addidit noster, quia more Romano aggerem milites portabant. *Davis.* *Servitiaque quæ agerent.* Mire hic variant Codices. Editt. Vett. et MSS. Reg. et Victorii, — *servitiaque agi jussit.* Scaliger, Recentiores, *Huc omnem comportare aggerem e castris servitia, quæ ageret, jussit.* Quæ cum nulla esset Latinitas, nulla sententia; Cellarius, omissis vocibus *quæ ageret,* rescribendum conjectit, *Huc omnem comportare aggerem e castris servitia jussit:* quomodo et olim

legendum existimaverat Ciacconius. Ms. Eliens. et Vossii, *Huc omnem comportatum aggerem ex castris servitia agerentur jussit.* Goduinus reponit, *Huc omnem comportare aggerem e castris, servitiaque agere jussit.* Davisius, *Huc omnem comportari aggerem e castris, servitiaque agerent, jussit.* Verum, utrum agerent isto modo satis Latine usurpetur dubitari potest. Ego, prope a Scaligeri lectione, edidi; *Huc omnem comportari aggerem e castris, servitiaque quæ agerent jussit.* Non tamen dissimulandum (si illud agerent, vel agerentur forte in Codicibus ex praecedenti aggere, irrepere poterit) lectionem Ciacconii et Cellarii omnium maxime arridere, *Huc omnem comportare aggerem e castris servitia jussit.* Sic enim infra c. 74. ‘Magnam illam servorum multitudinem, quæ aggerem portabat.’ Vel denique, si illud agerentur comportatum, Latine dici queat, pro eo, quod est cogentur comportare, ferri posse fortasse videretur etiam MSS. Eliens. et Vossiani lectio, *Huc omnem comportatum aggerem e castris servitia agerentur jussit.* Sed multo simplicior et facilius est lectio illa Ciacconii. Judicet Lector eruditus. Clark. Gryphius edidit *huc omnem comportari aggerem e castris servitiaque agi jussit.* Rescripserim *huc omnem comportari aggerem e castris, aque servis id agi jussit.* Davis. cur. sec. Cum MSS. Eliens. et Voss. consentiunt Scalig. Ursin. Leidenses, et Petav. nisi, quod in eo sit agerent. *Comportari agg. et ut c. scrvitia agerentur j. Leid. sec. et Dovr. quibus accedit Lovan. comportari a. et cast. servitia ut agerentur jussit. ex castris Leid. pr. et Voss. comportatum agg. e cast. servitiaque agi j.* Edd. cunctæ ante Scalig. Sed omnino ex MSS. consensu legendum, *Huc omnem comparatum aggerem e castris servitia agerent, jussit vel ut agerent, sed malo sine ut, quæ est ipsa Petavianus Codicis scriptura.* Com-

*portatus agger* ‘erat in castra, sive intra munitiones, ut ante dixit; jam ex illis ad locum, quem ceperat, jussit servitia eum agere, ne milites ab opere discederent, sed ibi manerent, dum interim servitia aggerem adportabant. Jussit servitia agerent satis Latinum est; sive in Nominativo *servitia* sumas mecum, sive in Accusativo. Consule contra Vossium disputantem Cel. Perizon. ad Sanct. Min. II. 4. § 6. et Cl. Burm. ad Ovid. Met. VIII. 752. B. Hisp. c. 27. ‘Ucubim jussit incenderent.’ Sueton. Tib. 22. ‘ut id faceret jubebatur.’ *Agere aggerem* est *admovere* et dicitur ut ‘agere vincas,’ B. G. II. 12. ‘turres’ III. 21. etsimilia multa. B. Hispan. c. 7. ‘Aggerem vineasque agere instituit: quod male mutat Davis. Vel potius simpliciter notat *cespites ad aggerem portare*, ut subditur c. seq. ‘quæ aggerem portabat.’ Hinc *agere prædas, agere et ferre*, de quibus adi J. F. Gron. Obs. III. 22. et Burm. ad Ovid. Trist. IV. 1. 80. Non cepit mentem Hirtii Ill. Heinsius, qui libri sui orae adlevit servitiaque ut viderent, jussit, ne quis, &c.

LXXIV. 3 *Magis pervulgata, &c.]* Oratio est Elliptica. Consuetudine magis pervulgata militari, quam quod revera prælio decertare statuisset, credebat instrui. Clark. Observat Cl. Clarkius orationem esse Ellipticam; cum subintelligi debeat, quam quod re vera prælio decertare statuisset. Ego sane talem in scriptoribus Romanis infantiam non agnosco; nec, si vir doctissimus Anglice sic scriberet, multos credo lectores inveniret. Reponas oportet, consuetudine SATIS pervulgata militari; quæ mutatio, per parva licet, sanitati locum restituit. Davis. cur. sec. Sat frigidum est illud satis. Recte Clarkius explicat. Ita primo ponitur, licet non sequatur dein vel simile. V. ad Frontin. I. 5. 16. Immo sic clare noster B. Afric. c. 48. ‘Magis suspensiore animo ante

adventum jübæ commovebatur,' &c.

15 *Fiducia veterani exercitus]* Hoc ordine leguntur hæc in MSS. omnibus et Edd. nonnullis, non *veterani fid.* Sed MSS. mei omnes et Edd. primæ, item Beroaldi, Aldi, Gryph. et aliae exhibent *fiducia veterana*, vel *veterana fiducia*. Quod non admittere tamen ausim.

*Cum legione]* Ueis hæc inclusit Jos. Scaliger, et sane manifestum est, ea verba prorsus abundare aut aliquid sub iis latere: legati enim procul dubio voluerent Pharnacis exercitum xxii viciis in acie conflixisse. *Davis.* Locus aut corruptus aut mancus. Scaliger voces istas *cum legione* defendas censem; ut adeo dicatur Pharnacis exercitus *vicies et bis* cum hoste conflixisse. Quæ emendatio non mala. Vel etiam fieri forte potuit; ut, quum scriptum esset breviter, *cum leg.* xxii, fecerint id librarii *cum legione vicesima secunda*; quod fuerat legendum *cum legionibus viginti duabus*. Clark. Voces *cum legione* spurias esse declarant MSS. Scalig. Leid. pr. et Lovan. in quibus non comparent; quapropter librariis redonentur. *Cum legionibus* locum non habet etiam: nam toties se conflixisse *cum Romanis*, eosque viciisse non gloriabantur; sed *cum quibusvis hostibus*.

22 *Quo præruptam descenderat in vallem]* Sic primus edidit Scaliger, cum antea vulgo legeretur *in prælium* descenderat, *vallem adscendere*; atque ita MSS. plerique habent; et ita *transcendere valles* B. Civ. i. 68. Verum Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. Stradæ legunt *in præruptam* descenderat *vallem*. Scilicet deesse aliquid patet. Ms. Ursin. *præruptam in prælium* descenderat *vallem*. Pétav. *præruptum in prælium* descenderat *valle*. Hinc scribendum omnino arbitror. *Quo prærupta in prælium* descenderat *valle*, ex verbis præcedentibus 'inito con-

silio dimicandi descendere prærupta valle cœpit.'

LXXV. 2 *Oppressus]* MSS. Eliens. et Vossii *oppressos*, ut forte legi possit, neque opinantes, imparatosque *oppressos*, *codem tempore*, &c. Clark. *Oppressos* exaratur etiam in Petav. Urs. et Leid. sec. vitiose. Conjectura, quam proponit Clarkius, jam comparet in Marg. Edd. Vascosan. et Stradæ.

6 *Falcatae regiae quadrigæ]* Sic dictæ a falcibus, quæ ex variis partibus eminebant. Harum descriptionem suppeditabunt Livius XXXVII. 41. Diodorus Siculus Bibl. l. XVII. p. 530. et alii. *Davis.*

10 *Casibus belli]* Hoc primum inventi in Ed. Plant. In prioribus est *bellis*: nisi quod Stephan. ediderat *bellicis*. Forsan bene: nam *bellis* in MSS. meis cunctis comparet.

LXXVI. 1 *Dextro cornu, quo veterana legio vi erat collocata, initium victoriae natum est ab ea parte, quum in proclive]* Ms. Norvic. a dextro cornu. Lego et distinguo *a dextro cornu*, quo veterana legio vi erat collocata, initium victoriae natum est. Ab ea parte quum in proclive, &c. Quod conjecturam nostram non mediocriter firmat, hanc interpunctionem servant edit. Rom. Ven. Beroald. sed in iis male scribitur *ex ea parte*. *Davis.* A dextro cornu, quo veterana legio vi erat collocata, initium victoriae natum est: ab ea parte quum in proclive detruderentur hostes, multo tardius, &c. Ita restituit Davisius ex Ms. Eliensi; qui codex et, *a dextra*, adjuncta præpositione, et totam periodum isto modo distinctam exhibit. Vulgati omnes: *Magnu atque acri minus prælio facto, dextro cornu, quo veterana legio vi erat collocata; initium victoriae natum est ab ea parte quum in proclive detruderentur hostes: multo tardius, &c.* Quod est multo minus concinnum. Clark. Nullus meorum addit a. nec opus est, licet etiam distinguendum putem, ut feci post

*natum est: pro quo factum est exaratur in Leid. pr. et in sec. scribitur quum ab ea parte. Ex ea etiam Ms. Lovan. et Ed. Med.*

10 *Inermes*] MSS. Sealig. Vossian. et Leid. pr. a manu prima *inermi*. Reete. Vide ad B. G. i. 40. ‘*Inermos sine causa timuissent.*’

LXXVII. 3 *Recordatione latior*] Quanquam ferri potest vulgata lectio, melior tamen videtur, quæ in Ms. Reg. et Edit. Rom. est; *recordatio latior*. Clark. *Recordatio est t. editor quoque Ven. Med. Beroaldo et aliis. Sed ii pro eratque habent quodque, uti legi voluit Glandorpius. Et sane quodque scribitur in MSS. Petav. Leidensibus, Sealig. Voss. Lovan. Dorv. et Edd. Basil. Gryph. aliisque. Vascos. Steph. Gryph. post. exhibuerunt eoque s. p. recordatione latior. Recepit quodque recordatio est. Paullo ante verba *toties* victor offendunt viros doctos; unde Manntius maluit potius. Gudius vero delenda censuit.*

8 *Cum Cælio Vinciano*] Editt. Rom. Ven. Beroald. perperam exhibent *cum Cælio Minutio*. In Msto Norvic. est. *cum Cælia Juniciano*. Adjuvat sane hæc lectio F. Ursini emendationem, qui reponit *cum Cælio Viniciano*. Ea tamen conjectura non est necessaria, veteres enim modo *Vincianos*, modo *Vinicianos* dixerunt, ut ostendit inscriptio, quam profert Ch. Ad. Rupertus in epist. XXXIV. inter Reines. p. 200. *Davis. Vincius et Vincia* li-  
cket in marmoribus, forsitan operarum lapsu vel communi e pronunciatione, reperiatur, majorem tamen fidem habeo nummis et antiquissimis Codicibus. Quare *Viniciano* cum Glandorpio et Ursino rescripsi, ad stipulantes Cælio ad Cic. Ep. VIII. 4. et Ursini vetustissimo Codice, nec non Leid. pr. ac Vossiano; in quibus *Viniciano*; ut et Petaviano *Juniciano*. Ipsum illud *Minutio*, quod est quoque in Leid. sec. Dorv. Edd. primis,

Beroaldi et Vascos. margine, hanc lectionem adjuvat.

*In Ponto relinquit*] Sic rescripsi ex Msto Norvic. et. editt. Steph. obs verba præsentis temporis, quibuscum hoc conjungitur. In aliis est *in Ponto reliquit. Davis. Relinquit*. Ita restituit Davisius ex Ms. Eliens. et Edit. Steph. Quibuscum consentiunt MSS. Reg. et Vossii. Al. minus recte, *relinquit*. Clark. Vascosanus jam edidit *relinquit*. In reliquis MSS. et Edd. est *relinquit*. Qua temporum variatione nihil esse frequentius, monendum fuit sapissime. V. Indicem. Sed parvi momenti res est. Adde B. Afr. c. 3.

LXXVIII. 4 *A quo rem gestam*] MSS. Petav. Sealig. Leidenses, Lovan. Voss. Dorvill. et Edd. primæ, item Gryphii, aliæque, non agnoscunt præpositionem, quæ a sciolis videtur addita, qui credebant fieri eo pro ab eo Latine dici non posse. Adi, si vis, Cortium ad Sallust. B. Jug. c. 21. ubi audacter satis edidit ‘quos Adherbale missos andierat.’ B. Afric. c. 61. ‘levi armatura deserti.’ Ovid. Ep. Her. XII. 105. ‘Deseror coniuge:’ ubi vide Burm.

9 *Quod*] Vir doctus margini adlevit *qua vel que*. Sed nil mutandum, invitis Mstis. *Quod* potest dependere a subintellecto oppido: nam urbs est *Bosporos*: Adi Steph. Byz. et Comment: vel *Regno*, ut indigitetur totus Bosporensis tractus, quem intelligit Cellarius. Fretum ipsum ad paludem Maeotim intelligit Goduius.

11 *Eidem tetrarchium legibus Gallograecorum*] Vocem penultimam delendam censuere Pet. Ciaceonius et Jos. Scaliger, quibus labens admodum accedo; nam Dion I. XLII. p. 207. ait Μιθρίδατη τῷ Περγαμηνῷ τετραρχίαν τε ἐν Γαλατίᾳ, καὶ βασιλεῖς ἔδωκεν ὅνομα. Ea vox primum videtur margini adscripta, juris explicandi gratia. De Mithridatis Pergameni genere adiri poterit Pet. Victorius Var.

Lect. III. 23. *Davis.* Davisii conjectura admodum est verisimilis. Potuit tamen etiam e linea superiore, scil. ex voce *\_regibus*, huc irrepere.

*Clark.* Adde Strab. I. XIII. et ibi Casaub. p. 927. Ed. Amst. Forsan ‘jure gentis et legibus cognationis.’

## DE BELLO AFRICANO

### LIBER.

*Pansæ]* Ut supra, *Oppii vel Hir-*  
tii Edd. Vett. habent. Nonnulli  
Mss. *Cæsar* nomen præfigunt; alii  
nullum. *Pansæ* recte abest a Leid.  
sec. Vide ad initium l. VIII. B. Gall.  
De hoc autem libro, ut minus ceteris  
interpolato, et egregie Latino, adi  
Lips. in Elect. II. 22.

*Africano]* Ita Cujacii et Leid. sec.  
codex et ipse Hirtius præf. l. VIII.  
‘Ut Alexandrino atque Africano bel-  
lo interessem.’ At Scalig. et Leid.  
pr. *Africæ* exhibent; immo Petav. ad  
finem hujus libri, et Edd. antiquissi-  
mæ, item Gryphii, aliæque *Africo*,  
cum Suetonio in Vita Jul. c. 56.  
‘Nam Alexandrini Africique et His-  
paniensis (belli) incertus auctor est:  
quomodo etiam Cæsar B. Civ. II. 32;  
item Livius, et Silius Italicus loquun-  
tur. V. Cl. Drak. ad eum XVI. 180.  
‘Atque animo jam tum Africa bella  
capessit.’

**CAP. I. 2** *Ad XIV Kal. Jan. in Lily-  
bæum pervenit]* Legas oportet a. d.  
XIV Kal. Jan. *Lilybæum pervenit*: nam  
Petav. Norv. Beroald. Gryph. (post.  
Ed.) aliisque libri, præpositionem non  
admittunt. *Davis.* cur. sec. In abest  
*Lovan.* quoque, Scal. Leid. pr. Voss.  
*Dorvill.* et Edd. primis, Vascos, ac  
Stephani. Quare abesse jussi, licet  
sat̄ defendi posse sciām. Paullo

post ejeci quoque τὸ que post equites,  
auctōribus MSS. Petav. Scalig. Lei-  
densis primi, item sec. et Dorv. qui  
duo habent *equitum rix.*

*6 Fluctus verberaret]* Hypallagen  
his inesse fingit Vossius; et fluctus  
sumit in Accusativo. Sed subintelli-  
gendum id tabernaculum. V. eum et  
Clarkum ad B. G. IV. 25.

*Quid — quisquam]* Sic Ms. Reg.  
Ald. *quis quidquam.* Quod idem est.  
*Clark.* Ex unico et recenti Codice  
ergo non erat mutandum. *Quid* est  
ex meis in solo Leid. sec. Rectius  
deleremus *fore*, quod non desideratur,  
et abest ab optimo Leidens. pr. *fere*  
in Edd. Rom. et Med. *ferre* in Ven.

*8 Incidit per id tempus]* Si proba  
hæc est lectio, subaudiendum *hæc res.*  
Alioquin mallem, si per MSS. liceret,  
*Incidit in id tempus*, sc. Cæsar, ut alibi  
loquitur. ‘Incidere in hiemem’ Cicer.  
Ep. ad Fam. III. 7.; et alibi.

*10 Et nullam prætermittere occasio-  
nem profectionis]* Legendum credo  
ut nullam prætermitteret occasio[n]em  
profectionis. Confirmat hanc conje-  
cturam Jul. Celsus, qui p. 214. sic  
ait: ‘remiges tamen in puppibus de-  
tinebat, ne more suo per licentiam  
vagarentur, sed dicto obaudientes,  
nec querendi usquam essent.’ *Davis.*  
Sed nihil opus. Vulgata enim lectio

idem prorsus sonat, et (ni fallor) paullo etiam est elegantius. *Clark.*

18 *In his]* An igitur veterana hæc legio fuit e *tironum* legionibus? *Ab-surdum.* Lege *cum his* Veterana legio v. *Davis.* cur. sec. Nil muta. Inter has legiones *tironum* erat etiam *Veterana* legio v., i. e. *cum his.*

II. 4 *Aponianam]* Paconiam legendum censent Rhellicanus et Glandorpius ac Ciacconius. Sed bene viri docti observant, eam videri nimis longe remotam a Lilybæo, et versus occidentem Siciliæ, minus opportunam fuisse Africano Itineri. Quare alii et in his N. Heinsius *Ægusam* ab Hirtio intelligi credunt. Vide Cluverium in Sicilia II. 15. Rhellicani tamen conjecturæ, quam in textum recepit Stephanus, favet Leidensis primi scriptura *Apononiam.*

*Quæ non abest a Lilybæo]* Abest particula negativa a Ms. Norvic. et aliis nonnullis; edit. autem Rom. Ven. exhibent *quæ est a Lilybæo.* Be-roald. vulgatam lectionem servat, unde vocem deesse existimans Joan. Glandorpius, rescribit, *quæ non longe abest a Lilybæo.* Crediderim Aponianæ distantiam a Lilybæo sub ista vocula latere: repono itaque *quæ duo millia abest a Lilybæo.* Sic apud Celsius p. 214. legitur ‘postquam vero sex integras legiones, nonque equitum advenisse cognovit,’ ubi corrigendum *duo milliaque*, ut ex hoc capite liquet. Primo scriptum erat *II M.* quod facile in *non* mutarunt imperiti Librarii. Cum tamen inter Geographos non conveniat, *quæ sit hæc Aponiana*, res in incerto est relinquenda. *Davis.* *Quæ non longe abest a Lilybæo.* Primum, in omnibus MSS. deest vox illa, *longe*; quam ex conjectura adjecerunt Cluverius et Glandorpius. Proinde Scaliger et Recentiores ediderunt, quod est in Ms. Regio aliisque, *quæ non abest a Lilybæo:* qui tamen sensus est nullus. Alii itaque Codices, omissa particula negativa, exhibent; *quæ*

*abest (al. quæ est) a Lilybæo.* Quod probat Rhellicanus: interpretaturque, *quæ (insula) non conjuncta est cum promontorio Lilybæo.* Verum, præterquam quod inepte admodum id esset ab Hirtio adjectum, *insulam cum promontorio non esse conjunctam;* neque illud (opinor) persuaserit Vir doctissimus, vocem *abesse*, eo significatu, satis Latine usurpari. Omnino itaque pulcherrimam et plane veram tandem existimo Davisii conjecturam; qui, ex MSS. iis, qui exhibent *quæ non abest a Lilybæo;* initio scriptum putat, *quæ II M. abest a Lilybæo;* hoc est, *quæ Duo Millia* (vel duobus *Millibus*) *abest a Lilybæo.* Certe easdem voces, *duo millia, II M.* et alibi eadem corruptione in vocem *non mutatas*, eruditissime ostendit. *Clark.* Non haud comparet in MSS. Petav. Scal. Voss. Leid. pr. Edd. primis (in quibus modo *quæ est*) item Vascos. Stephan. Gryph. post. Str. Sub vocula *non* tamen cum viris doctis, quos inter Ciacconius, omnino putem latere intervallum, quantum insula ista a Lilybæo distet. *IM.* vult Heinsius, inquit credens *Ægusam.*

5 *Ibique commoratus]* Ms. Norvic. habet *ipse parum commoratus;* corrupte quidem, ita tamen, ut, nisi fallor, ex eo vox fugitiva Hirtio possit restituiri. Emendo enim *ibique parum commoratus.* *Davis.* *Ipse parum commoratus.* Vocem *parum*, *quæ* in aliis defuerat, optime ex Ms. Eliensi restituit Davisius. Verum cum et reliquam et veram Lectionem, *Ipse parum commoratus*, exhiberet idem codex; cur hanc, tanquam corruptam, rejicere, et vulgatam illam *Ibique — commoratus.* retinere maluerit Vir doctissimus, euidem augurari nequeo. Nam et sensus admodum est manifestus, et Antithesis elegantissima. *Majorem partem narium antecedere jussit*, et insulam petere Aponianam; *IPSE*, *Lilybæi parum commoratus*, &c. Vulgatum autem illud, *Ibique,*

aut ambiguum est saltem; aut potius in eam partem vergit, ut falso dicat, Cæsarem, in insula commoratum *Aponiana*; cum e contrario id velit Hirtius, nondum eum in insulam istam transisse, sed, præmissis *Aponianum* navibus, *IPSUM Lilybæi* paullulum commoratum. *Clark.* Vulgatam scripturam vitiosam esse, satis docet varietas, quæ est in MSS. *Ibique comm.* exsulans a Leid. pr. *Ibique deest* Scalig. et Voss. *eoque Lovan.* et Dorvill. donec certior adfulgeat lectio, Eliensis Cod. scripturam optimam sane recepi.

*7 De omnibus rebus præcipit: et, de reliquo exercitu celeriter imponendo datis mandatis, ipse, &c.]* Ita interpungendum existimo. Alii omnes: *De omnibus rebus præcipit, et de reliquo exercitu celeriter imponendo. Datis mandatis ipse, &c.* Quod minus videtur venustum. *Clark.* Vascos. et Steph. cum Clarkio jungunt *de reliquo e. c. inponendo datis mandatis*, quam distinctionem præferrem, nisi verba *datis mandatis* Glossæ suspecta mihi essent. Nam *mandatis* abest a Petav. Scalig. et Voss.; immo *datis mandatis* non comparent in Cujac. aut Leid. pr. Statim *naves* scribitur in Petav. et Leid. pr.: at vox ea deest Voss. Cod. ut et Edd. Rom. Ven. ac Mediol. Ut hoc loco *conscendere* simpliciter dicatur pro *narem* *conscendere*: ut non raro Cicero aliisque scriptores loquuntur. Hirtius tamen et Cæsar solent plerumque plene efferre. Vide tamen, quæ dixi de τῷ *moveare* *pro castra moveare*, et τῷ *solvare* *pro narem solvere*, aliisque, ut *sustinere*, *submittere*, *exponere*, &c. ab B. G. I. 40. IV. 23. VII. 86. et alibi. Ita et hic potuisset uti *conscendere*. Nam et ipse Hirtius *moveare* absolute sumit c. 7.

*III. 1 Ibi præsidium erat adversariorum, et a Clupeis]* Ex Msto Norvic. et edit. Rom. Ven. Beroald. lego *ubi præsidium erat adversariorum*, quod etiam Joan. Goduino ex Codd. Galli-

canis placuit. Est autem aliud vitium, quod, licet manifestum, libri retinent, nec Interpretes notarunt; in sequentibus enim verbis abundat particula copulans, quare rescribendum *ubi præsidium erat adversariorum*, *a Clupeis*, vel *a Clupea*, quemadmodum est in edit. Rom. Ven. Beroald. Ita etiam hoc oppidum paullo ante vocavit noster, et alii omnes præter Cæsarem B. C. II. 23. *Davis.* ‘*Ubi præsidium erat adversariorum*, —; et *a Cluepa* — *Cn. Piso* — apparuit; ibi paullisper Cæsar,’ &c. Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et edit. Vett. Vulgati habent *Postquam Adrumetum accessit*; ibi *præsidium erat adversariorum* —; et *a Cluepa* — *Cn. Piso* — apparuit. *Ibi paullisper Cæsar*, &c. Vedit Davisius, pro isto, ibi *præsidium*, rectius reponi, ubi *præsidium*. Verum et aliud vitium, quod, licet manifestum, libri tamen retinerint, nec interpretes notarint, deprehendisse se existimat: nempe copulam et supervacaneam esse: ideoque rescribit, *Postquam Adrumetum accessit*, *ubi præsidium erat adversariorum* —; *a Cluepa* — *Cn. Piso* apparuit. *Ibi*, &c. Sed nihil opus est ista emendatione. Nam, mutata sollemmodo distinctione, retineri potest illud *et*, quod in omnibus Codicibus reperitur. Ideoque edidi: *Postquam Adrumetum accessit*, *ubi præsidium erat adversariorum* —, ET (postquam) *a Cluepa* — *Cn. Piso* — apparuit; ibi, &c. *Clark.* *Ubi restitui*, quod est in MSS. omnibus et Edd. ante Plantin.; at *Clupeis* mutare ausus non sum in *Cluepa*, licet ita exstet etiam in Dorvill., Leid. sec. Edd. Mediol. Ven. Vascos. Gryph. post. Steph. aliisque omnibus ante Ursin. (qui *Clupcis* in suo codice esse primus monuit) et statim præcesserit *Clupeam*. Nam reliqui MSS. retinent *Clupeis*, atque alibi in plurali occurrit, ut vidimus ad B. Civ. II. 23. et etiam servant cuncti Codd. quare

Clarkii distinctionem admisi. Antea post adparuit maxima distinctionis nota ponebatur.

3 Cum equitatu Adrumeti Cn. Piso cum Maurorum c. in milibus] Mihi nequaquam hac sana videntur, licet taceant omnes Interpretes, et videantur intelligere, Adrumeti visum fuisse Pisonem (a Clupea scilicet advenientem) cum equitatu et Maurorum iii milibus. Si hic loci sensus est, mire et perplexe satis dispositus verba Hirtius. Verum pro Adrumeti, in MSS. Leidd. Lovan. Voss. Dorvill. est Adrumetum seu Adrumentum. Pro Cn. in Leid. sec. Considius, in Voss. C. cum. Pro Maurorum MSS. omnes, nec non Edd. ante Scalig. Mauris. Quod cur mutatum sit nescio. Opinor scribendum esse cui præferat C. Considius, et a Clupeis sec. or. marcum equitatu Adrumetino, Cn. Piso cum Mauris circiter III milibus adparuit. Cum equitatu pertinet ad Considium: unde ejus nomen in Mstis additum; nisi legere velles cum equit. Adrumetino Considius, Piso cum Mauris. Adrumetinus rectum esse patet ex Inscriptionibus Colonia Hadrumetina, et notis ad cap. 97. Adrumetinis. Erat ergo ille equitatus, pars præsidii, cui Adrumeti præferat Considius. Adrumetum refinerem, si exempla darentur, ubi tale quid, quale a Clupeis Adrumetum adparuit pro Adrumetum versus, Adrumetum petens occurrat.

7 Equitum CL] Codices nonnulli D. Clark. In his Dorv. et Leid. sec. In Petav. et Voss. ac Leid. sec. male exaratur equites.

8 Consedit] Lege considit. Davis. cur. sec. Hoc rursus præfert Davisius, ut tempora convenient. Vide B. Alex. c. 77. considunt mox sequitur: de quo verbo adi. ad VIII. 32. MSS. tamen hic constanter edunt consedit. Quod nec mutari opus est. Contra in Scalig. Leid. sec. et Voss. exaratur consistit, sed male. Ineptius etiam MSS. mei omnes dant ante portum, ex

præc. Sed bene Ciacconius e suo Codice legit ante portam. Nam Cæsar jam exposuerat ante oppidum milites. Portum quoque servarunt Edd. Rom. Mediol. Ven. aliaeque.

14 Certum locum g. præfectisque quem petcent] MSS. nostri ad unum omnes, item Edd. prim. circum loca g. p. quid petent. MSS. Ursin. et Latini circum loca g. præfectis quid pet. ut fere c. 9. ‘proficiscitur circum villas frumentatum.’ Edd. Vascos. Gryph. post. Str. Certum locum g. p. quid petent. Gryphii prima certum locum g. p. quid petcent. An fuit circum loca ea gubernatoribus proiectis, quid p.? Proiectus enim in proiectus abii quoque supra B. G. v. 8. ubi vide. Vulgata lectio sine dubio interpolationis quid passa est: immo videor jam veram reperisse lectionem certa loca gubernatoribus, præfectisque, quæ pet. circum ortum est ex præc. circum oppidum, et quæ cum excidisset, ut patet ex MSS. Ursini, alii hoc, alii illud intruserunt.

15 Mos ipsius consuetudoque] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et edit. Veit. more ipsius, consuetudo. Quæ forte vera possit esse Lectio. Clark. Accedunt Scalig. Pet. Lovan. Dorvill. Leid. sec. Edd. Mediol. Ven. Gryph. aliae. In Leid. pr. mos ipsius consuetudo. Sed Vascos. Aldus, Stephanus, et reliqui vulgatum jam exhibit. An fuit mos et ipsius consuetudo? vel more ipsius consuetudo? pro de more: nam et alii imperatores facere id soliti sunt. Adi ad Front. c. 1.

21 Fortuitu] Nequaquam damno hanc lectiouem, plerisque MSS. confirmatam. Nescio tamen, cur Scaliger hic retinuerit fortuitu: quum B. G. vii. 20. fortuito ediderit. R. Steph. hic quoque fortuito, uti et MSS. Scalig. Ursin. Latini Latinii, et alii. At Leid. pr. fortuito casu. Quod unice vernum puto, i. e. forte fortuna. Ita plane Apul. l. ix. in f. casu fortuito collineatis oculis. Met. III. p. 46. Ed. Pric. eventu fortuito. Casu et fortuito

Cicero alibi quoque jungit. Supra in B. Alex. c. 46. ‘fortuitæ dimicatio-  
nis fortuna.’

iv. 5 *Simul atque capt. perv.*] In  
Mss. Leidensibus, Scalig. Voss. Lovan.  
Dorv. Edd. Vascos. Stephan.  
Gryphii legitur *simulatque captivus*  
*cum perv.* Quasi *simulatque cum idem*  
*esset ac simul vel simulac.* Quod  
vix puto. Potius credam excidisse  
*litteris.* V. c. 8. Sed tutius est, vul-  
gato acquiescere, quod confirmatur  
a Petav. et Edd. primis.

8 *Venio a Cæsare]* Primam vocem,  
utpote quam delendam censebat, un-  
cis inclusus Jos. Scaliger: sed multo  
melior est Petri Ciacconii animadver-  
sio, qui ex responso Considii notavit  
deesse vocem *Imperatore*, quare re-  
posuit *venio a Cæsare Imperatore*, eam-  
que conjecturam, suam fecerunt Just.  
Lipsius Elect. II. 22. et Joan. Godui-  
nus. MSS. II. Thuanæi, repræsentant  
*immo a Cæsare*, Norvic. *ymo a Cæsare*:  
unde facili emendatione rescribo *Imp.*  
*a Cæsare*; Imperatorem enim ut plu-  
rimum compendiarie scribebant ve-  
teres, quod ex MSS. et Inscriptioni-  
bus abunde liquet. *Davis.* Certissi-  
ma est emendatio *Imperatore a Cæ-  
sare*: quam jam protulit etiam Barth.  
Advers. XVI. 5. et in textum ante me  
recepit Clarkius. Nam pro *venio*  
etiam in Petav. Lovan. Scalig. Leid.  
pr. Voss. exaratur *Immo vel Ymo*.  
Celsus tamen simpliciter habet *a Cæ-  
sare*: et defendit Cellarius, fingens  
suspiciatum fuisse Considium, litter-  
arum argumentum esse Urbis tra-  
ditionem.

11 *Sicut erant signatae]* Ultimam  
vocem Barthius, ut *Glossam* delet;  
sufficere credens *sicut erant*. Sed  
male. Hac enim cum utuntur for-  
mula veteres, præmittunt tamen vel  
subjungunt, quo modo quid fuerit.  
Id hic non diceretur, si *signatae* tollas.  
Vide ad Front. IV. 1. 28. ‘Ut erat  
fœdato habitu.’ Infra c. 17. 77. 78.  
‘Sicut erat instructus.’ Sueton. in

Claud. c. 34. ‘sicut erat togatus.’  
Apulei. VII. 138. ‘ut erat vinculis  
onusta.’ Valer. Max. VI. 5. 6. ‘Scri-  
nium ejus, ut erat signatum, ad eum  
remisit.’ Nepos Pelop. c. III. 2.  
‘Epistolam, *sicut erat signata*, sub  
pulvinum subjiciens.’

v. 6 *Difficilisque ad obpugn. erat  
accessus]* Primo in MSS. omnibus a  
me visis exaratur et *difficilis*. Quare  
ita reposui. In Voss. est et *difficiles  
erant*. *Adscensus* dein pro *accessus*  
exhibit Lov. Voss. Dorv. Leid. sec.  
et Edd. primæ ac Vasc. Marg. Quod  
non displicet, præsertim si in edito  
loco situm fuerit Adrumetum. Adi-  
notata ad Front. III. 15. 5. ‘Thraces  
in arduo monte obsessi, in quem hos-  
tibus accessus non erat.’ Ubivis fere  
hæc mutantur. Sic et in Lucano  
II. 609. ‘Brundisii tutas Magnus  
concedit in arcis.’ ubi Grotius  
ediderat *concedit*. Apulei. I. IV. p. 42.  
‘Plateas proximam condescimus  
civitatem.’ Male Colv. *concedimus*,  
vel *contendimus*: Græce ἀναβάλλειν.

VI. 10 *Urguerentque in oppidum]*  
Hæc lectio confirmatur a Cod. Pet.  
Quare eam non temere sollicito. Sed  
Scalig. Leid. pr. et Reg. Gall. cum  
Ed. Steph. dant e *Glossa fugarentque*.  
Quod perverse probat Goduinns,  
*Fugarentur Cujac. fugerentque* Ms.  
Victor. et Thuan. Edd. Rom. Med.  
Ven. At Lovan. Voss. Dorv. Leid.  
sec., Edd. Florent. Vascos. Gryph.  
post. *Refugarentque*, et Reg. Gall.  
*refugarentque*. Non displiceret *reji-  
cerentque*: nihil enim est frequentius  
permutatione litterarum *c* et *g*:  
unde facilis mutatio etiam ex *rejice-  
rentque* in *urguerentque*. B. G. II. 5.  
‘Occisis ad hominum milibus IV, re-  
liqui in oppidum rejecti sunt.’

VII. 1 *Inde movit]* In Edd. Vett.  
quibusdum junguntur *Kal. Jan. inde  
movit*. Sed male. Nam seq. die de-  
mum a Ruspina profectus est, ut  
patet ex c. 9. Item c. 2. 5. Forsau-  
tale quid excidit.

*Movit*] Interdum fit, ut hanc vocem absolute ponant boni auctores, pro eo quod est, *castra movit*. Silius Italicus vii. 121. ‘Irritus incepti movet inde, atque Appula tardo Arva Libys passu legit.’ Sic et ‘auditio Darium movisse ab Ecbatanis’ dixit Curtius v. 13. 1. *Davis.* Vide B. G. i. 4. ‘Castra moturum.’

*11 Equitatumque in navibus omnem contineri,—aquamque in nares jubet comporturi*] Sic Ms. Reg. Quæ est constructio sui similis et una. *Al. continere: aquam comportari.* Quæ est variatio minus elegans. *Clark.* Illud *contineri* et *aquamque*, quod jam exhibent Vascos. *Gryph.* post. et *Stra- da*, est ab recentiore interpolatore. In meis omnibus est *continere*, ut debet: non enim hoc verbum dependet a *τῷ jubet*, sed ab intellecto *cäpit*: sive pro *continebat*, eodem modo ac *digredi* et *petere*: ideo etiam *aquamque* non placet, licet quoque inveni- rim in *Dorv.* et *Leid.* sec. novitiis Codicibus, uti et Ed. R. Stephani. Vide omnino ad c. 25.

*16 Et subito existunt*] *Editt.* Rom. *Venet.* *Beroald.* et *subito exēunt*; mendose: veram autem lectionem servat, ut opinor, Ms. *Norvic.*: is enim habet *et subito exiliunt*, vocabulo quidem ad celeritatem indicandam maxime apposito. *Manilius* l. 1. p. 6. ‘Emersere fretis montes orbisque per undas. *Exiliit*, vasto clausus tamen undique ponto.’ *Ovidius Art. Amat.* l. 115. ‘Protinus *exiliunt*, animum clamore fatentes.’ *Minutius Felix Oet.* p. 23. ed. *Oxon.* *Vel exiliunt statim.* Si quis tamen vulgatae lectioni patrocinatur, favebit *Curtius* vii. 10. 14. *Davis.* *Exiliunt.* Sic Ms. *Eliensis*; probatque *Davisius*. *Mss.* plerique et *Editt.* *Vett. exēunt.* *Sealiger* et *Recentiores*, *existunt*. Quæ et ipsa lectio non mala. Sic enim infra, c. 69. *atque ex collibus primis existunt.* *Clark.* Male *Davisius* et *Clarkius* *exsilient* præferunt *τῷ exis-*

*tunt*, quod bene *Ursinus* e suo Codice protulit, et recepit *Scaliger*, quodque confirmatur optimis Codicibus *Cuj.* *Petav.* *Leid.* pr. et *Voss.* et pluribus exemplis probaverunt *Gland.* c. 69. *Cel.* *Burmannus* ad *Ovid.* ac *Wasse* ad *Sall.* B. *Jug.* c. 53. p. 370. In aliis Codicibus et *Edd.* *Vett.* est *exēunt*. Plura vide ad vii. 35. ‘Quum uterque utriusque exisset in conspectu:’ ubi *legebam* quoque *exstisset*. Immo ipse *Davisius* sententiam mutavit ad *Cicer.* de *Divin.* l. 28. ‘te subito letum exstisset.’

*viii. 6 Interim cum x navibus longis —jubet proficisci*] In prima voce latet, ut opinor, hominis nomen, quem proficisci jussit *Cæsar.* Forsan legendum *Vatinium* cum x navibus longis —*jubet proficisci*: de ejus rebus gestis vide *B. Alex.* c. 44. seqq. *Davis.* cur. sec. Interim cum x navibus. Siquis hæc attentius perpenderit, suspicabitur (opinor) aut excidisse hoc in loco, aut forte in ipsa voce *Interim* corruptum latere proprium hominis alijus nomen; quod præcedenti *Rabiria Postumo*, et sequenti *Sallustio Crispo*, respondeat. *Clark.*

*12 Hæc ita imperabat, itaque unicuique præcipiebat*] *Edd.* primæ, item *Vasc.* *Steph.* et aliæ habent *H. i. imp.* *unicuique præcipiebatque*; quomodo restat etiam in *Leid.* sec. *Ilaque* etiam abest a *Voss.* In *Dorv.* est *uni- cuique, ita præcipiebatque.* Optime *Leid.* pr. et *Lov.* *Hæc ita imperabat, ita unicuique* (vel *unic. ita*) *præcipiebat.* Quod nemo non videt esse elegantius: quare id *Hirtio* reddidi.

*Ut, fieri posset, nec ne, locum nullum excusatio haberet*] *Dura* sane conditio. Ms. *Norvic.* *ut fieri posset, neve locum excusatio ullum haberet.* *Editt.* *Rom.* *Ven.* *Beroald.* *ut, si fieri posset, nec locum ullum excusatio haberet*, quomodo legendum arbitror. *Davis.* *Ut, si fieri posset, ne locum ullum, &c.* *Hæc ex Editt.* *Vett.* *ita restituenda vidiit Davisius.* Atque ita plane scriptum est

in Ms. Regio. Quin et in Ms. Eliensi apparent satis manifesta verae Lecture vestigia; *Ut fieri posset, neve locum ullum, &c.* Nimirum vocula, *si,* in primam syllabam sequentis, *fieri,* absorpta. Scaliger et Recentiores ediderunt, inveniente admodum: *Ut, fieri posset necne, locum nullum, &c.* Clark. Lectionema Davisio et Clarkio probatam exhibet etiam Cod. Leid. sec. imo etiam Lovan. et Dovill. nec non Edd. cunctae ante Scaligeri Ed. qui hodiernam lectionem, praeunte Ursino, ex ipsius Codice recepit. Quam et ego, confirmatam egregiis quibusvis Codicibus Cujac. Scalig. Petav. Leid. pr. et Voss. in quibus tamen est *uti pro ut, et excus. nullum.* In Dov. et Lovan. *excus. ull.* quae reposui. Fateor duram esse conditio-  
nem, *fieri posset nec ne.* Verum si legas *si fieri posset,* quid tum singulare hic in Cæsare notavit Hirtius? An apud ullum imperatorem excusatio-  
legati vel minoris ducis, aut tergiver-  
satio ejus caussando moram locum  
habet, si res fieri potest? Nequaquam.  
Præterea, quis litem inter Cæsarem  
et præfectos diremisset, num res fieri  
potuisset, nec ne? Cæsar enim sine  
dubio contendisset, rem fieri potuisse.  
Dicit ergo Hirtius: *Eum tam vehe-  
menter hæc præcepisse, ut sibi obe-  
dire sine excusatione vel mora vo-  
luerit; dum minores duces non decet  
examinare, an res fieri posset, nec ne.*  
Quæ de hisce Cæsaris fuerit senten-  
tia, videmus B. Gall. i. 40. Ubi tribu-  
nos et centuriones incusat: ‘*Quod  
aut quam in partem aut quo consilio  
ducerentur, sibi querendum aut cogi-  
tandum putarent.*’ Similis huic locus  
est infra c. 26. ‘*Utsine mora aut ulla  
excusatione hiemis ventorumque ex-  
ercitus sibi quam celerrime transpor-  
taretur.*’ Ceterum *fieri posset nec ne*,  
esse dictum pro an fieri p. nec ne,  
monitu opus esse non credo. Alioquin  
vide ad VII. 5.

16 *Miserari,—tanta homines esse de-  
mentia]* Ita omnino interpungendum;

quomodo edidit Jo. Goduin. Scali-  
ger (errore fortasse typographicō)  
interpunxit; *miserari.—tanta homines  
esse dementia.* Unde Recentiorum  
plerique ediderunt; *miserari.—Tanta  
homines esse dementia.* Quod est hi-  
tialeum valde. Ms. Reg. et Edit.  
Rom. *miserari:*—*Tanta hominum erat  
dementia,* Ms. Eliens. *miserari,—tan-*  
*tam hominum esse dementia.* Clark.  
Bene Clarkius et alii jungunt miserari,  
*tanta homines esse dementia.* Errore  
typographicō aliam interpunctionem  
esse ortam facile credo, quia in ali-  
quot Elz. editionibus editur, ut jam  
correximus. Infinitivus ille quidem  
per admirationem saepè obvius est,  
ut in Justino docuit Grævius, alisque  
alibi. Sed hic miserari non haberet,  
quo referri posset. *Hominum erat*  
etiam Leid. sec. et Edd. Med. Ven.  
Vascos. Gryph. Steph. et aliis ante  
Ursinum. *Malint vero pro malent*  
rescripsi fide meorum Codicum, tan-  
tum non omnium.

17 *In Provincia Africa]* Lovan. ha-  
bet et *Provincia Africa;* Cujac. autem  
*ex provincia Africa.* Lege et distin-  
gue, miserari (*regium enim equitatum  
ex provincia Africa Scipio alebat*) *tanta  
homines, &c.* Eandem interpunctionem  
Goduin. et Clarkius merito  
sequuntur. Lege etiam a. d. iii  
Non. Jan. Davis. cur. sec. *Scipio et  
prov. Africa* Voss. Lovan. et Ursin.  
Codd. Sed Cujac. Petav. Scalig.  
Leid. pr. et Dov. *Scipio ex prov.  
Africa;* verissime. Quod idcirco exhibui.  
In aliis etiam et Edd. non-  
nullis *Scipio in prov. Afr.*

IX. 1 *Leptique]* In Petav. Scalig.  
Lovan. Leid. pr. Voss. et Dov.  
*Leptim vel Leptinque.* Male. An *Leptiniisque?* Sed et cap. seq. in iisdem  
Mss. pro *Lepti* vitiōse est *Leptim.*

7 *Hoc eum iccirco existimo fecisse]*  
Ms. Norvic. *hoc eum iccirco existimo re-  
cepisse;* unde repono *huc eum iccirco  
existimo recepisse,* intellecto prono-  
mine reciproco, ut fit lib. de B.  
Alex. c. 27. *Davis.* *Lege recepisse se.*

Cum Norv. faciunt Petav. Voss. et Lovan. Reliqua ad finem notæ dele. *Idem*, cur. sec. *Recepisse* etiam Scalig. et Leid. pr. unde malum *repetisse* hoc, sc. oppidum: non sperno tamen omnino Davisii conjecturam *huc recepissem*, subintelecto se, ut sapient in MSS. occurrit, vel *recepisse* se. Lipsius ea re fecisse, ejecto cum Lov. Cod. *idecirco*. Pro ne vero in Lovan. est ut: nec aliter in Sealig. Leid. pr. et sec. qui insuper addunt ne ante racua. Omnino bene.

9 *Ad classem receptacula*] Probe legitur in Msto Norv. et edit. Rom. Venet. Beroald. *ad classis receptacula*, quod idem valet ac ad classem recipiendam, seu, quo se reciperet classis. *Daris*. Perinde est. Clark. *Ad classis receptacula* est in Edd. omnibus ante Scalig. qui primus edidit *ad classim recept.* unde recentiores *ad classem fecerunt*. In Lovan. Dorv. et Leid. sec. *ac classis rec.* Sed Sealig. Leid. pr. et Voss. *ad classim*. Quod idecirco mutare nolui, licet in Pet. quoque videatur esse *ad classis*. Quod e Cod. Victorino probat quoque Goduinus. Malim tamen *ad classum recept.* Ceterum que abest a Lov. et Leid. sec. *præsidiaque* Edd. Rom. Med. Ven. et Gryph. *ad classis firm.* *ad classis recept.* Glandorpius volebat.

x. 8 *Requirentibus*] Leid. sec. *inquirentibus*. Ill. Heinius conjectit *exquirentibus*, adscripto Taciti loco Ann. vi. 8. ‘Abditos principis sensus et si quid occultius parat exquirere.’ Verum nulla est mutatione opus. Confer notas ad vii. 63. ‘Cæsaris indulgentiam in se requirunt’.

9 *Magno metu ac tristitia sollicitabantur*] Deesse vocem animadverit Joan. Glandorpius, cui supplendum placuit proinde *magno metu*, &c. Ipsam Hirtii manum exhibet Ms. Norv. e quo reponendum est qui *magno metu ac tristitia sollicitabantur*. Davis. Qui, &c. sic ex Ms. Eliensi optime restituit Davisius. Alii omnes omissa voce

qui, ediderunt *conscendit*, omnibus in exercitu *insciis*.—*Magno metu*, &c. Quod valde hiuleum est. Nisi forte placeat Joannis Goduini et Cellarii interpunctio *conscendit*. *Omnibus in exercitu insciis*, magno metu, &c. Sed præstat Lectio Davisiana. Clark. Post *conscendit* plenam distinctionem posui cum Edd. Vase. Gryph. post. Steph. aliisque. Qui a librario adjectum videtur, qui non capiebat Hirtii stylum. *Omnibus insciis, sollicitabantur*; dictum videtur, ac omnes, cum *insciis* essent, sollicitabantur. Sic B. Alex. c 15. ‘His pulsis ad portum adplicaverunt’ ubi MSS. et Edd. nonnulli *Hi pulsi*. Vide ibi notas meas, et dubito adhuc, an malum explicare *Hi cum pulsi essent adplicaverunt*. Ita solent Cæsar et Hirtius Ablativum ponere absolutum, omissa verbi, quod subjungitur, casu proprio; ut pluribus docuimus ad vii. 4. ‘Convocatis clientibus facile incendit.’ Nec non alii. Sueton. in Tib. c. 31. ‘Iterum censente, &c. obtinere non potuit.’ Apul. Met. l. iii. p. 51. ‘me loquente, &c. producit’ sc. me. Ad viros doctos ad Just. ii. 3. viii. 5. xi. 7. ‘Iterato querentibus, &c. jubentur.’ Apul. l. x. p. 218. Ed. Pric. ‘seniore adorante placuit. et itur: nisi malis placuit, iretur.’ Petron. c. 113. ‘Eribescente Tryphaena vultum, &c. posuit’ ubi vide Cl. Burm.

10 *Tristitia*] Voss. Cod. et Edd. Med. ac Ven. *tristi*. Leid sec. *testimonia*. At Sealig. Leid. pr. Lovan. et Dorvill. *tristimonia*. De ejus lectionis veritate non dubito; ut ab acris est *acrimonia*, sic a *tristis*, *tristimonia*. Nævius *Tristimoniam deturbat ex animo*, ut citat Scheffer. ad Petron. Satyr. c. 63. ‘Et nos tum plures in *tristimonia* essemus’ ubi idem legit *tristimonia*.

11 *Copias, et ins. nat.*] Reponendum nisi fallor, contra magnas copias insidirosa nationis, deleta copula. Davis. cur. sec. Et notat et quidem, præser-

*tim, et eas quidem Belgice en dat uel.* c. 16. ‘jubet aciem porrigi et alterius conversis cohortibus,’ ubi delet *et* Clarkius. Plin. l. v. p. 8. ‘Alia, et justa moræ ratio?’ ubi vide Cort. et Sciopp. in Symb. Crit. p. 28. Apul. Met. l. i. Ep. 17. Ed. Pric. ‘Te generosa stirpe proditum, et recte conjicerem.’ Male Pricæus delet *et* l. vii. p. 132. ‘in bestiam, et extremæ sortis quadrupedem.’ Edd. pleræque sine *et*. Statim rursus edi*di animum advertebant*, auctore Leid. primo. V. ad B. G. l. 24.

15 *Vultu, vigore]* Lipsius margini adlevit *vultus vigore*. Idque inveni in Leid. pr. ut apud Silium Ital. viii. 612. ‘non ille vigoris Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat.’ Quod bene defendit Cel. Burm. ad Vellei. II. 98. Verum malim hoc loco distinguere, et *vigorem* ad *animum* referre. Egregie hic convenit Cæsaris character apud Vellei. II. 41. ‘forma omnium civium excellens, vigore animi acerrimus, animo super humanam et naturam et fidem erectus.’ Sic ibidem Clar. Burm. ut hic *animum erectum præ se gerebat*: vulgo *erectus*. Consule Cl. Drakenb. ad Liv. VII. 4. ‘naturalis vigoris.’

17 *Proclivia]* Lovan. Dovvill. et Leid. sec. *procliva*. Non male. Lucret. VI. 728. *proclivus impetus*; uti ibi viri docti e MSS. legunt pro *proclivis*. Apud Terent. And. IV. 2. 18. *In proclivo quod est* in MSS. G. Fabri-*cii*, quem vide, uti et Colv. ad Apul. p. 9. Plura diximus ad Front. Strat. II. 2. 2. ‘Adjuvante proclivo.’

XI. 14 *Ne illi—deficerent]* Editt. Rem. Ven. Beroald. pronomen omittunt; MSS. autem Norv. et Urs. habent, *uti nihil—deficerent*, hoc est, ut non deficerent. Vide Terentium And. Act. I. Sc. 2. 31. et ibi. Donatum. Eam sane scripturam, ut elegantiorum, præfero. Davis. *Ne illi—deficerent*. Præfert Davisius, quod in qui-

*Delph. et Var. Clas.*

*Cæsar*

busdam Codicibus est, uti nihil—deficerent. Sed perperam. Habet enim hoc in loco vox *illi* elegantissimam Emphasim. Est utique Antithesis, qua duplex Cæsaris consilium explicatur. Exivit cum classe, ne *naves sue onerarie* in hostium classem inciderent: exivit *clam suis militibus*, qui erant in præsidiis relieti; ne *illi* propter paucitatem suam metu interea deficerent. Clark. Non sentio istam Emphasim, quam fingit Clark. in voce *illi*, quam primus invexit Scaliger. Abest ab Edd. prioribus et MSS. omnibus. Pro *ne illi* Scal. et Leid. pr. dant *nihil*. Sed Cuj. Pet. et Voss. quoque *uti nihil* sine dubio vere; nisi malis *uti ne illi*.

XII. 2 *Antecessores]* Nihil sane opus est, cum Ciacconio reponi *antecursores* e Cæs. B. C. I. 36. cui adde B. G. v. 47. B. Civ. III. 36. Nam ‘antecessores agminis’ occurruunt apud Sueton. c. 17. in V. Vitell. Et *antecedere agmen* ad explorandum vel viam monstrandam passim dicitur. Ut in Cæs. B. G. VII. 12. B. Civ. II. 24. et alibi. Adde Turneb. Advers. xxiv. 16. et Viros doctos ad Vell. I. 4. ‘co-lumbæ antecedentes volatu.’

7 *Parvus e castris exierat numerus, arcessi]* Ita edidit Scaliger præente Ursino, et monente in suo Codice non comparere vocem *secum*, quam vulgo addebant. Ea vox non videtur quoque in Edd. primis, sed et in nullo Msto. Verum puto plura abundare, nam si sagittarii illi e castris exierant, unde eos arcessivit? an ergo eos non secum habuit? nec enim credo, aliquem opinaturum esse, eos fuisse illos antecessores: hi enim jam redierant. Ergo non opus quoque, ut eos arcesseret. Scilicet Codices Scalig. Leid. pr. et Lovan. exhibent egregie *sagittarios, quorum parvus numerus, ex castris arcessi*. Ut de equitibus, ita de sagittariis dicit parvam corum fuisse copiam: *ex pro e habent etiam Leid. sec. et Dov. et*

5 H

hoc ordine legunt *parvus numerus, ex castris exierat*; certo indicio *rū exierat* abundare. Præterea *arcessiri* scribitur in Leid. pr. Voss. Dorv. et Leid. sec. Adi notata ad B. G. i. 31.

8 *Se leniter consequi*] Hirtium scriptisse reor, atque ordinatum signa et *leniter consequi*. *Davis.* cur. sec.

12 *Et sagittariis*:] Nullum quidem est in MSS. lacunæ indicinm, deesse tamen videtur sagittariorum numerus, quam ob causam, ut puto, puncta hic in sua editione posuit Jos. Scaliger. *Davis.* Ms. quidem Lovan. exhibet, xxx *Cohortium, cecutorum sagittariorum*, nulla facta *equitum* mentione. Hoc tamen fieri debuit, ut ex narrationis filo liquet. *Idem*, cur. sec. MSS. Leid. pr. Voss. coh. *equitibus sagittariis et host.* Lovan. coh. cccc *sagittariorum et h.* Dorv. coh. et cccc *sagittariorum et h.* Leid. quoque secundus et Edd. omnes ante Scaligeranam addunt et ante hostes. Ms. Scaligeri ei h. Quare non dubium mihi est, quin legi debeat coh. cum equitibus cp. *Sagittariis cl. Hostes.* Numerum certe pro et audacter substitui.

XIII. 1 *Duo Pacidii*] Leid. sec. et Edd. Rom. Ven. Med. *Duopacidius* mirifice. Glandorpius *Pacilii* videtur legere: cum nusquam alibi *Pacidorum* fiat mentio. *Pancidei* Petav. Sed *Pacidei Cujac.* Leid. pr. Vossian. Lov. et Dorv. Quæ scriptura verior videtur.

XIV. 1 *Se moveret*] Sic primus, quantum scio, Scaliger edidit. In MSS. et Edd. prioribus est *se removere*. In Dorvill. ne C. se removere, cum s. Quasi ideo cœperunt subito hostes se extendere, ne pedem referret Cæsar. Perperam. Lipsius adscripsit *sese moveret*. An se re natum est ex certamen? *Movere* certamen est primus pugnam *lacessere*: de quibus egit ad B. Gall. i. 23. vel *rem moveret?* Res pro prælio millies occurrit.

9 *Pedites Numida*] Vox *pedites*

deest in MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Rom. Ut forte additamentum esse possit Librarium, propter id, quod sequitur, *cum equitibus.* Clark. Vocem *pedites* e Ms. Ursini et suo addidit primus Scaliger. Confirmant Lov. Leid. pr. et Dorv. Respicit locum c. 13. ‘Inter equites levis armaturæ Numidas et sagittarios pedites interposuerant.’ Adeo ut videatur esse ex interpolatione interpretationis gratia vox *pedites* addita: nisi et c. 48. hujus belli dixisset ‘pedites levis armaturæ’ ubi vide.

10 *Inter legionarios milites*] Vulgg. *pedites*, sed alteram lectionem ex Ms. Norv. recepi, quæ sane elegantior est. Sic *legionariorum militum* meninat Hirtius cum alibi, tum de B. Alex. c. 21. *Davis.* Adi etiam B. G. vi. 34. ‘*Legionarius miles.*’ Adprobat etiam Clarkius. Omnes tamen MSS. mei hic loci *pedites*. Utrumque forsan e Glossa. Malim etiam *in quam inter*, si per Codd. licet: quamquam et vulgatum defendi posse clarum est.

xv. 8 *Equites*] In Petav. Lovan. et Norv. præmittitur *qui*. Lege *at qui equites,* *Davis.* cur. sec. Qui etiam additur in Sealig. Leid. pr. Voss. et Dorv. et *equites* Leid. sec. Præterea *non conatur* exaratur in Seal. Leid. pr. Lov. Dorv. Ut altius vulnus inhærere videatur.

13 *Intra cancellos omnes conjecti pugnare cogerentur*] Quia cancelli proprie sunt septa e ferro lignove quincunciale in modum facta ad arcendam repellendamque turbam, Joan. Glandorpius reponit *velut intra cancellos.* Sed crebro ea vox ad arctum quodvis spatium denotandum adhibetur. Cicero pro P. Quinetio p. 873. postquam enumerasset, quibus de rebus erat dicturus, addit: ‘Me facile vestra existimatione revocabitis, si extra hos *cancellos* egredi conabor, quos mihi ipse circumdedi.’ Sic ‘*inter Orci cancros*’ (unde diminutivum *cancelli*) ‘*jam ipsos adhærere*’ dixit

Apuleius Met. l. vi. p. 115. ed. Pri-  
cean. Davis.

xvi. 9 *Ut cognosci ab eo posset*] Editt. Rom. Ven. Beroald. habet *ut agnoscii ab ea posset*: proprie quidem; haec tamen voces non raro confunduntur. Terentius Eun. Act. v. Sc. 2. S. ‘Ita miserrimus fui fugitando, ne quis me cognosceret.’ Ubi Donatus, ‘notā,’ inquit, ‘impropriē dictum pro agnoscere.’ Vide et Nonium Marcellum in *cognoscere* p. 304. ed. Plantin. Ac, si Servio fides, ‘sane inter agnoscō et cognoscō superflue quidam volunt facere discretionem, ut cognoscamus novos, cognoscamus antiquos: sed haec a Poëtis metri necessitate variantur;’ quae verba sunt doctissimi Grammatici in Virgilii Æn. VIII. 155. *Idem.*

xvii. 2 *Alternis*] Sic Ms. Reg. Quæ verior videtur lectio, quam quod habent Editi, *et alternis*. Clark. *Et abest a solo Leid. sec.* Sed vide ad c. 10. ‘Contra magnas copias, et insidiosæ nationis.’ Non agnoscunt tamen Edd. Vascos. Gryph. post. Steph.

*5 Equitibus intrinsecus adortus, cum peditatu telis conjectis*] Editt. Rom. Venet. Beroald. perperam repräsentant equitesque *intrinsecus adortus cum peditatu telis conjectis*. Sed et nuperius excusi ab interpunctione labo-  
rant: distinguendum enim est *equitibus intrinsecus adortus cum peditatu, telis conjectis*, ut res ipsa clamat. Davis. *Adortus cum peditatu.* Ita in-  
terpungendum recte, vidit Davisius. Al. *adortus, cum ped.* quod sententiam turbat. Clark. *Equitesque etiam* Voss. Leid. sec. Ed. Med. et Vasc. Margo. *Eq. adortis Lovan. et Dovr.* Adortus est unam partem hostium equitibus peditibusque simul, ut e seqq. patet.

10 *Sicut erat instructus*] Codices nonnulli *institutum*, &c. Sed præstat vulgata lectio. Sic enim jam infra c. 18. ‘ita, ut erant instructi, leni-

ter se ad suas recipiunt munitiones. Clark. *Instructus Cæsar ergo dicitur, pro aciem instructam habens, ut bene defendit Clarkius: sicut instructum* Voss. *institutum est in recentioribus Dorv. et Leid. sec. atque Edd. pri-  
mis.* In Dorv. quoque et Edd. Vascos. Steph. et pluribus deest *sic.* In aliis, et vulgo, *sic, ut erat.* Minus bene. Vide ad c. 4. ‘sicut erant signatae.’

xviii. 1 *Equitibus Numidis &c electis*] Numerum haud paullo minorem exhibent Ms. Norv. et editt. Rom. Ven. Beroald. in iis enim legitur *equitibus Numidis ccc electis*; utrum vero rectius, dijudicatu non est difficile; cum hujusce libri c. 19. aiat Hirtius; ‘præterea Petreiano auxilio adhibito equitibus &c.’ &c. licet ibi Ms. Norv. & dc. edit. autem Rom. Med. Venet. Beroald. solos *ccc* repræsentent. Davis. Hoc loco MSS. mei omnes habent *ccc*; nisi quod Scal. totum numerum omittat, et nonnulli ponant ante *equitibus*. An *cum MDC eq?* ut *M elisum* sit, ab præc. voce *cum:* certe c. 19. MSS. mei omnes *MDC agnoscunt.*

3 *At hostes*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii melius exhibent, *atque hostes*, &c. Clark. Accedunt Pet. et Leid. sec. Ex *atque host.* fecerunt alii *at cohortes*; ut est in Leid. pr. Lovan. Aldi, Manut. Plant. et marg. Vascos. aliorumque. Deest *at* in Edd. pri-  
mis. Rescripsi *atque*, quod sæpe in *at* abit. Vide ad B. G. iv. 25.

12 *Perseverandumque cursum*] Continuandū; haec enim vox, quam vulgo neutrā censem, interdum est *activa*. Justinus XII. 6. 15. de Alexandro M. ‘Ob haec illi quadrivio perseverata inedia est.’ Symmachus Epist. I. 90. ‘Ut es nostri diligens, religiosam observantiam persevera;’ ubi vir doctissimus Fr. Juretus plura hanc in rem exempla collegit. Davis. Hæc lectio, recepta primum Scaligero, originem suam debet Msto Ur-

sini, qui ita ex illo codice correxit. Ante legebatur *equites et jumenta, &c.* (uti etiam est in L. sec. et Edd. pp.) vel *jumentaque*, (ut habent Lov. Dorv.) ad insequendum hostem, perseverandumque, cursum tardiorum hab. Et sane tardiorum etiam est in Leidensibus. Sed Vossianus et Dorvill. conspirant cum Ursiniano; forsitan etiam Petav. Lov. et Sealign. nam dubito de iis. Nibilominus placet haec scriptura, nam et vel que apud *jumenta* etiam abest a Sealign. Leid. pr. Voss. et perseverare cum Accesandi casu ipse usus est Cicero pro P. Quinct. c. 21. ‘*Neque te ipsum id perseverare?* ubi vide Gravium.

11 *Circundatis imperat, ut uno, &c.*] Primo malim, si per Mstos liceret circumitis. Sensus enim Hirtii est, Cæsarem suos circumvectum esse, ut sequentia imperaret. Hoc autem est circumire, non circumdare: de participio circumitus adi ad B. Civ. II. 97. ‘*Aeies Pompeiana circumita.*’ Dein pro imperat ut in Leid. pr. est cohortatus, at in Lovan. Dorv. Leid. sec. cohortatur, ut. At Pet. coh. equitibusque circumdatis, cohortatus imperat, ut. Bene. Fraudis fuit librariis ablative casus ante cohortatus. Sed ita alibi legionibus expeditis, cohortatus, et consilio convocato cohortatus: electis hominibus cohortatus. Vide omnino ad VII. 4. ‘convocatis clientibus, facile incendit.’ Si quis cohortatur, deletis imperat ut, mallet, me non refragantem haberet. Facile enim ea ex cohortatur etlingi potuere.

*Ictu contendenter]* Lipsius querit, an *nisu* vel *tractu* sit legendum. Mihi nec haec nec illa ratio placet; ac minore quidem mutatione rescribi potest ut *uno* actu contendenter. Virgilii Æn. XII. 687. ‘Fertur in abruptum magno mons improbus actu.’ Lucanus IX. 30. ‘Quas ne per littora fusas Conlegeret rapido Victoria Cæsar’s actu.’ Vide sis et ejusdem libri vs. 472, et III. 469. ‘Cum tamen Hir-

tius ita loqui non soleat, malim *uno impetu*. Adi nos ad B. G. III. 19. Davis. cur. sec. *Unum iictum exponit Cellarius continuum iictum telorum.* Rectius interpretatus esset, *continuum iictum gladiorum*, uti apud ipsum Hirt. B. Gall. VIII. 23. ‘Primo ietu gladio caput percussit.’ Atque ita legendum esse in Justino bene vidit Bongars. I. 9. ‘Fortuna tamen iictum regente?’ quod confirmant MSS. a Doctiss. A. Gronovio et duo mihi inspecti. ‘*Ietus Gladiorum:*’ B. Hisp. c. 16. ‘*Ietu pilorum:*’ Cæs. B. G. I. 25. ‘*Ietu scorpionis:*’ II. 9. VII. 25. Nil ergo temere mutandum, licet *ietus* et *actus* sepiissime confundantur. Alter *uno iitu* proxime accederet. In Plant. editione *jactu* exhibetur.

22 *Male accepti]* Recte, i. e. male mulcati, ut ita dicam; et in eadem re Nepos in Eum. c. 8. ‘cumque male acceptum coegerit redire.’ Cicero ad Fam. Ep. XII. 14. ‘In oppugnando male acceptus?’ et ita alibi. Immo ipse auctor c. 41. ‘suis male acceptis.’ Monendum tamen in Leid. pr. esse *malo accepto*. Pro quo frequenter solet dici in his commentariis et passim *detrimento accepto*. ‘*Contra malum dare.*’ Vide Richter. Obs. Crit. p. 65. et Cl. Burm. ad Phædr. F. 16.

XIX. 2 *Perfugæ plures ex o. h. genere, et præterea intercepti]* Deest verbum, quo referatur illud *perfugæ*. Quare non displicet Gudii conjectura *perfugere*, nisi aliud quid lateat: nam Petav. et Voss. habent ‘et omni h. g. Lovan. et Dorv. et omnis generis h. Leid. ex. o. gen. hominum. Vel forsitan delendum modo ante *præterea*: ubi illa particula non compareat in Leid. primo: ut sensus sit, ex *adversariis perfugæ* cuiuscumque generis et ordinis, *præterea* *equites* *peditesque* *hostium sunt intercepti*. Celsus habet, ‘Ex iis, qui hoc prælio capti sunt, transfigurisque quam plurimis.’ *Hostium* etiam dereli posset rectius certe, quam infra

*hostium consilium*, ubi exsulat ab Edd. primis: in MSS. plerisque *consil. hostium*.

5 *Tirones legionariique pauci*] *An ergo tirones, non sunt legionarii?* Latet nucus. Voss. Cod. *legionariique, paucique*. Seal. Lov. Leidenses, Dovr. *legionarii, paucique*. Putem scribendum esse *Tirones legionarii, paucique sagittarii perturbati*. Vide omnino c. 12. Posset excidisso quoque *veterani*: sed malo credere prius.

6 *Curionis exemplo*] Historiam vide B. C. II. 40. et seqq. *Davis.*

7 *Et ita Labienum dixisse pro concione*] Editt. Rom. Ven. Beroald. habent et ita *Jubam dixisse pro concione*; sic et Ms. Norv. nisi quod in illo sit *Juba*. Omnes male: rex enim Juba nondum aderat. Hanc tamen lectio nem in suo Codice invenit Jul. Celsus, ut patet ex p. 218. edit. Londin. Non sane descriptoribus, ut fecit J. G. Graevius, sed ipsi Celso hoc mendum imputarim. *Davis.* MSS. nonnulli et Editt. Vett. *Jubam*. Inepte. *Clark.* Mei etiam ad unum omnes *Juban* scribunt.

9 *Cædendo*] Hoc est, ut Cæsareani, si eis forte contigerit victoria, tamen etiam cædendo fatigati, propter multitudinem hostium tandem superarentur. Quomodo recte explicavit Rhellicanus. *Clark.* Vide etiam Celsum.

10 *Quippe qui in illorum sibi confideret multitudine*] Hic mire turbant Ms. Ciacc. et edit. Rom. Ven. Ber. Steph. in iis enim est quippe *qui in nullo illorum sibi confideret*; ex qua lectione sensum idoneum extundere frustra conatus est Joan. Rhellicanus; Joan. autem Glandorpius, addita negatione, corrigit *in nullo non illorum sibi confideret*. Ms. Norv. quippe *quis non illorum multitudine sibi confideret*; unde vel retinenda vulgata, vel, ordine verborum mutato, scribendum quippe *qui in illorum multitudine sibi confideret*. *Davis.* Codices nonnulli MSS. et Editt. Vett. Quippe *qui in nullo illo-*

*rum sibi confideret*. Ex qua lectione, contra plane ac erat mens Authoris; sequitur enim mox, *Hac spe, utque ea audacia inflammatus Labienus, sensum nescio quem obscurum atque perplexum extundere conatus est Rhellicanus. Clark.* Confirmatur vulgaris lectio a Cod. Cuj. et proxime accedit Scalig. *Quippe quis in illorum s. e. multitudine, cum Pet. Q. quis non illorum multitudine sibi conf.* A ceteris abest vox *multitudine*. Cum Edd. a Davisio nominatis, item Vase. Gryph. &c. conspirat Leid. sec. Q. *qui in nullo illorum sibi conf.* Ald. Man. Plant. Rapheleng. *Quippe non illorum sibi confideret*, sine sensu. Lov. et Dovr. Q. *qui non illorum sibi confideret*. At optimus Leid. primus Q. *qui in illorum fide sibi conf.* Lipsius et Heins. *qui in illorum numero: sed confidere sibi in numero vel multitudine, pro confidere illi, Latinum esse, vehementer dubito*. Certe Hirtius eam aliis solet *Confidere alicui vel aliquo simpliciter dicere*. Vid. B. C. III. 24. Lego nulla mutatione MSS. Q. *qui sine illorum fide sibi confid. primum quod aud.* Ita enim scripsisse Hintium patet ex seqq. ubi rationem dat, cur *Labienus sibi confideret*, i. e. suis viribus, sua multitudine, quod e Glossa in textum inrepsisse videtur. Etiamsi Africanæ gentes non fideles erant, tamen sibi confidebat: sic *parum sibi confisas alibi*. ‘Neque ii sibi conf.’ B. Civ. III. 7. Excidisso autem vocem *fide ob sequens sibi certum est*.

16 *Pompeiano*] Addita voce rescribendum *Pompiciano Labienus, quos secum, &c.* Sic Norv. et Buslid. Sic etiam Beroaldus ac Gryphius ediderunt. *Davis.* cur. sec. *Labienus addidi auctoritate MSS. Ursin. et meorum omnium, item Edd. Rom. Med. Vascos. Steph. &c.* Ex Aldi editione primum exciderat. Quos male abest ab Edd. primis, quæ et dant *Pompici*. Ceterum Glandorpius pro *Brundisio*

mallet *Dyrrachio* temere.

19 *Conscripterat; armaverat, &c.*] E-diti *conscripterat, armaverat, &c.* Quæ interpunctio ambigua est, et sententiam turbat. *Clark.*

*Equoque frenato uti condocuerat]* Ne hæc quidem genuina auctoris videntur. Certe *equoque* exsulat a Pet. Seal. Leid. pr. et Voss. In omnibus autem est *uti frenato*: quem idcirco ordinem prætuli. Dein *condidicerat* habent Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. et Vossian. Vide, num scripsit Hirtius *condocefecerat*. Sic certe c. 27. *Elephantos ‘hoc modo condocefacere instituit’ ubi in MSS. aliquot perperam *conducere*, unde et *condocere* facere possis. c. 7. ‘Ut lanista tirones gladiatores condocefacere.’ Et ibi *condocet* vel *condocet facere nonnulli.**

21 *Ex cuiusquemodi generis amplius XII millibus]* Ultimam vocem, ut inepte intrusam, deleri jubet Just. Lipsius Elect. II. 22. : nec enim, ut putat, aliud vult Hirtius, quam legiones non e solis civibus, sed e miscello genere hominum conscriptas fuisse duodecim. Virum illum doctissimum sequitur Joan. Goduinus, II MSS. Regiorum et unius Victorini auctoritate nixus. Sed ea conjectura recipi non potest, nisi solecum statuamus Hirtium; hoc enim modo deest *casus ablativeus*, quem præpositio *ex* necessario postulat. Minima mutatione, voce item transposita, legendum crediderim *cuiusquemodi generis militibus amplius XII*, ut hæc sit velut ἀνακεφαλάωσις copiarum, quas secum habuit Labienus. Vel, si hæc emendatio non arrideat, lubens scriberem *dein duæ legiones conscriptæ ex cuiusquemodi generis amplius XII millibus.* Numerum autem hominum, ex quibus legiones illæ conflabantur, addit Hirtius, quia tum temporis minore numero stabant; erant enim, ut videatur, quinum circiter millium, licet iis quaterna tantum millia adsignet Sex-

tus Rufus in Breviar. . 6. Edit, quidem Steph. exhibet *ex cuiusquemodi generisque*; Ms. autem Norvic. *ex cuiusquemodi genere*; sed infra c. 23. dixit noster *cum naviculis* cuiusquemodi generis *amplius XXX.* Sic et iterum c. 36. quod receptam lectio nem tuetur. *Davis.* Deinde *legiones, conscriptæ ex cuiusquemodi generis amplius XII millibus.* Vitiosa plerisque visa est hæc lectio. Legi fortasse poterit vel *ex Davisii* conjectura, *Deinde duæ legiones, conscriptæ ex cuiusquemodi generis amplius XII millibus;* vel, eodem iterum emendante, *Dein legiones, conscriptæ ex cuiusquemodi generis militibus, amplius duodecim.* Vel denique, (quod Lipsio et Cellario placuit, quodque in tribus MSS. repertum Joannes Goduinus, quodque immrito solecismi insimulavit Davisius); omissa voce *millibus*, scribi oportet, *Deinde legiones, conscriptæ ex cuiusquemodi generis (subintelligi hominibus vel militibus), amplius duodecim.* Quæri quoque potest, an non etiam hoc modo legi queat; *Deinde legiones, conscriptæ ex cuiusmodi generis (subintellige hominibus) amplius XII milia* (scil. militum): vel etiam, (quod est in Vulgatis), *amplius XII millibus.* Dispiciat Lector eruditus. *Clark.* *Milibus* cum Lipsio ejicit Cellarius. Bene; si pro *generis* legas *genere* e MSS. Petav. et Norvic. Mei Codices nihil variant, nisi quod Lov. det *et cuiusque modique generis.* Et etiam est in Dorvill. Ut Stephan. ita jam ante Vascos. Gryph. post. et alii ediderunt. Vide Cortium ad Sallust. B. Cat. c. 39. ‘Cujusque modi genus hominum.’

26 *Quater tanto]* Ita restitui ex duobus MSS. Mirum, Editt. Vett. Scaligerumque et Editores recentiores omnes edidisse, *quater tantis.* Quod prorsus Latum non est. De numero enim, non de *magnitudine* hominum hic agitur. Nisi forte subintelligi velint, *copiis:* quæ est locutio

inſelens. Clark. *Tanti pro tot non insolens est. Sed tanti equitum haud est Latinum.* Quare cum Clarkio reserpsi tanto, adjuvantibus MSS. Ursin. Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. et Voss. Sic ter tanto, vicies tanto, &c. similia, de quibus consule Cel. Burm. ad Phaedr. Fab. 24.

27 *His copiis]* Codices nonnulli, his copiis omnibus. Et est construc-  
tio ἀνακόλουθος, sive Transitio ex uno  
constructionis Schemate in aliud. La-  
bienus, cum equitibus —; his copiis om-  
nibus — est decertatum. Sic infra c. 125.  
'Rex Juba — non est visum,' &c.  
Clark. Vide ad B. Civ. III. 19.

28 *Diem III.]* Ciaccon. legit VI.  
Quia credit III Kal. Jan. Africam  
attigisse Cæsarem. Certe Kal. Janua-  
riis Ruspinam castra movit, postquam  
una die et nocte hæserat ad Adrumetum.  
Unde potius censeo pridie Kal.  
Jan. eum adtigisse terram: ut sit le-  
gendum post diem V., si diem, quo ve-  
nerit ad terram, simul includas. Eum  
si non numeres, rectum erit post diem  
IV. quo modo scripsisse puto Hirtium.

xx. 4 *Commeare]* Subaudi, posset:  
quod inclusum est in sequente, pos-  
sent. Codices Reg. Eliens. et Vossii  
habent, *commeatus*: quæ et ipsa ferri  
possit lectio. Clark. *Commeatus* eti-  
am legitur in Cujac. Pet. Leid. sec.  
Ursin. et Ciac. ac Vase. Marg. Quod  
verius puto, vel *commeatus ire*. Modo  
constet *commeatus* capi posse de classe  
navium, etiam inanum. Vide ad  
B. G. v. 23.

6 *Comportare]* *Comportare capit.*  
Conjunctum enim hoc non cum præ-  
cedenti succurrere et *commeare*, sed  
eum superiori deducere. Clark.

10 *Syris]* Non damno hanc lectio-  
nem, si quidem a MSS. firmetur: nam  
Σύροι dicti et Σύροι ab Herodoto ali-  
isque. Apud Justinum quoque I. 2.  
'Assyrii, qui postea Syri dicti sunt,'  
in nonnullis Codicibus *Syrii*. Et pas-  
sim *Syrius* Adjective occurrit. Sed  
Leid. pr. habet *Syris*. Edd. primæ  
*Syrisque*, Leid. sec Dov. *Scirisque*.

*Suis Voss. civis Lovan.*

11 *Frequentabat suas copias]* Auge-  
bat, frequentes reddebat. Suetonius  
August. c. 46. 'Italianum duodetriginta  
coloniarum numero deductarum ab  
se frequentavit.' Apuleius Met. I. x. p.  
226. 'Quæ mecum incoram publicam  
populi caveam frequentaret' ad quem  
locum plura Joan. Pricæus not. p. 639.  
Davis.

(*Audiebat — nunciabantur])* Omnino  
haec verba, quod magnos ententiae de-  
trimento neglexerunt Editores, Par-  
enthesis sunt includenda; ut pessima  
tollatur ambiguitas; referaturque id,  
quod sequitur, *Officinas ferrarias in-  
struere*, non ad Scipionem scilicet,  
sed ad Cæsarem; connexumque sit,  
non cum præcedenti *conjungere*, quod  
est de Scipione dictum, sed cum su-  
perioribus *armare* et *evocare*, quæ  
sunt dicta de Cæsare. Clark.

16 *Sagittasque et tela, uti fierent,  
complura curare]* MSS. nonnulli et  
edit. vett. habent *sagittæque*, quam  
lectionem imperiti Librarii procude-  
runt, quod vulgata iis solecea perpe-  
ram videbatur. Terentius Andriæ  
Prol. vs. 3. 'Populo ut placerent,  
quas fecisset fabulas.' Ubi Donatus  
ait, 'ad fecisset retulit *fabulas*, non ad  
*placerent*; et est figura Syllepsis.' Idem  
Adolph. act. v. sc. 4. 20. 'Illum ut  
vivat optant,' pro eo quod est, op-  
tant, ut ille vivat. Non igitur opus  
est, ut Joan. Goduinum, malum ple-  
rumque ducem, sequamur. Davis. Sa-  
gittasque, — *uti fierent, curare*. MSS.  
nonnulli et Editt. Vett. *sagittæque*.  
Quod a Librariis minus Latine scien-  
tibus mutatum, eruditæ adnotavit Da-  
visius. Similis constructio infra, § 90.  
'Cives autem Romanos, — ut prodi-  
rent, edicit.' Clark. *Sagittæ telaque*  
est in solo Leid. sec. *Sagittæque et  
tela* Ms. Victor. Edd. primæ, item  
Vase. Steph. et aliae, habent. Sed  
MSS. mei tantum non omnes, *sagittas*,  
*telaque, uti fierent, c. curare*. Optime.  
De hac constructione adi Murct. I. I.  
Ep. 33. Heurn. Par. Crit. p. 52. Voss.

de Constr. c. 2. et Perizon. ad Sancti Minerv. II. 9. I. IV. 10. aliosque passim.

20 *Et animum etiam advertebat*] Hoc ex Ursini Codice admisit Scaliger: cum antea exhiberetur *Etiā animal-advertebat*; vel *Et jam an. quomodo habent* MSS. plerique. Sed Pet. et Voss. *Etiā animum advertebat*: quod satis erat. Vide ad B. Gall. I. 24. Reete autem Ursinus e suo reddidit *importatio*, ut exaratur in MSS. meis omnibus, non *importato*, si Dorvillianum excipias. Adi notas ad IV. 2. ‘*jumentis importatiis*.’

26 *Oppida præter p. &c. Reliqua dirui atque deleri, &c.*] Male coherent sententiae. Lov. et Norv. habent *oppida præterea pauca*. Totum locum sic constituendum puto; Oppidis, *præter ea pauca que ipsi suis præsidii tueri poterant*, reliquis dirutis aut deletis, *eorum incolas intra sua præsidia coëgisse commigrare*. Davis. cur. sec. Audacissima hæc est Davisii conjectura; nec tamen necessaria. Ait Hirtius, eos coëgisse oppida reliqua dirui præter ea pauca, quæ ipsi præsidii tueri poterant. Ea non addissem, nam et pronomine non opus est, nisi invenissem in MSS. omnibus meis ac primis Edd.

xxi. 2 *Aliquantulum frumenti numerum*] Cum illud, *aliquantulum*, vix apud bonos Auctores usurpetur adjective; aut delenda videtur vox, *numerum*, aut legendum fortasse ex Ms. Eliensi, aliquem tamen *frumenti numerum*, &c. Clark. Posset scribi *aliquantum* cum MSS. Leidensibus, Scalig. Voss. Lov. Dorv. Urs. et Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et Stradæ. Ni ita legas, omnino statuas *τὸ numerum* e Glossa adjectum esse: nam in plerisque MSS. scribitur *numerum frumenti*: immo in Leid. pr. non comparet id nomen; nisi inter versus *adscriptum* a manu see. Sed *aliquantus numerus* satis se tueri potest. Vide ad B. Civ. I. 67. ‘*aliquanto accepto detimento*.’ Nescio an in Petav. et

Cejac. sit *aliquantulum*. Si ita sit, lego *aliquantulum frumenti cong.*: ut sæpe Livius et alii. Valer. Max. III. I. § 1. ‘*Aliquantulum terroris*.’ Ita eum MSS. optimis etiam Harlem. Codex. Non minus tamen rectum est *aliquantum frumenti cong.* e Leid. pr. Lector eligat quid velit.

4 *Alternas coh.*] Sic inveni in Leid. pr. at in Lovan. *ad trans vel tras*. In Dorvill. *ad terras*. Reliqui cum Edd. primis Beroaldi, Vascos. Gryph. Steph. *alteras i. e. duas*. Quod ordinarium erat. Quare optime opinor emendatum esse a Lipsio I. v. Dial. 8. de Re milit. *ad ternase*. De additione præpositionis *ad* in numero vide B. G. VIII. 4. ‘*ad II milia numerum*.’ *Alternis cohortes semper stationes agunt*.

7 *Deligatos*] Cur, quæso, *deligati* portarentur? Hæc sane ratio diversæ potius, quam sue partis hominibus videtur convenire. Ea de causa legendum censeo *in plostris Adrum. dep. prætermissa voce supervacanea*, quam nescit Ms. Lovan. Davis. cur. sec. *Deligatos* abest quoque a MSS. Dorv. Leid. sec. et Ed. Gryph. Sed male; *Deligari* jussit saucios plautris, ne iis excederent in via per quassationem.

10 *Incenderant atque expugnabant*] Ms. Eliens. *incendebant atque expugnabant*. Quæ æque commoda lectio. Ms. quoque Reg. et Edit. Rom. habent, *expugnabant*. Clark. Non opus est, ut cum Lipsio reponamus *incendebant*, sed cum Urs. Pet. Lovan. et Norv. exhibeant *incendebant atque expugnabant*, ita legas oportet ob præstantissimum codicum fidem. Davis. cur. sec. *Expugnabant omnino omnes* MSS. exhibit et Edd. primæ; *incendebant* etiam Leid. sec. Sed *incenderant* retinent Scal. Lov. Leid. pr. et Voss. ut forsitan aliud quid lateat. Lipsiana conjectura non mala; sed vel sic *incendebant* legi potest.

11 *Hac re nunciata Cæsari*] Omnia ex Ms. Reg. et Edit. Rom. repou-

nendum existimo, *Hac re nunciata*, Cæsar, &c. Sic enim semper alibi loqui solent Cæsar et Hirtius. *Clark.* Sic etiam Scal. Lovan. et alii cum primis Edd. Vasc. Steph. Stradæ et pluribus.

**12 Posset**] Ms. Reg. possent : quod idem est. *Clark.* V. ad B. G. II. 5.

**xxii. 4 Ab audacibus sceleratisque civibus**] Prius Epitheton tenue nimis est ac dilutum. Ursini codex ab arduis: at Cuj. Petav. Lov. Buslid. et Norv. repræsentant ab nardiis. Re-seribo, ab perditis sceleratisque civibus. *Davis.* cur. sec. *Ab arduis* etiam est in Vossiano, Leid. secund. Dorvill. et Edd. Romana. *Ab varduis* Scalig. *ab Nardiis* Leid. pr. Vide num legi de-beat ab Mariis vel Marianis, aut simile quid. Latet certe aliud quid quam perditis; quod non mutassent in tam prodigiosam vocem librarii.

**15 Dignitate parta**] Ultimam vocem delendam censuit Jos. Scaliger; cum tamen eam omnes Codd. retineant, nec sententia necessario pos-tulet, ut ejiciatur, locum per me licet obtineat. *Davis.* *Partu.* Vocem hanc suspectam habet Scaliger, sed sine causa: ita enim plane loqui solent Cæsar atque Hirtius. *Clark.* Vox *parta* mihi nullo modo placet, eamque delendam censuit Jos. Scaliger. Ipse potius reposuerim, *Neque tam excellenti majorum dignitate fretus.* *Davis.* cur. sec. *Neque tam, &c. parta.* Hæc omnia exsulan a Codicibus Scalig. et Leid. pr. *parte neque enim tant.* Lovan.

**xxiii. 5 Numero Serv. liberorum II milium**] Scalig. Vossian. numerum. Petav. ad numerum: liberorumque etiam Petav. et Edd. primæ aliaeque. *Milia* Leid. sec. et Ed. Rom. Forsan numero ad serv. lib. II. milium. B. G. I. 5. ‘*Numero ad duodecim.*’ B. Civ. III. 53. ‘*ad II. milium numero :* ubi in novitiis nonnullis etiam *numerum.* lib. tamen primo B. G. c. 15. repe-reitor ‘*ad numerum IV. milium.*’

Quare si quis Petaviani Codicis lec-tionem sequi velit, per me licet.

**8 Pompeio adveniente, oppidanu usque eo passi propius cum accedere**] Pen-ultimam vocem non agnoscunt Pe-tav. Lovan. et Norvie. Reponendum, Pompeium advenientem oppidanu usque eo passi propius accedere. Ms. quidem Lovan. dat Pompeiano adveniente, unde Lipsius facit Pompeianos adven-entes. Tum vero plura sunt in se-quentibus mutanda delendaque: qua-propter eam, quam dixi, rationem præstare censuerim. *Davis.* cur. sec. *Eum non comparet quoque in Leid.* primo, neque Vossiano. Bene pro Cæsar et Hirtii stylo. Non enim mutandum in Pompeium. Hæc con-structio sæpe fraudi fuit Viris doc-tis. Adi supra c. 18. et B. G. VII. 4. ‘*Convocatis suis clientibus fa-cile incedit.*’ Mallem potius *cum* retinere, quam aliquid mutare. Nam et ejus locutionis exempla in nostro et alibi occurruunt. Paullo post du-bito, an vox *prostratos* hic apte con-veniat.

**xxiv. 5 Unis castris**] Lovan. Cod. aeris. Unde Ill. Heins. conjiciebat alteris, quo facit Leid. sec. in quo est binis. Nil tamen muto. Contra ma-lim cum Bentleio et Marklando ad Stat. I. II. S. 2. 60. apud Lucan. I. IV. init. ‘*Jure pari rector castris Afranius unis, Ac Labienus erat;*’ vulgo illis: infra c. 67. ‘*Castris unis po-sitis.*’

**6 Longe**] Hoc est trium millium passuum intervallo a Cæsare. Vide supra ad v. 47. *Clark.*

**18 Et ita**] Desunt hæc voces in MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Rom. Et de-esse quidem possunt; nam, in hujus-modi constructione, sæpiissime utun-tur Cæsar atque Hirtius eratione ἀσυν-δέτη. Vide supra ad B. G. II. 13. *Clark.* Absunt minus bene hæc voculae quo-que a Leid. sec. et Edd. Med. Ven.

**xxv. 1 Rex Juba non— est ri-sum**] Ἀνακλούσθων est; Græcis scrip-

toribus frequens. Euripides Phœniss. vs. 290. Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεψός γάνος Μαυτέα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἑσχάρας, Ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν. Ubi Scholiastes, Σολοκοφανὶς, inquit, τοῦτο ἔστιν, ἔδει γάρ εἰπεῖν μέλλοντος πέμπειν με Οἰδίποδος, ἐν τῷδ' ἐστράτευσαν Ἀργεῖοι, &c. Äelianus Var. Hist. II. 11. Σωκράτης ἤδην κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν τριδκοντα τὸν ἐνδῆξον ἀναιρουμένους—Ἀντισθένει φασὶ περιτυχόντα εἰπεῖν. Nec apud Latinos desunt hujusce schematis exempla, Cicero Tusc. Quæst. I. IV. p. 199. edit. Fabric. ‘Ut, si iam ipsa illa accensare nolis—sed ut haec omittamus, perturbatio ipsa mentis in amore fœda per se est.’ Similiter locutus est noster antea c. 19. Adi etiam quæ notavimus B. G. I. 18. et Fr. Sanctium ac Jac. Perizonium Min. IV. 11. Davis. Cellarius emendat Regi Juba. Sed nihil opus. Est enim constructio ἀνακόλουθος, ut recte annotavit Davisius: sic supra c. 19. ‘Labienus, cum equitibus,—; his copiis omnibus—est decertatum.’ Clark. Adde notata ad B. Civ. III. 19. ‘Multa subpliciter locutus—responsum est ab altera parte.’

6 *Bogud*] Lov. *Boccus*: at Petavian. Scalig. Leid. pr. Voss. et Dorrill. *Bochus* sive *Bochus*. Verissime. *Situs* (sic et c. 36.) enim sive *Sittius*: ut apud Dionem et Appian.: et *Bocchus* invasere regnum Juba. Vide omnino Dion. I. XLII. init. et Appiani B. Civ. p. 488. et 620. Duo enim reguli fuere *Bogud* et *Bocchus*, uterque in partibus Cœsarisi; licet posterior deinde aliquo modo videatur mutatus. De utrisque simul adi Dionem I. XL. p. 173. I. XLIII. p. 231. I. XLVIII. p. 384. Unde, licet in B. Alex. c. 59. &c. item supra c. 23. mentio fiat *Bogudis*, patet hic tamen *Bocchum* esse scribendum.

11 *Ab Scipione*] Ita hic et paullo post reposui ex Msto Norvici. sic enim ista præpositio eleganter etiam

ante consonas effertur. Hujusce libri c. 24. ‘Neque ab Sicilia, neque ab Sardinia commeatus supportatus esset.’ Corn. Nepos Attic. c. 16. ‘Ab consulatu ejus usque ad extremum tempus.’ Sic et passim auctores ex Mstis accurate recensiti. Vulgg. a *Scipione*. Haec sane minuta sunt, sed ideo monenda, quod a libris editis recedatur. Davis. MSS. mei quoque ab præter Lov. et Leid. sec. sexcenties τὸ ab ex MSS. auctoribus nostris restitui supra et in seqq.

15 *Satius esse sibi suoque regno subsidio ire, quam, dum alios adjuturus proficeretur, ipse suo regno expulsus, forsitan utraque re expelleretur*] Haec et Latinitate, et, ut videtur, sensu carent. Quomodo enim utraque re expelleretur Juba, si alios adjuturus proficeretur? *Utraque certe res aliud esse non potest quam vel Scipioni ejusque ducibus auxiliis latio, vel regno suo.* Adeo ut unum procul dubio consequeretur; si Scipioni subsidio ivisset. Norv. exhibet, quam —*ipse suo, regno forsitan expelleretur.* Legi *satus esse sibi, suo regno subsidio ire, ne, dum alios adjuturus proficeretur, ipse suo regno forsitan expelleretur.* Davis. cur. sec. Sine dubio hac vitiosa sunt: sed addendo quædam, non detruncando, restituenda videntur. Bonum enim sensum habet *utraque re*, scilicet quod et regno expulsus esset, et alios adjuvare non posset. Quare legere malim *satus esse sibi suo* (quamvis et suoque ferri possit) *regno subsidio ire, quam Cœsari; ne, dum, &c.*

18 *Recepit*] Petav. Scalig. Leiden-ses, Vess. Lovan. *Recipere.* Quod restitui. Crebro hunc infinitivum et praesertim in Bell. Africo adhibet Hirtius; nec obstat, quod sequatur *abduxit*. Sic enim supra hoc ipso c. ‘P. *Situs* et rex *Bocchus* suas copias admovere, Cirtamque pugnando capiunt.’ Atque ita frequenter Sall. Adi Cortium ad Cat. c. 21. ‘Increpat

omnis bonos; suorum unum quemque nominans laudare; admonebat alium egestatis.' Vide etiam Varias Lecturees infra c. 36. 'legati venire, docentque.' Immo c. 71. 'Condocefacere' et 'præcipit.' ubi perperam Davis. et Clark. præcipere.

xxvi. 8 *Quum antea constitisset in stativis castris]* MSS. Urs. et Norv. *constituisset in stativis castris:* editt. autem Rom. Ven. Beroald. *quum antea stare constituissest in stativis castris,* atque ita cum Pet. Ciacconio repnendum arbitror. Male autem rem gessit vir doctissimus, cum sequentia sic emendet et æstate inita—bellum cum adversarii suis gerere; tunc et litteras in Siciliam—conscriptis, et per catascopum misit. In his sana est lectio vulgata et omnino retinenda. *Davis.* Nisi quod pro litterisque legi debeat litteris quoque. *Idem,* cur. sec. Ms. Reg. et Edit. Vett. (*antea stare constituissest*) quod probat Davisius. Et forte verior est lectio. Quamquam utraque satis proba. Dein Edit. omnes gerere instituit, litterisque celeriter—missis—*Atque ipse, &c.* Quæ (quod mirum Editores omnes fugisse) syntaxis est nulla. Legendum vel, deleta particula que quemadmodum Nos edidimus, —gerere instituit; litteris celeriter—missis, —. *Atque ipse, &c.* Vel, deleta altera illa *Atque, scribendum;* —gerere instituit. Litterisque celeriter—missis—; ipse, &c. *Clark.* *Constituissest* est etiam in Leidensi pr. Voss. Scal. at stare *constituissest* Leid. sec. Dorv. Ed. Mediol. et Margo Vascos. Unde Lipsius rectius scribendum conjectit *astivare constituissest in st.* Verum hoc Cæsari constitutum fuisse nullus credo. Ejus ingenio non conveniebat. More solito *constituissest*, quod optime servant Petav. et Lovan. quum esset depravatum in *constituissest*: librarii quidam voluerunt sensui succurrere addentes stare. Pro in habent Scal. et Leid. pr. e. At exsulat a Lovan.

et Dorv. et facile carere possumus.

9 *Cunctis copiis auxiliisque accitis]* Norv. *auctis,* Pet. et Lov. *actis:* lege *coactis.* *Davis.* cur. sec. *Accitis intrusum est a Scaligero, quem temere reliqui secuti sunt: uti emendat Davisius, coactis, habent Editiones veteres cunctæ; nec non Leid. sec. In Voss. est *cogitatis.* In Leid. pr. *aggregatis.* In Seal. *agitatis.* Sed cum Pet. et Lovan. *Actis* dat Dorv. verissime, ut puto. *Actis copiis et auxiliis,* i. in iter et expeditionem commotis ex stativis, sive in agmen promotis eis, quas tum habebat. Hoc sensu *agere copias* alibi quoque occurrit, et apud ipsum Hirtium, ut quidem habent optimæ membranae. viii. 7. 'Sin majores copias ageret.' Hinc patet etiam, rectum esse *litterisque.* Instituit bellum gerere, cunctis copiis, quas secum habebat, eductis, litterisque missis, ut ceteræ copiæ transportarentur. Præterea *suis* addidi rursus fide Mstorum et Edd. omnium ante Scal. qui etiam e suo forsitan codice primus ejicit.*

13 *Aut ulla exc.]* Petav. Lovan. Leid. pr. Voss. et Edd. Rom. Med. et Edd. et. Ven. Beroaldi ac. *Atque Leid. sec.* Dein *nulla* Leid. pr. Voss. Edd. Rom. Med. Ven. *sine* Ed. Beroaldi. *Sine nulla* si vera esset lectio, juvari ea posset Mstorum et Saresber. ii. 25. lectio apud Lucan. i. 642. 'Nulla sine lege.' De duplice negatione vide quæ diximus ad v. 23. Sed malim *sine mora* ac *sine ulla exc.* Consule B. G. iii. 1.

18 *Reliquum futurum. Atque ipse in tanta erat festinatione]* Mutata interpunkione voculaque deleta, legendum *reliquum futurum;* *ipse in tanta erat festinatione, &c.* Ita dat Lovan. ac ita Gryphius, Stephanus, et Lugdunenses 1576. repræsentarunt. Quin et Cl. Clarkius ita legi posse vidit, licet aliam sit ipse secutus rationem. *Davis.* cur. sec. Non opus esse deleri atque, patet ex supra dictis: licet

et caret ea voce Dovvillii Cod. cum Ed. Vaseos. et Gryph. post. ac Stradae. Reliqui Codices optimi quique servant.

21 *Oculos mentemque*] Ms. Reg. *mentem oculosque*. Clark. Ita etiam Voss. *mentem atque oculos* Edd. Rom. Ven. Mediol. Male. Est Syllepsis. Vide B. G. 11. 7. ‘Vicis adificisque, quos adire poterant.’ Et Cel. Burm. ad Ovid. Met. iv. 177. et Sueton. Jul. c. 75. Ceterum *depositos* exaratur in Cujac. Petav. Scalig. et Lovan. nec non Marg. Ed. Gryph. Quod verbum non tantum *menti* convenit: nam notissimum illud Ciceronis in Philipp. dictum: ‘Ut in gremio minarum mentum mentemque deponeres.’ Sed et *oculis*. Hor. Od. i. 36. 17. ‘Omnes in Damalim putris Deponent oculos.’ ‘Animum vultumque componere’ Plin. Ep. VII. 1.

24 *Pecus diripi trucidarique*] Pla-  
cet, quod in Ms. Norv. legere est,  
*pecus diripi*, homines *trucidari*. Postea  
sane vulgaris sortis homines non me-  
moravit, sed principes tantum, eorum-  
que liberos. Davis. *Pecus diripi*  
*trucidarique*, Davisius, ex Ms. Eliensi,  
reponendum existimat; *pecus diripi*,  
homines *trucidari*. Nam infra, non  
vulgum, sed principes tantum eorum-  
que liberos memorari. Ingeniose  
quidem: faventque nonnihil Ms.  
Reg. et Vossi; qui, pro *trucidarique*,  
habent plane, *trucidari*. Verumtamen  
Glossematis suspicetur quis lectio-  
nem illam Eliensem; quia Victoris  
non erat vulgum, sed principes so-  
lummodo, interficere. Quanquam  
utrumque interdum crudeliter fac-  
tum: ut utravis lectio ferri queat.  
Clark. *Trucidari sine que* legas etiam  
in Leidensibus, et Dovv. et Edd. ali-  
quot. Iammo Petav. quoque exhibet  
*homines trucidari*. Verum arbitror  
omnino, esse Glossatoris, Scipio *truci-  
dabat pecus*, ne usui Cæsaris esse  
posset, ut bene observat doctiss.  
Wasse ad Sallust. p. 207. ‘Neu capti

potius sicuti pecora, trucidemini.’  
Cellarii Ed. et Index ridicule *truci-  
dari oppida*. Delevi tamen τὸ que:  
ut et statim *principes* rescripsi cum  
Edd. Vase. et Stephani et MSS. pluri-  
mis pro *principesque*.

26 *Iis se in miseriis suamque fidem  
implorantibus*] Codices nonnulli, *iis se  
miseris suamque, &c.* Quae lectio ni-  
hilo inferior vulgata. Clark. In mis-  
eriis recepit Scaliger ex Urs. Cod. quo  
eum faciunt Cujac. Petav. Seal. Voss.  
et Leidenses. In miseros et implor-  
antes Lov. ac Dovv. Misericordia tantum  
Edd. Vett.

xxvii. 1 *Condocefarcere*] MSS. pluri-  
mi *conducere*. In quibus legendum  
*condolere*. Clark. *Conducere* habent  
meorum tres recentiores et Edd.  
Rom. Ven. ac Med. *Condorcere* Lov.  
Adi quæ dixi ad c. 19. ‘equoque uti  
frenato condocuerat.’

4 *Lapillos minutos mitteret*] Dimi-  
nationem addere diminuto amat nos-  
ter. Sic hujuse libri c. 54. ‘Parvulam  
modo caussulam nactus Cæsar.’  
Et c. 63. ‘Primum ipse navigiolum  
parvum’ (vel *pareulum*, ut est in aliis  
libris) ‘conscendit.’ Sic et optimi  
auctores, contra quam sensit Laur.  
Valla Eleg. i. 5. Cæsar B. Civ. III.  
104. ‘Naviculam parvulam conscendit  
cum paucis suis.’ Lucretius I. vi.  
p. 750. ‘Cum plena anima vesicula  
parva,’ Cicer. Tusc. Quest. III. 1.  
'Pareulos nobis dedit igniculos.' Apu-  
leius Met. I. iv. p. 96. ‘Nec juxta  
quidquam, quam parva casula cannulis  
temere contecta.’ Et I. vi. p. 116.  
'Tunc formicula illa pareula atque  
ruricola.' Ac iterum I. ix. p. 201.  
'Cum quodam paupere, modice casu-  
la domino, vetus familiaritas.' Vide  
et Sanctum Min. I. 10. Davis.

9 *Rudes enim elephanti*] Sic recte  
Ms. Norv. At edit. Rom. Ven. Be-  
roald. et omnes ad Scaligerum usque  
perperam representarunt audere enim  
*elephanti*, ex qua lectione nullus ex-  
surgit sensus. Idem. Rudes enim—

*usnque retusto vix edocti, tamen, &c.*  
 Ita Scaliger et Recentiores. Quoniam  
 modo et in Ms. Eliensi repperit Da-  
 visius. Codices autem plerique et  
 Edit. Vett. *Audere enim—usuque re-  
 tusto; vix edocti tamen, &c.* Vel, *Au-  
 dere enim—usuque retusto vix edocti;  
 tamen, &c.* Sed longe praestat Scalig-  
 gerana lectio. Clark. *Rudes confir-  
 matur* MSS. *Cuj.* Pet. Scalig. Leid.  
 pr. et accedunt Lov. ac Dorvill.  
*audeſ.* Sensus Hirtii videtur esse hos  
 elephantos rudes fuisse, et nuper cap-  
 tos; adeoque bene exercendos; cum  
 etiam illi, qui doctrina multorum an-  
 norum sunt edocti, tamen producan-  
 tur in aciem anicipiti periculo: ut  
 videatur deesse *quam vel simile quid.*  
*Florus* iv. 2. § 67. ‘strages a Juba  
 cœpit. Ejus elephanti bellorum ru-  
 des et nuper a silva,’ &c.

**XXVIII. 2 Thapsos]** Optimi codices  
 Pet. Scal. Leid. pr. Voss. *Thapsi.*  
 Bene, et Hirtii stilo. Sic ‘oppidum  
 Uzitæ,’ ‘oppidum Tisdræ.’ Vide  
 Davis. ad e. 36. 87. ‘oppidum Para-  
 dæ’ c. 91. ‘oppidum Zamæ’ et  
 confer B. G. III. 9.

**6 Complet militibus et sagittariis;**  
 eidem *scaphas* de naribus adjungit]  
*Lege militibus complet et sagittariis et*  
*eidem scaphas, &c.* Sic certe dant  
 Petav. Norv. Lovan. et Urs. *Daris.*  
 cur. sec. Et addunt MSS. mei om-  
 nes, quare inserui: *eisdem* dant Scalig.  
 et Leid. pr.

**8 Quum plures adortus, pulsus fugi-  
 tusque inde discessit]** Pet. Lov. et  
 Norv. habent, *cum plures adortus esset,*  
*pulsus.* Legendum quum plures ador-  
 tus esset et pulsus fugatusque inde dis-  
 cessisset. *Daris.* cur. sec. *Esset* post  
 adortus exstat in MSS. omnibus, et  
 Edd. primis. Cod. Seal. *discessit, sed*  
*nec tamen.* Leid. pr. *discessit.* *Sed*  
*cum nec sic tamen.* Quare cum eo  
 Codice lego *Et quum pl. ad. esset, puls.*  
*fug. inde discessit, sed quum nec (vel*  
*ne) sic tamen des. periclitari.* Elegans  
 est usus vocum *sic tamen*, ut *sic quo-*

*que.* Adi Cel. Burm. ad Ovid. Epist.  
 xx. 219. ‘Sic tamen et quærat.’

**10 Duo Titi Hispani]** *Lege Titii,*  
 prout exhibent Petav. et Norv. Ac  
 paulo post eorundem fide *major Titius:* hoc enim *prænomen* est, illud  
*nomen*, ut res postulat. *Davis.* cur.  
 sec. *Titii et Titius esse rescriben-*  
*dum, jam margini quoque notaverat*  
*Lipsius.* Idque secutus sum.

**13 Qui M. Messalam legatum obse-  
 derat Messance et seditionissima oratione**  
*apud eum est usus, idemque et pecuniam*  
*et ornamenta—custodienda curareraſ]* Hæc parum commode dicuntur. Mſti  
 Cujac. Petav. et Norv. habent *apud*  
*eum usus;* ac eorum postremus, et  
 Lovan. *idemque pecuniam.* Rescribo  
 qui *M. Messalam legatum obsederat*  
*Messanæ, seditionissima oratione apud*  
*eum usus; itemque pecuniam, &c.* *Da-*  
*vis.* cur. sec. *Est non comparet quo-*  
*que in Leid. pr. nec Voss. quare*  
*recte puto, etiam et a Davisio dele-*  
*tum esse post Messanæ.* Post *idem-*  
*que τὸ et delevi, jubentibus MSS. omni-*  
*bis, quos ego inspexi: nec enim*  
*opus est idemque mutare in itemque.*  
 In Edd. Elz. inveni ideoque et.

**14 Idemque et pecuniam]** MSS. Reg.  
 Eliens. et Vossii *idemque pecuniam.* Nec  
 quidem quidquam habet Empha-  
 sis istud et. Clark.

**XXIX. 1 Quæ pro vallo in stationibus**  
*esse solebant, ab utrisque ducibus quoti-  
 die]* Mutata distinctione, rescriben-  
 dum videtur *quæ pro vallo in stationi-  
 bus esse solebant ab utrisque ducibus,*  
*quotidie, &c.* Nisi hanc interpunc-  
 tionem recipiamus, σύνταξις quidem  
 commodam non video. *Davis.* Fal-  
 litur Davisius. Nam in vulgata in-  
 terpunktione et syntaxis et sensus  
 est commodior *quæ pro vallo in statio-  
 nibus esse solebant, ab utrisque ducibus*  
*(subintell. e castris emissæ) quotidie—*  
*inter se pugnare.* Vel, *ab utrisque du-  
 cibus intelligi potest, ex utroque exer-  
 citu, ex partibus utrisque ducis.* Clark.  
 Ego ab *utrisque ducibus* inter duo com-

mata posui; perinde enim est, cui sententiae jungas. Notat enim *a parte utrorumque ducum*. Adi omnino notata ad vi. 82. ‘Quæ a Vercingetorige ad eruptionem præparaverant’ et ad B. Civ. i. 1. ‘Litteræ a Cæsare.’

3 *Inter se pugnare non interm.*] MSS. Scalig. Voss. Leidenses, Lovan. Dorvill. *depugnare*. Recte. Non enim semper notat *ad finem usque pugnare*, (de quo vide Celeb. Burm. ad Phædr. Fab. 83.) sed simpleiter pro *decertare*, *manus conserere* adhibetur. Supra c. 7. ‘Non ut in campo cominus depugnant.’ Cæsar B. Gall. vii. 28. ‘Ut si qua ex parte obviam contra veniretur, acie instructa depugnarent.’ Infra c. 45. ‘Amplius xvi annis depugnavi.’ Nepos Them. c. 1. ‘Ut in gratiis ad depugnandum omnes cogerentur.’

6 *Saserna cum cohortibus III.*] Quia Hirtius c. 9. dixit, Sasernam Lepti præsidio relictum esse cum cohortibus vi, putat Rhellicanus post *Saserna* distinctionem esse ponendam, et *cohortes has III* intelligendas esse de Labieni copiis: sed male: nam præterquam quod tum scribendum fuisset *et cum*, ut observat Glandorpins, soli hic aderant equites. *Cohortes III* potuerunt interim a Cæsare alio abductæ esse, ut quidam non male hæc conciliant; vel potest error esse in numero hic vel illuc. Certe hic Lov. Dorv. et Leid. sec. habent III.

13 *Et \*\* ad Decumanam defixo*] Ita Scaliger edidit, aliquid, ut opinor, deesse existimans. In Codicibus tamen MSS. et antiquitus impressis nullum est lacunæ indicium, adeo ut locum corruptum potius arbitrarer. Ms. Norv. et ab *Decuma*; in duobus autem MSS. Ciaccon., tribus Gallicanis ac edit. Rom. Ven. Ber. est *et ad terram defixo*, quæ sane commoda est lectio, et, ut mihi videtur, recipienda. *Davis. Ad terram* etiam exstat in Leid. sec.

Dorv. Ed. Med. Vasc. Marg. Idque recepit Clarkius. At mihi omnino Glossam seu interpretationem sapit. Rhellicanus exponit *ad decumanam* i. e. scutum suum amplissimum. Quia *Albesia scuta* auctore Festo *Decumana* appellantur, quia sunt amplissima. At tomus saltem *Decumanum* fuisset scribendum. Sed quid est *Defigi ad scutum?* Petav. Cod. habet *a Decumana*. Lovan. *ad Decumam*. Leid. pr. Voss. *de Decuma*. Scalig. *a decima*. Vide num legi debeat, et *ab equo humi vel humum defixo*: scriptum fuerat *ab eco umum vel uni*. *Humum* videtur etiam placuisse Lipsio: nam ea vox margini ipsius libri adlita est.

xxx. 1 *Non longe ab suis castris passibus CCC*] Mirum, Editorum neminem advertisse, ne Latine quidem hoc dictum. Evidem nullus dubito, quin ex Librariorum imperitia fluxerit illud *non*; omninoque legendum, —*quotidie longe ab suis castris passibus CCC, &c.* Quæ est locutio Cæsari atque Hirtio valde familiaris. Vide supra ad B. G. v. 47. et infra ad c. 80. ubi similem errarunt Librarii errorem. Clark. *Lege non longius ab suis castris passibus CCC*. Sic B. G. i. 22. ‘Ipse ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus abasset.’ Hirtius VIII. 20. ‘Quæ non longius ab ea cæde abesse plus minus decem milibus passuum dicebantur.’ Et c. 35. ‘non longius ab oppido decem milibus passuum.’ Idem mendum repetitur infra c. 80. *Davis. cur. sec.* Forsan passibus CCC, explicatio est clarius verborum *non longe*.

6 *Exercitusque ejus, unicervis copiis productis*] Ms. Norv. *exercitusque ejus Juba, unicervis copiis productis*: Edit. vero Rom. Ven. Beroald. *exercitusque ejus, Juba unicervis copiis productis*; sic et optimus Ursini Ms. mendose quidem; Juba enim se in regnum suum receperat, nec iterum ad Scipionem erat reversus. Vide c. 25. Mendum ex Glossmate est natum; infrinitus

enim homo *Jubæ* nomen margini adscriperat, ut explicaret, de cuius exercitu loqueretur Hirtius; Librarii dein, haud minus imperiti, verbum illud in orationis contextum receperunt. *Davis.* *Juba* addunt Leidenses, Cujac. Scalig. Lovan. Dov. et Ed. Mediol. Sed *Jubæ* Petav. Forsan excidit hæc vox, et dein malo loco est posita; legendumque, *Elephantisque Jubæ t. c. enim 25.* ‘*Juba auxilia sua ab Scipione abduxit, elephantisque xxx relictis.*’ Versus hic a verbo *accederet* usque ad *copiis* deest in Vossiano.

**xxxii. 3 Vallum petierant]** MSS. Reg. Eliens. et Ursini, *vallem petierant*. Si conjecturis indulgendum, rescriberem equidem, *vallum EXIERANT*. Exibant enim, *pabulandi, lignandi, aut etiam muniendi gratia*. Quippe et extra *vallum, stili cacci—aditum adversariis prohibebant*, mox § 5. ‘*Et valli ipsius pars etiam Externa, erat firmando.*’ De Latinitate; sic alibi locutus est Cæsar. ‘*Munitio[n]es nostras egressi,*’ B. Civ. III. 52. Clark. Codices fere *vallem petierant*, quod mihi non placet. Lovan. dat, *quique ad ejus rei opus erant*. Lego *quaæque ad eas res opus erant*: nam milites non muniendi solum, sed etiam pabulandi lignandique gratia, extra munitiones processerant. *Davis.* cur. sec. Quid quæso est, *pabulandi gratia vallum petere?* Absurda haec videntur, nisi defendat quis eo, quod sæpius soleant scriptores ultimis effatis verbum proprium addere, subpresso alio, quod prioribus magis conveniat. Adi notata ad ipsius Hirtii B. G. VIII. 5. At certe ita hic locus foret explicandus, si MSS. haberent *Vallum*. Verum ad unum omnes et Edd. Rom. Med. Venet. dant *vallem*: i. e. in *vallem* descederant. Quod recepi. Sic B. Hisp. c. 25, ‘*tumulum petissent.*’ *Campus enim inter utraque castra erat medius.* Ut verum tamen fatear *vallum petere* non multum hic loci

adridet; et non displicet conjectura Clarkii *vallum exierant*. *Exire enim cum quarto casu optimi quique jungere solent.* *Exire valles, fores, &c.* Ovidio. Adi Cel. Heins. et Burm. ad Metam. II. 517. ac Salmasium ad Solinum locis multis. Deinceps vero pro *quaæque exhibui quique*, auctoritate MSS. omnium et Edd. primarum, *milites*, qui exierant pabulandi, lignandique gratia, *quique ad ea opus erant*, scil. lixæ, calones, *omnes revocat*. Præterea *ad eum rem scripsi* e Petav. Scalig. Leid. pr. Voss. et Edd. Rom. Mediol. Ven. *ad ea est in Leid. sec. ad ejus rei opus præter Lovaniensem*, etiam Dov. pro *eas res* forsitan, ut conjectit Davisius, vel *ejus m. scu ejus modi res*. In opere consistere est permanere, operando pergere: vide ad B. G. v. 36. ‘*atque in eo constituit vel consistit.*’

**11 Suo quisque loco]** Sic Ms. Reg. paullo elegantiori verborum ordine. Al. *Quisque suo loco.* Clark. *Suo quisque loco* etiam MSS. mei et Edd. Vasc. Gryph. post. Stephan. et Stradae. Rectius. Vide doctos viros ad Liv. III. 22. ‘*sua enique parti.*’

**At hæc]** MSS. Vossii melius ac *hæc*, &c. Clark. Non persuadet vir doctus. Reliqui MSS. et Editi rectius *at*: nisi quod in Edd. Vasc. Gryph. Steph. Stradae *ad hæc*.

**12 De vallo perspecularetur]** Scribe *prospecularetur*, uti jubent Petav. Norv. et Buslid. *Davis.* cur. sec. Sueton. Cas. c. 58. *Perspeculatoris locorum situs.* Nibilominus *prospecularetur* edidi, confirmante id insuper Vossiano, Leid. primo, Scaligerano et Editionibus primis, Vasc. Steph. Gryph. post. et Stradæ; i. e. *prospec-taret.*

**13 Mirabili peritus scientia bellandi]** Hac constructione offensus Joan. Glandorpius, rescribit *mirabili præditus scientia bellandi*: Just. antem Lipsius Elect. II. 22. ‘*mirabili penitus scientia bellandi.*’ Falsus est uter-

que, cum sana sit lectio vulgata, ut exemplis bene multis ostendimus ad B. C. III. 93. *Davis.* Glandorpius et Lipsius vocem *peritus* ejiciunt. Imperite admodum: ut erudit ostendit Davisius. Quodque hic reponit, *penitus;* ille, *præditus:* utrumque multo minus est elegans. Clark. Dele *cum sana sit ad finem notæ;* pro quibus verbis repone: Iis quæ notavit J. Fr. Gronovius ad Agellii IV. 8. hæc ad das licet. Vitruvius I. 1. ‘Architectus, qui pluribus *artibus* debet esse *peritus.*’ Arnobius I. II. p. 53. ‘Non quo illos negemus omni genere studiorum et disciplinarum *peritos.*’ Valerius Maximus I. 1. ‘Ne Deæ vetustis ritibus perita decesset antistes;’ quem locum temere sollicitant Colerus, Ruptus, et alii. Sic Tertullianum, ‘omni genere litterarum peritum’ dixit Laetantius Div. Inst. V. 1. *Davis.* cur. sec. Rectius socer meus in Valerii loco absolute sumit *peritu antistes decesset ritibus,* probante etiam Cel. Burmanno ad Phædri F. 23. ‘peritis irritos tendit dolos.’ Adde Læc. VII. 203. ‘Si cuncta perito Augure mens hominum cœli nova signa notasset.’ Senec. de vita Beata c. 1. ‘Non sine perito aliquo.’ Adi etiam B. Civ. I. 55. ‘homines imperitos,’ &c. Cum sexto casu tamen aliquando jungi, nequaquam nego. Vide etiam Cl. Burn. ad Suet. Claud. c. 42.

17 *Ignota peccata*] Condonata. Sic apud Terentium Adelph. Act. III. Sc. 4. 28. ‘*Ignotum* est, tacitum est, creditum est.’ Errat igitur Clar. Dodwellus, qui Diss. de Jul. Celso § 8. hanc φράσιν parum latinam arbitratur. *Davis.* cur. sec.

23 *Stili cæci*] Pali sunt præacuti, herbis, frondibus aut terra connecti, ne ab iis caverent hostes: *cacum* enim non solum pro oculis capto, sed etiam pro latente seu non viso usurpatur. Vide Nonium Marcellum p. 475. editt. Plant. et Just. Lipsium Poliorec. I. II. dial. 2. p. 519. *Davis.*

27 *Præsentis paucitatem*] Delenda est vox *præsentis*, quam nescit veteris Lovan. *Davis.* cur. sec. Non tanta est auctoritas Cod. Lovaniensis, ut refragantibus ceteris MSS. delere debeamus vocem *præsentis*, quæ suam hic habet significationem et venerem.

28 *Patientem se timidumque*] Ita ex conjectura Ciaceonii edidit Scaliger et Recentiores: cum in MSS. omnibus sit et Edd. prioribus *sapientem.* *Patientiam* ita dixit supra c. 30. et infra c. 36. aliisque in locis. Quare facile hanc lectionem fero. In Lov. deest se. Fuitne sapienter *timidum se h. o.?* Sapientem etiam Celsus legit, qui habet *fingebat* sese *pavidum præterea et pavore sapientium amplecti,* quasi suis viribus diffidentem.

33 *Tot rebus gestis, tantisque exercitibus devictis, tot tam claris victoriis partis*] Lovan. omissa copula dat *tantis exercitibus:* Norv. autem *tot tamque claris.* Igitur ob orationis concinnitatem legas oportet, *tot rebus gestis, tantis exercitibus devictis, tot tamque claris victoriis partis.* *Davis.* cur. sec. Accedo Davisii conjecturæ: sed MSS. mei nihil variant, nisi quod *partis* desit Leid. primo, et in Voss. sit *paratis*, solemini confusione: que etiam non omittit Lovan. Sed Lipsius esse delendum censebat.

XXXII. 3 *De terrore suo*] De terrore, quem ipse Cæsarianis incusserat. Sic infra c. 48. ‘A terrore Cæsaris liberaretur.’ Et apud Sallustium Fragm. p. 394. ‘Id bellum excitabat metus Pompeii, pro eo quod est, metus, quem incusserat Pompeius. Vide etiam Joau. Pricæum ad Apuleii Metam. I. II. p. 76. *Davis.* Adde quos laudat Cel. Burn. ad Phædr. F. II. 8. 2. ‘venatorum fugerent necem.’

8 *Numidæ Getulique diffugere*] Petav. Lovan. et Norv. habent *interim Numidæ Getulique diffugere:* sed erant a Getulis Numidæ diversi. Salustius Jugurth. c. 19. ‘Cætera loca usque ad Mauritaniam Numidæ tenent—

super Numidiam Getulos accepimus agitare.' Vide sis et Melam 1. 4. Lego interim Getuli diffugere delecta voce Numidae, que videtur a Librariis addita: nam nulla fit in sequentibus perfugarum Numidarum mentio, Getulosque solos in hac historia memorat Julius Celsus p. 220. *Davis.* cur. sec. Copula etiam non comparet in MSS. Scal. Leid. pr. Voss. nec Dory. Unde non inepte conjectit Davisius Numidae e Glossa esse additum, quia sic jungit auctor c. 61. Immo c. 35. *Gætulos* se a Numidis equitibus impeditos fuisse, aiunt, quo minus ad Cæsarem configurerent. Aliquo modo explicari posset Numidae *Gætuli* (sic enim malo scribere cum auctoribus Græcis allisque, quamvis inscriptiones varient), quod Gætuli pertinuerint ad Numidas interiores; immo, ut Numidae, vaga multiplexque gens fuerit. Consule Voss. ad Melam 1. 4. unde passim Numidis solent jungi.

11 *Cæsaremque ejus affinem esse audiabant]* De hac re sic Jul. Celsus p. 220. edit. Lond. 'Getuli—in castra Cæsaris perveniunt, eo maxime praetextu, quod et ipsi et parentes eorum Marii beneficiis obstricti essent, cuius affinem Cæsarem opinarentur. ID—TAM PROCUL VERO ABERAT, ut cum Cæsar nobilissimus Romanorum esset, Marius rusticane, et ne Romanæ quidem fuisset originis.' At toto celo errat bonus iste vir; Marius enim Julianam, Cæsaris amitam, uxorem duxerat. Plutarchus in Mario p. 408. "Ωστε καὶ γάμον γῆμαι λαυτρὸν οἰκίας ἐπιφανοῦς τῶν Καισάρων, Ἰουλίαν, ἡς ἦν ἀδελφῖδος Καῖσαρ. Αε in Cæsare p. 707. Άτια δὲ Καῖσαρι τῆς πρὸς Σύλλαν ἀπεχθεῖας, ἡ πρὸς Μάριον οἰκειότης ἦν. Ἰουλίᾳ γάρ, πατρὸς ἀδελφῆς Καῖσαρος, δὲ πρεσβύτερος συνφέτει Μάριος, εξ ἧς ἐγεγόνει Μάριος δὲ νεώτερος. Vide et p. 709. *Davis.*

13 *Electos homines]* Sic Ms. Reg. et Edit. Rom. elegantius, ut videtur,

*Delph. et Var. Clas.*

*Cæsar*

quam quod Scaliger et Recentiores ediderunt, *electis hominibus: pro cohortatus, quamquam non mala hæc lectio, tamen melius hoc in loco convenire videtur, cohortatum.* Sed Codices desidero. Clark. *ELECTIS HOMINIBUS, illustriores Getulos.* Buslid. Reg. et editio Romana dant *electos homines, illustriores Getulos*, quod elegantius putavit Cl. Clarkius; quapropter eam recepit lectionem. Sed a parvi pretii Codicibus vir ille doctus in errorem est inductus: nam Pet. et Norv. representant *electis hominibus illustriores Getulis et litteris ad suos cives datis.* Accedit fere Lov. qui dat *collectis hominibus illustriores Getulis et litteris ad assuetos cives datis.* Rescriperim, *quorum ex numero electis omnibus illustriores Getulis, et litteris ad suos cives datis, cohortatus, &c.* Locutio plane similis est infra c. 36. *Davis.* cur. sec. *Electos homines etiam Leid. sec. et Edd. Med. Ven. Vascos. Gryph. post. Steph. et aliæ.* Sed bene hic Davisius docet legendum esse *electis hominibus illustriores Getulis et litteris, &c.* Sic enim diserte exhibent etiam Leid. pr. Voss. et Dorvill. nisi quod *collectis* ille habeat quoque. *Getulos* vero, non *Getulis* est in MSS. præter Petav. in quo bene *Getulis.* In Lov. *ad Getulos et litteris adsuertos c. corrupte.* Leid. sec. *illustres Getulos, &c. cohortatusque.* Sæpissime jam monui Ablativum istum absolutum, subintellecto casu verbi, a Cæsare et Hirtio adhiberi; et in primis cum participio *cohortatus.* Adi ad VII. 4. 'convocatis clientibus facile incendit.' Supra c. 18. 'cohortibus circumitis cohortatus:' uti ex MSS. legendum conjeci.

XXXIII. 1 *Acilla]* Leid. prim. et Voss. hic et infra *Achilla*, ut et MSS. Ciacconii. Qood reposui, nisi verius sit, ut puto, *Acholla*. Sic certe Græcis Straboni, Ptolemaeo, Stephano Byz. et aliis audit: atque ita Ciacconius et Berkelius legi voluerunt.

5 I

Apud Livium quoque **xxxiii.** 48. edit. Gronov. *inter Achollam et Thapsum. Achollæ* mentio, si quidem sana est lectio, sit quoque in Mela **i.** 7. Vide tamen Harduin. ad Plin. v. 4. ubi *Acolitanum oppidum* dicitur, et *Aquilitanos* e vet. Inser. adducit.

**2 Etiam undique]** Phil. Rubenius Elect. **ii.** 4. pro hisce vocibus *reponit et immuni*, quæ quidem audax, nec tamen necessaria est conjectura. Ms. Norv. et *undique*: Codex Urs. et *jam undique*, hoc est, omni parte. Optime, ut videtur. Virgilius *Æn.* **ii.** 64. ‘*Undique visendi studio Trojana juventus Circumfusa ruit.*’ Vide et *Æn.* **viii.** 7. *Davis.* Pro nota ista hanc repone: *Ex Acilla civitate libera*, etiam *undique ad Cæsarem veniunt*: Ursini Codex et *jam undique*: quod rectum videretur, si modo legati ad Cæsarem *ex omni parte* mitterentur. Cum vero haec ad solos Acillanos pertineant, omnino reposuerim *ex Acilla civitate libera et immuni* (vel *libera immunique*) *ad Cæsarem veniunt*, quemadmodum conjectit Phil. Rubenius Elect. **ii.** 4. Sic, quod observavit Vir ille doctus, *Leptin liberam civitatem et immunem* vocat noster supra c. 7. Cicero in Verrem **ii.** 68. ‘*Quid? qui agros immunes liberosque arant cur oderunt?*’ Pariter ‘*immunes civitates ac liberas*’ dixit idem **iii.** 6. *Idem*, cur. sec. ‘*Civ. veniunt libere etiam undique ad Cæs.*’ Ms. Voss. Leid. secund. et Edd. Rom. Med. Ven. Nullus dubito, quin scripserit Hirtius *civitate libera etiam, immunique*. *Etiam* scilicet non minus ac *Leptis, Ruspina, &c.* Plinii v. 4. ‘*Hie oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruspina, Thapsus:*’ et mox, ‘*Oppida libera xxx, ex quibus dicens intus Acolitanum,*’ &c.

*Seque paratos quæcunque imperasset, et libenti animo facturos pollicentur]* Hæc male se habent; quod tamen ab interpretibus haud est animadversum. *Lege seque parato, quæcunque*

*imperasset, et libenti animo facturos pollicentur.* Hirtius B. G. **viii.** 42. ‘*Omnia paratissimo sustinebant animo.*’ Salustius Catil. c. 61. ‘*Forti atque parato animo sitis.*’ Vide sis etiam Ciceronem pro Sextio c. 16. et Cæsarem B. G. **ii.** 21. *Davis.* cur. sec. Perperam MSS. omnes tamen *paratos* servant. *Animo parati* recte dicentur; sed tum aliter haec verba ordinari debuisse videntur. Vide ad B. Alex. c. 45.

**9 Acillam]** Scal. et Dory. *ad Acillam, Læd.* pr. et Voss. *ad Achillam.* Bene; ut idcirco reposui. Quod sexcenties in his commentariis occurrit. Vide ad B. G. **i.** 6. ‘*ad Genevam pervenit.*

**16 Periculo suo rem facere]** Ursini Codex, ipso probante, *pericolo suorum rem f.* At MSS. Leid. pr. Scalig. Dory. *periculum suorum facere.* Verissime. Non ausus experiri, quid sui valerent, et an satis fidi sibi essent, vel Cæsarianis superiores, eosque oppido dejicere possent. *Facere periculum optimo cuivis in usu esse, notissimum est.* Ipse Hirt. **viii.** 34. ‘*Qui fortunæ illius periculum fecerat;*’ et infra c. 79. ‘*legionumque periculum facerent.*’ Lipsius oræ codicis sui adleverat *periculi sui rem f.*

**19 Rursus Acillanos]** Ita primum comparet in Edd. Scaligeri, forsitan typothetarum errore. Sequentes tamen Editores fideliter secuti sunt: cum MSS. omnes et Edd. priores dant *Acillitanos* vel *Achillitanos*, ut cum Leid. pr. reposui. Plinio enim *Acolitanum oppidum*; et *Aquillitanum* apud Gruterum. Porro desinit hic etiam vetusta manus Codicis Vossiani. Cetera tam recenti manu adtexta erant, ut ejus rationem haberi, operæ premium non duxerim.

**xxxiv. 3 C. Decimus Quæstorius]** Ms. Reg. et Vossii et Edit. Rom. *Quæstorius vir.* Clark. Etiam in Leid. sec. forsitan quoque aliis adest *Vir*, ut et Edd. omnibus ante Ursinum, qui e

sno Codice *Vir* docuit delendum: sic supra ‘C. Virgilius Prætorius.’ Paullo post et c. 85. ‘Tullius Rufus Quæstorius.’ Male igitur Cellarius rursus addidit *Vir*. Ceterum *Decimus Questor* est in Leid. pr. In nonnullis *decimus*. In Edd. Vascos. Aldi, Gryph. Steph. Plant. et aliis *Decius*. Sed etiam Pet. *Decimus*. Quæ gens nota est; unde *Decimus Saxa*. Paullo post in Leid. pr. non male scribi videtur cum grandi familia præsidio præferat: ut præsidio sit dativus. Nil muta tamen in voce *familia*. Cum præsidio præesse et similia non raro Hirtius usurpat. Adi ad viii. 2. ‘Ipse cum equitatus præsidio.’

6 *Cercinatibus*] *Cercinatibus* Leidens. sec. Dorv. et Edd. Rom. Mediol. *Cereninatibus* Ed. Ven. At Scalig. et Leid. pr. *Ceronitanis*. Petav. *Cercinitanis*. Quam veram esse puto lectionem a *Cercinna* sive *Cercina* minor insula dicta est *Cercinitis* apud Plinius, Strabonem, et alios. Sic et supra ab Achilla, *Achillitani*; ab *Ilica Ilicitani*.

9 *E Lilybæo*] Non agnoscit præpositionem Leid. primus. Vide ad vii. 32. ‘Avarico commoratus.’

16 *Frumento auxiliisque, tandem suis exilaratis, annonæque levata sollicitudine, deponit legiones; equitesque ex navibus, &c.*] Edit. Rom. Ven. Ber. exhibent *frumento auxiliisque tandem suis exilaratis animo atque levata sollicitudine*: Ms. Urs. *frumento auxiliisque tandem suis hilaratus, annonæque levata sollicitudine*. At in Cod. Norvic. legitur *frumento auxiliisque tandem suis hilaratus, annonæque levata sollicitudinem deponit: legiones equitesque ex navibus, &c.* Davis. *Suis exilaratis, annonæque levata, sol-*

*licitudinem deponit; legiones equitesque, &c.* Ita ex Ms. Eliensi, unica solum mutata literula, (scriptum enim fuerat *annonæque*,) optime restituit Davisius. Scaliger et Recentiores ediderunt; *suis exilaratis, annonæque levata sollicitudine, deponit legiones; equitesque, &c.* In aliis MSS. et Edit. Vett. fuerat *suis exilaratis animo atque levata sollicitudine, legiones deponit; equitesque, &c.* Clark. Ex Ursini Codice suam lectionem effinxit Scaliger. *Exilaratus* etiam Leid. sec. *hilaratus* Dorv. Sed *hilaratis* Scalig. et Leid. pr. Quod tam rectum est, quam *exilaratis*. Dein pro *annonæque* in Leid. sec. est *animo atque*; in Dorv. tantum *animo*, in Leid. pr. *animum*. In Scalig. *am. eumque*. In Cujaciano *animorumque*. In Petav. vero *annonæque*. Unde patet optime Davisium corressisse, *annonaque levata, sollicitudinem dep.* Quid enim, quæso, est *deponere legiones*? At *deponere sollicitudinem, curam, tritum et obvium ubivis. Levare annonam optima est locutio.* Livius iv. 12. ‘*Annonæ levata gloriā tulit.*’ Ibid. ‘*quam annonam levaret;*’ nec non c. 13. ac xxvi. 40. ‘*Urbis Romæ atque Italiae annonam levaret.*’

xxxv. 1 *Quique cum eo essent comites, mirari et requirere*] Vulgatam sane lectionem, quam exhibit Ms. Norv. non prorsus respuo. Testor tamen edit. Rom. Ven. Beroald. representare et qui cum eo essent, commirari et requirere, quo fere modo ex vet. Codd. rescribendum censuit Phil. Rubenius Elect. i. 10. *Davis. Comites mirari.* Sic Scaliger et Recentiores. Edit. Vett. *quique cum eo essent commirari, &c.* Quæ lectio nihilo videatur inferior. Clark. Errat Clarkius. Post Beroaldum omnes ediderunt, ut Scaliger et ceteri habent. Sed Ed. Rom. Med. Ven. et Ms. Dorvill. et qui cum eo erant commirari. Erant est quoque in Leid. pr. Quod ideo re-

stitui. Pro *comites* in Leid. sec. legas omnes. *Commirari* præfero cum Rubenio; quia hoc Comicum magis: quod scribendi genus perquam sepe sectatur Hirtius. Sic mox ‘verba proloqui’ ut apud Terent. And. i. 5. 21. ‘ullum me verbum potuisse proloqui.’ Vide et Phorm. v. 6. 21. Infra c. 57. ‘Scipio quique cum eo erant.’

22 *Quorum orationem celeriter veritas comprobavit*] Mira sane loquendi ratio, si modo sic scripsit Hirtius. Sed eum reliquise puto, *quorum orationem EXITUS celeriter comprobavit*. Eam certe vocem in hac historia adhibet Celsus p. 221. *Davis.* cur. sec. Non video, cur magis mira sit hæc locutio *veritas comprobavit orationem*, i. e. oratio vera fuit, quam l. v. de Bell. Gallico c. 58. ‘Comprobat hominis consilium fortuna;’ i. consilium ejus felix fuit, et successum habuit.

XXXVI. 4 *Sub manum Scipionis in c. subm.*] In Leid. pr. *summam manum*. At Leid. sec. et Edd. *primæ sub manu*. Quod perinde esse videtur, dum modo intelligas pro *simulac eos habebat*, idemtide *cum submisso* in castra Scipionis sive Scipiōni: quod præfero cum Edd. Vasc. Stephan. Gryph. post. et aliis. De locutione *sub manu* vel *manum* adi Cel. Burm. ad Sueton. Aug. c. 49. ‘Quo celerius ac *sub manum* adnunciari posset.’

6 *Ex oppido Tisdro*] In omnibus est *ex oppido Tisdræ*, ac ita legendum censeo. Sic noster infra c. 58. ‘Oppidum Uzitæ.’ Virgilins Æn. III. 283. ‘Buthroti urbem’ et Sulpicius Severus Hist. Saer. I. 43. 4. ‘Sarepta oppidum’ dixerunt. *Davis.* Al. *Tisdro* vel *potius Tisdra*. *Clark.* Liceat enim hoc oppidum *Tysdrum* vocet Capitolinus in Maximinis c. 14. et in Gordianis c. 7. 8. Noster tamen id *Tisdrum* nominat. Vide c. 67. 68. *Davis.* cur. sec. *Thisdre* vel *Thisdore* habent etiam mei omnes et Edd. pp.

Gryph. Vasc. Steph. aliæque pro *Tisdræ*; ut etiam c. 93. supra c. 28. ‘Thapsi oppidum’ ubi vide. Adde Cell. ad c. 58.

6 *In quo tritici modium millia ccc comportata fuerant*] Hoc est; *in quo* reposita erant—quæ *comportata fuerant*. Vide quæ supra de hujusmodi constructione ad iv. 12. Male enim Goduimus et Cellarius legunt *in quod*, &c. *Clark.* Petav. Norv. et tres Mstī Goduino memorati dant *in quod*. Sic paulo post, ‘*In quod Juba*—frumentum—*comportaverat*.’ Liceat igitur ferri queat recepta lectio, si cunctis ab exemplaribus firmaretur; nullo tamen modo contra meliorum fidem videtur defendenda. *Davis.* cur. sec. *In quo* hic MSS. mei et Edd. omnes, at statim *in quod*.

*Modium milia*] MSS. et Edit. Vett. *modia* *millia* *ccc*. Quod Latinum non est. *Millia* enim non potest esse adjectivum: nisi forte subintelligatur *ad (vix) modia* *ad millia ccc*. Quomomodo nonnumquam loqui videntur boni auctores. *Clark.* *Modia*, quod est in Leid. sec. Dorv. immo et Petav., nisi fallunt excerpta, et Edd. omnibus ante Scalig., proscriptis etiam Glandorpius, ut et Cellarius, non quod *modia* in neutro Latine non dicatur, sed quod *modia* *millia* jungi non possint. At fallitur vir doctus. Vel enim est apposito, vel subintelligitur *ad*. B. Civ. II. 18. ‘tritici modos cxii milia pollicetur,’ ut est in MSS. omnibus. Plura vide ad III. 4. ‘Sagittarios III milia, equites VII milia.’ *Modium* hic tamen nolui rursus inmutare, quia sic inveni in Scalig. et Leidensi primo. *Mille* Edd. Steph. et Gryph. post.

10 *Copie suea conserventur*] Commeatus, cibaria. Caesar B. G. IV. 4. ‘Reliquam partem hiemis se eorum copiis aluerunt.’ Velleius Paternulus II. 111. ‘Inopsque copiarum et intra se furens, viribus hostis clau-

guesceret.' Vide et Justinum XXXVIII.  
10.8. *Davis*. Vide plura ad B. G. I. 31.

12 *Se missurum dixit*] *Lege dicit*; nam verbum præsentis temporis et antecedit et sequitur. *Davis*, cur. sec. At contra in Leid. prim. est *egit*. *Dicit* jam exstat in Edd. Elzevirii. Sæpissime monui tempora hæc passim varie jungi.

14 *Castello in montis loco munito locato — est potitus*] Editt. Vett. *castello in montes loco, &c.* Ms. autem Norv. *castellum in montes loco munito locatum — potitus est*, unde procul-dubio rescribendum *castellum in montis loco munito locatum — potitus est*: non raro enim apud optimos auctores quartus casus huic verbo adjungitur, et falsus est Servius, qui ad Virgilii *Æn.* III. 278. negavit nos accusativo casu hic uti posse. Lucretius I. III. p. 406. edit. Wechel. 'Sceptra potitus, eadem aliis sopitu' quiete.' Terentius Adelph. v. Sc. 4. 17. 'Ille alter sine labore patria potitur commoda.' Ubi Donatus, 'accusativo,' inquit, 'casu extulit, quod nos ablativo dicimus.' — Accius in Clytemnæstra, 'Feras potiuntur plagas.' Corn. N eos Eumen. c. 3. 'Semper habitu sunt fortissimi, qui summam imperii potirentur.' Justinus IX. 7. 12. Spectaculoque pendentis, ultiōnem potita est.' Vide et XXXVII. I. 4. *Davis*. Vulgata tamen lectio, quod moveatur nihil est. *Clark*. At durissime hic tot ablativi junguntur, quare omnino rescripsi *castellum locatum*: quæ lectio confirmatur ab integerrimis Codicibus Petaviano et Leid. primo. Sic c. 68. *Oppidum potitur* MSS. meliores. Plaut. Amphitr. I. 1. 32. *domum potiri*. Et sæpissime. Adi, quæ congesit A. V. Staveren ad Nepot. Eum. c. 3. § 4. et Davis, infra ad c. 87. 'Cas tra potitus est.' B. Hisp. c. 13.

15 *In monte loco munito*] Sic restitui ex Ms. Regio. MSS. alii et Edd. Vett. habent corrupte, *in montes loco mu-*

*nito*. Unde Scaliger et Recentiores, in montis *loco munito*. Sed elegantior est lectio ea, quam ex Ms. Regio reposui. *Clark*. *Montis* jam ediderunt Aldus, Vascos. Gryph. Steph. et exstat in Leid. pr. Scalig. sed *montes* etiam Petav. Dorvill. et Leid. sec. cum Edd. primis. Quare etiam prætuli monte.

*In quo Juba*] Ms. Reg. *In quo Ju ba comportaverat*. Quæ verior est lectio. Sic enim supra. *In quo comp ortata fuerant*. Vide quæ ad istum locum et superius ad IV. 12. annotavi. *Clark*.

17 *Vi expugnando*] Ciaccon. emendat *ri et pugnando* e Plauti Mil. Glor. et ita ille alibi. *Pugnando capere* frequens est. Adi Cort. ad Sall. B. Cat. 7. et supra c. 25.: sed 'vi op pugnando cepi' Vatinius apud Cic. V. Ep. 10. 'Vi inrumpere' c. 29. supra. Passim Liv. et alii, 'vi capere,' 'obpugnare' I. 17. Immo IV. 57. 'Castellum vi expugnatum.'

XXXVII. 1 *Propter mare legiones ducit*] Editt. Rom. Ven. Beroald. exhibent *prope mare legiones educit*: sed est glossema, nam *propter mare* idem valet ac *prope mare*. Virgilius Eclog. VIII. 87. 'Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulva.' Et Georg. III. 13. 'Templum de marmore ponam Propter aquam.' Justinus XII. 9. 9. 'Trunco se, qui propter murum stabat, applicuit.' Vide et Donatum ad Terentii Adelph. act. IV. sc. 2. 37. et Nonium Marcellum p. 396. *Davis*. *Prope* etiam legas in Ms. Dorvill. et Ed. Med. perperam. Adi ad B. G. I. 22. 'propter hostium castra:' et passim Apuleius: sed sæpe apud illum quoque abiit in *prope*.

13 *Ingens*] In longitudinem. *Clark*.

XXXVIII. 2 *Atque in unumquemque collem*] Prima vox hoc in loco non est particula copulans, sed idem sonat ac *statim*. Plautus Bacchid. Act. II. Sc. 3. 45. 'Dum circumspecto, atque

ego lebūm conspicor.' Nonius Marcellus p. 554.: Atque *particula* — significat etiam celeriter et statim, ut Virgilius Georg. I. 203. 'Si brachia forte remisit, Atque illum in præceps prono rapit alveus anni.' Hæc ille mutuo sumxit ex A. Gellii Noct. Attic. x. 29. *Davis.* Postquam — adscendit; atque in unumquemque collem turres — facere cœpit; &c. Adnotat Davisius, vocem atque, hoc in loco non esse particulam copulantem, sed idem sonare ac statim; antiquæ videlicet, ac more quodam Poëtico. Sed perperam admodum hoc finxit in Auctore tam perspicuo, quam est Hirtius. Cum enim ea vox in Ms. Vossii desit; facile fieri potuit, ut Librariorum incuria hinc ex linea sequente irreperserit; atque adeo, illa deleta, legidebeat, Postquam — adscendit; in unumquemque collem turres — facere cœpit; &c. Multo hoc melius, quam quod conjectit Goduinus; nempe interstinguendum isto modo: Postquam ad jugum — adscendit, atque in unumquemque collem; turres — facere cœpit, &c. Multoque utrumvis melius, quam quod commentus est Davisius. Verum, ut quod res est dicam, nulla omnino hic opus est medela. Nam et vox illa atque satis est sana, et usitato etiam significatu suo particula est copulans, sententiamque (ne interpunktione quidem mutata) perspicuam efficit. Etenim, (quod viros hosce doctos fugerat,) periodi ἀπόδοσις non hoc in loco inchoatur; sed, προτάσει continuata usque ad vocem *Numidarum*, incipit ἀπόδοσις demum a vocibus *Paullisper commoratus*. Hoc modo: Postquam Cæsar ad jugum — adscendit; atque (postquam) — turres castellaque facere cœpit; (postquam) ea — efficit; (sic enim ex omnibus Ms. legendum; non, efficit;) et postquam — stationemque *Numidarum*: (tum) *paullisper commoratus*, &c. Nihil

evidentius. *Clark.* Dele notam 3. reponere vero: Atque in unumquemque collem. Prima vox idem nonnunquam sonat ac statim, ut observarunt Agelius x. 29. et Nonius in atque. Vide sis et J. Fr. Gronovium ad Livii xxvi. 39. Ea tamen voce deleta malim, Postquam Cæsar ad jugum, de quo docui, adscendit, in unumquemque collem, &c. Ac ita diserte repræsentant Ms. Vossianus, editique Florent. Gryph. et Lugdun. 1576. *Davis.* cur. sec. Atque abest ab Edd. Vascos. Steph. Gryph. post. et Stradæ. Sed recte docet Clarkius, adesse debere, uti eam vocem agnoscunt quoque MSS. omnes, nec non efficit cum Edd. nominatis ceterisque vetustis; nisi quod Leid. sec. Dory. et Edd. Rom. Mediol. ac Ven. habeant fecit. Atque aliter etiam sumi pro statim docet quoque Cerda in Virgilii loco. Vide etiam quos laudat Cel. Burm. ad Phædr. F. 16. 'Rapere atque abire.' Glandorpius quoque pro statim capiebat hic loci, vel deletum volebat.

3 *Efficit*] Ita consentientibus MSS. omnibus et Editt. vett. restitui. Editores nuperi reposuerant, efficit; quia Syntaxin totius periodi non intelligenter scilicet. *Clark.*

13 *Pedestremque copium*] Pedestres copias. Sic Virgilius Æn. II. 564. 'Respicio, et, quæ sit me circum copia, lustro.' Ubi Servius, 'notandum,' inquit, 'de exercitu numero eum dixisse singulari, cum copias de exercitu numero plurali dicamus.' Silius Italicus XI. 267. 'Nunc deinde pedestris Copia quanta viri.' Vide etiam notat. ad B. C. I. 45. Editio Beroald equestremque copiam hic perperam repræsentat. *Davis.* Vide ad B. Gall. I. 48. 'Quos ex omni copia delegabant.'

XXXIX. 6 *Imperat turme Hisp. ut, &c.]* Optime a Codd. Scalig. et Leid. pr. exsulat conjunctio ut: quare eam delevi. Vide notas ad IV. 16. et sa-

pissime. Minus bene autem in Dor-vill. codice exstat, ut turma Hisp. occurreret: et cetera in singulari numero.

7 *Adcurrerent*] Leidenses et Dor-vill. cum Edd. Rom. Mediol. ac Ven. occurserent. Bene: i. in tempore ad-essent. Sic c. 49. ‘proximi collis occupandi consilium ceperat, et quo propiore loco fuerat, eo celerius occurrerat. Et ita sæpe alibi. Con-sule Cel. Burm. ad Vellei. II. 61. ‘Cum Antonius occurisset exerci-tui,’ et ad Phædri Epilog. I. II. Hinc ‘suptetias occurrere’ c. 66.: ubi vide Davis. B. Hisp. c. 37. ‘Classe occur-rit,’ i. e. in tempore adest. Adde Cort. ad Plin. lib. VI. Ep. 34. in f. Ita obponere sæpe pro adponere, ut in-fra c. 59. et aliquoties idem vir, uti et Heins. ad Ovidium de eo com-po-sito egerunt.

16 *Ab suis copiis longius abscessisse*] Ms. Norvic. et edit. Rom. Ven. Be-roald. habent *ab suis copiis longius jam abscessisse*, unde fugitiva vocula Hir-tio restituenda. *Davis*. Mei omnes quoque, et Clarkii cum Edd. ante Scalig. addunt *jam*, quare rursus in-serui.

XL. 12 *Postea*] Scalig. Leid. pr. sec. Dorv. et Edd. Rom. Mediol. et Ven. postquam. Lege post quæ, ut margini adlevit Lipsius.

19 *In fide partienda*] Super hoc loco rogavit Cel. Gronovius Heinsium per epistolam Tom. III. p. 379. quid dif-ferret Torrentianus codex, quoniam Lipsius quid adscriperat, quod ad-sequi non posset. Gudius videtur e Lipsiana manu effecisse *fidei com-missæ portentum*. Torrentianum Co-dicem hic deficere jam multo ante monui. Fidem partiebantur, quia ante Curioni, adeoque partibus Cæ-saris, nunc Scipioni, adeoque Pompeianis sese addixerant.

XLI. 2 *Deducit*] Ms. Eliens. *educit*. MSS. Reg. et Vossii *eduxit*. Edit. Rom. *deducit*. Quarum duarum pos-

teriorum lectionum alteram recipien-dam existimo; propter sequentem instruxit. Clark. Legendum cohortes eduxit, ut jubent Petav. aliisque non-nulli Msti. *Davis*. cur. sec. *Eduxit* etiam Ms. Ursin. Scalig. et Edd. Vasc. Steph. Gryph. Marg. *deduxit* Leid. pr. Dorv. et Edd. Med. Ven. sed praestat hic *eduxit*. *Deducere* aliud quid notat. Vide ad B. G. II. 33. et ‘eo deducere,’ infra c. 56.: sed rursus c. 58. ‘Copias de castris omnibus deducunt,’ in MSS. meliori-bus *educunt*: c. 61. tamen ‘legiones in campum deducere.’

13 *Quod ubi Cæsar animadvertisit; arbitratus—venire: in eo loco—consti-tit*] Mire hic dormitarunt Editores, qui non animadverterunt aut men-dum aliquod subesse, aut nimiam sal-tum et vix ferendam ambiguitatem; cum illud *constitit*, et quæ sequuntur, ex Syntaxi videatur referri ad Cæ-sarem; sensu autem postulante, ne-cessario sit de Scipione intelligentum. Ms. Eliensis, pro *arbitratus*, habet *arbitrabatur*. Unde ex con-jectura rescribi poterit, *Quod ubi Cæsar animadvertisit, arbitrabatur Scipionem—venire*; at ille *in eo loco—constitit*. Vel forte aliquid ante voces istas *in eo loco* deest. Vel, utcunque sit; sive desiit aliiquid, sive non; manifesto de Scipione, non de Cæsare dictum in-telligentum est illud, *in eo loco—consti-tut; &c.* Clark. *Quod ubi Cæsar animadvertisit, arbitratus Scipionem ad di-micandum paratum ad se certo animo venire, in eo loco, quo paulo ante comme-moravi, ante oppidum consistit*: Ms. Norv. exhibet, arbitrabatur Scipionem ad dimicandum paratum ad se certo animo venire, quod *in eo loco constitit*. Quasi Scipio ad dimicandum progre-deretur, quod ante oppidum stare! Revera tamen ultimæ sententiæ pars ad Scipionem spectat, ut recte vidit Clarkius. Quapropter doctissimus ille vir legit, *Quod ubi Cæsar animadvertisit, arbitrabatur Scipionem ad di-*

*micandum paratum ad se certo animo venire; at ille in eo loco, &c.* Eodem sensu, sed Mstis proprius accedens, lego, *Quod ubi Cæsar animadvertisit, arbitratus est, vel, ut Norv. habet, arbitrabatur, Scipionem ad dimicandum parato ad se et certo animo venire; qui Tamen eo loco.* Qui compendiariam norunt scribendi rationem, qua usi sunt Librarii, facile cernunt *quod in eo loco pro qui tamen eo loco irreperere potuisse.* Davis. cur. sec. Forsan simpliciter scribendum *Is eo loco;* certe illa de Scipione sine dubio capienda sunt.

14 *Certo animo]* In Sealig. et Leid. pr. exaratur *certum.* Quasi fuerit *certum animi.* Sed nulla mutatione opus est; *paratus animo certo* dicitur qui firmiter quid proposuerit, seque ad id paraverit. *Paratus animo ita sæpius.* V. ad Bell. Alex. c. 45. et *certo animo;* ut apud Ovid. Ep. Her. xviii. 38. ‘*Quid mecum certa prælia mente geris?*’

*In eo loco, quo paullo ante commemorari]* Editt. Rom. Ven. Beroald. habent *in eo loco, quem paullo ante commemoravi,* quæ lectio est a sciolis, Hirtii manum temere mutantibus; more enim Græco hic locutus est noster ac infra c. 69. Sic et interdum præstantes linguae Latinæ auctores. Terentius Heaut. Act. I. Sc. 1. 35. ‘*Men. Scire hoc vis? Chr. hac causa equidem, qua dixi tibi.*’ Vitruvius Archit. II. 1. ‘*Spatio inter eas relictio, quanto arborum longitudines patiuntur.*’ Lactantius de mort. Persec. c. 45. 7. ‘*Collectis ex proximo, quantis potuit, militibus.*’ Adde quæ notavimus de B. Civ. III. 69. Davis. *Quo paullo ante commemoravi.* Codices nonnulli, quem *paullo ante, &c.* Sed elegantior est vulgata lectio. Cujus Syntaxeos ratio ea est, ut vel dicatur, *eo loco constitit, quo in loco eum copias suas eduxisse paullo ante commemoravi;* vel *eo loco constitit, de quo paullo ante commemorari* [quemadmo-

dum jam supra cap. 38. *ad jugum, de quo docui;*] vel denique ut sit Hellenismus, sive Syntaxis Græcis usitata, quo pronomen eodem casu efferti solet, ac nomen antecedens: quod tamen fieri solitum duntaxat in *verbis usus frequentioris,* iisque fere aut primæ aut secundæ personæ; quæque ibi loci deponentium seu intransitivorum naturam habent. Vide Illustrissimi, et acri judicio quicquid ubique est Criticorum longe exsuperantis, Richardi Bentleii Emendationes ad Ciceronis Disputationes Tusculanas a Davisio editas, p. 80. Clark. Vide etiam Cellarium, et infra. Male etiam Ed. Med. et Edd. omnes ante Ursinum, quém, et Leid. sec. *quod. c. 69.* ‘*ratione qua ante dixi.*’ Plura vide ad c. 69. ‘*cum quibus paullo ante memoravi.*’

17 *In conspectu patenti adversariorum constituit]* Scribe *in conspectu adversariorum constituit,* deleta voce supervacanea, quam nesciunt Pet. et Norv. Davis. cur. sec. Non agnoscit quoque Ms. Dorvillianus. Nihilominus quum alii retineant integerrimæ notæ libri, non ausim temere proscribere.

XLIII. 7 *Hostesque m. ac. s. op. texisse sibique]* MSS. Petav. Leid. pr. Scal. et Edd. Rom. Med. ac Ven. texissent, *sibi diff.* Sed et Edd. eæ addunt *hostesque qui.* Eors. *hostesque quum, &c.* texissent, *sibi diff.* dein *in cornu dextro ac sinistro primus edidit* Scaliger ex Codice Ursini, quo cum faciunt MSS. mei præter Dorvill. qui cum ante vulgatis habet *in cornu dextrum ac sinistrum,* Leid. sec. et *in cornu.* Sed rectius Edd. Rom. Mediol. ac Venet. *In acie cornu dextro ac sin. et ex iniq.* Et pro ex etiam Ms. Ursin. *In ante acie, delebat Lipsius.* Sed *in acie vincere, in acie dimicare* frequens est in his commentariis. Adi ad VII. 29. ‘*Neque in acie viciisse Romanos:*’ ut e MSS. restitui.

XLIII. 1 *Acillam, et iux cohortes sli-*

*pendiarias Numidis Getulisque obsidebat] Ex Mstis Petav. et Norv. repandum, qui Acillam VIII cohortibus stipendiariis Numidis Getulisque obsidebat: tot enim cohortibus Acillanos obsidebat Considius, ut patet ex c. 33. Davis. cur. sec. Accedunt Codices Scalig. et Leid. pr. in quibus est et ix. ut pateat, et factum ex parte numeralium notarum.*

*2 Ubi C. Messius cohortibus præterat] In editt. Rom. Ven. Beroald. corrupte legitur ubi C. Messius, qui cohortibus præterat, quasi rem ex parte Cæsaris non gesserat Messius. Ms. Norv. locum sic exhibet, ubi C. Messius parte Cæsaris cohortibus præterat præsidio missis; quod sane additamentum ex ora exemplaris in textum videtur irrepsisse: nam Glossema esse pro certo habeo. Davis. Ms. Reg. et Editt. Vett. ubi C. Messius, qui cohortibus præterat. Quod cum sententiam turbet prorsus, nec tamen forte illud qui plane ex nihilo esse videatur; conjecterim equidem legendum, ubi C. Messius cum cohortibus præterat. Quanquam venustior est lectio vulgata. Clark. Qui etiam addunt Leidenses, Cujac. Scalig. Dorvill. et Edd. primæ: ubi deest Leidens. sec. ut forsitan fuerit C. Messius ubi coh. nisi sub qui lateat cohortium numerus. Sed etiam Petav. habet C. M. parte Cæsaris coh. præterat præsidio missis, non admodum inepte: nam C. Messius subito Achillam missus erat cum cohortibus a Cæsare, ut Considium occuparet, quod etiam peregit, et prins Considio Achillam pervenit. Confer c. 33.*

*10 Adrumetum se recepit] Sic reposui ex Msto Norv. ac editt. Beroald. Steph. cum in vulgg. legatur Adrumetum se recipit. Davis. Ita restituit Davisius ex Ms. Eliensi (quo cum faciunt MSS. Reg. et Vossii) et Editt. Vett. postulante etiam Temporum ratione. Vulgg. recipit. Clark. Recepit etiam MSS. mei omnes; item*

Edd. Vasc. Gryph. et aliæ: sed perinde esse, sàpissime ostendi. At in his MSS. sunt sequendi.

*xliv. 2 In qua fuerat Q. Cominius] In Msto Norvic. et editis plerisque male exhibetur Q. Comius. Contrario vitio apud Frontinum Strateg. II. 13. est ‘Comminius Atrebas, cum victus a D. Julio ex Gallia in Britanniam fugeret,’ quum omni procul dubio sit scribendum Comius Atrebas, quod a Stewechio et Scriverio non animadversum miror. Ejus sàpē meminit Cæsar. Vide B. G. iv. 27. et vii. 76. Davis. V. etiam Ursin.*

*3 Ab residua classe] Lege reliqua cum Pet. et Norv. Davis. cur. sec.*

*6 Navis triremis] Vetustissimi Codices Petav. Cujac. Scal. Leid. pr. Ursin. et Ed. Scal. trieris. De cuius lectionis veritate non dubitare quis potest. Navium nomina Græce effere solet Hirtius, ut Dicrotos, Catascopus, Penteris. Vide ad B. Alex. c. 47. et infra c. 63. et Nep. Alcib. c. 4. ut quidem Giphianio præeunte reposuerunt Viri docti: quamvis ibi plerique MSS. triremem retineant, et ita in reliquis locis apud Nepotem. Nec secus occurrit in Inscriptionibus. Consule Fabrett. ad Column. Traj. p. 113.*

*16 Remp. cum optimo quoque defenditis] Ex re ipsa legendum defendetis, ut etiam Codex Ursini repræsentabat. Davis. cur. sec. Defendetis etiam exhibit Scalig. et Leid. pr. ut debent.*

*XLV. 10 Amplius xxxvi annis] Reponit Joan. Glandorpious, amplius xvi annis, quia ex prætura Cæsaris ad hoc usque tempus xvi tantum annorum fluxerat spatium. Et hujus quidem conjecturam ex Msto Victorino firmat Joan. Goduinus. Vulgam tam lectionem tuetur Jul. Celsus, qui p. 222. edit. Londin. sic ait: ‘Quomodo — contra illum exercitum, pro cuius victoria et gloria annos xxxvi et eo amplius decertavi,*

arma portarem ; adeo ut annorum numerus non ad ipsum Cæsarem, sed ad veteranum ejus exercitum videatur referendus. Ms. autem Norv. habet *amplius xxxvi annos*, et sic rescribendum. Caesar B. G. II. 16. ‘Inveniebat ex captivis, Sabin flumen ab castris suis non *amplius millia* passuum  $x$  abesse.’ Noster hujuscce libri cap. 1. ‘Quum non *amplius legionem* tironum haberet unam.’ Et ita sane alibi passim. *Davis.* Dele adeo ut annorum —— rescribendum et deletorum loco repone : At hoc nihil aliud monstrat, quam mendi vetustatem ; nam vera prorsus et Glan-dorpii conjectura, quam representat etiam Codex Regius. Cum vero Norv. habeat *amplius xxxvi annos* ; lege *amplius xvi annos*. *Idem*, cur. sec. Etiam Vasc. Margo XVI. Lippius adscribit *credo xxvi*. Placet mihi quoque XVI. Ceterum annos ex Eliensi Codice recepit Clarkius, nimis temere. Utrumque enim passim in his commentariis occurrit. Mei annis retinent. Adi ad B. G. IV. 37. ‘Amplius horis quatuor.’ Anno est in Ms. Ursini : *anū Scalig.*

**XLVI. 7 Crucialibiter interficti]** Cl. Dodwellius Diss. de Julio Celso, § 8. hanc locutionem numerat inter eas, quas *nemo peritus harum rerum censor ad Casarum vel Hirtium attatem retulerit*. Quid igitur fiet Plauto, qui Pseud. act. IV. sc. I. 40. ait : ‘Nisi effecero, crucialibiter carnifex me accipito.’ Ipsam Phrasin adhibet Amm. Marcellinus et Ausonius, scriptores quidem Cæsare recentiores, at interpolatores, quem somnian, Julio Celso, Constantinopolitano vetustiores. Illum vide XXVI. 6. XXX. 5. hunc in Periocha Odyss. XXII. *Davis.* cur. sec.

**11 In salo esse jussérat]** Ex hac locutione, quam noster repetit etiam c. 62. 63. hunc scriptorem Africanum, hisque temporibus juniorum fuisse colligit Doctissimus Dodwellus. *Africanus* igitur, hisque temporibus junior

fuit Cornel. Nepot. cuius haec sunt in Themistocle c. 8. ‘diem noctemque procul ab insula *in salo* navem tenuit in anchoris.’ Similiter ‘navium *in salo* stantium’ meminit Plinius H. N. I. IX. § 76. Isque, licet his temporibus paullo junior scriptor fuit non Africanus, sed Italus. *Davis.* cur. sec. Bene *in salo* e suo Codice restituit Ursinus, cui accedunt Cuj. Pet. Scal. et Leid. pr. Ab aliis, uti et Edd. prioribus voces *in salo* exsulant. Auct. B. Hisp. c. 40. ‘naves, quæ in salo fuerunt.’

**XLVII. 2 Virgiliarum signo confecto, circiter vigilia secunda noctis, &c.]** Codices nonnulli, *Vigiliarum* ; quod strenue propugnat Goduinus : sed perperam admodum. Mirum autem, etiam Viros doctiores hic hæsitare. Nam et Cellarius : ‘Virgiliarum occasum,’ inquit, ‘qualem ? Videntur enim hæc mense Februario accidisse, quo Pleiadum nec cosmicus, nec a cronichus, neque heliacus occasus datur.’ Oblitus erat nimirum Vir doctissimus verborum sequentium ; *circiter vigilia secunda noctis*. Etenim mense Februario, quum Sol in signo Piscium versatur ; Pleiades, quæ sunt in signo Tauri, non possunt non occidere circiter *vigilia secunda noctis*. Cæterum si hæc verba, *Virgiliarum signo confecto*, omnino de anni tempestate sunt intelligenda ; tum, cum Cellario, dicendum est accidisse hæc ineunte Martio, quod tempus proprius abest ab heliaco Pleiadum occasu ; ideoque subjecisse Hirtium, *Per id tempus fere, &c.* Clark. Cave locum cum Goduino tentes. Hæsit viris eo doctioribus aqua, quod hæc ad anni Juliani normam computarint ; cum pro vero hujus anni Kalendario primus Februarii dies in Novembribus Julianum diem undecimum conveniebat, quo Pleiadum confectionem refert Plinius. Verba fere sunt Cl. Dodwelli diss. de Julio Celso § 8. De hac vero re nuper accu-

ratissime scripsit Vir doctissimus Car. Ashtonus Bibl. Litter. Num. VIII. Artic. 3. *Davis.* cur. sec. *Vigiliarum* etiam recentissimi Dorv. et Leidens. sec. quod ineptissime defendit Goduinus, et satis refellitur adjunctis circiter *vig.* sec. *Confecta pro finita:* ita B. G. vi. 3. ‘*confecta vigilia prima:*’ infra ‘*confecto die,*’ c. 83. et passim.

6 *In tertio quartoque die procedendo]* Pet. Ciacconius legendum conjectit *tertio aut quarto quoque die procedendo;* sed nimia est hæc mutatio: Inbens tamen reponerem *in tertio quartore die procedendo*, quemadmodum legitur in edit. Rom. Ven. Beroald. *Davis.* Cum Edd. Vett. facit Ms. Regius *in tertio quartove die.* Forte *in tertio quartove quoque die.* *Clark.* *Quartove etiam Ed. Medioli.*

13 *In Africam autem non modo sibi quidquam]* Ms. Norv. *in Africa,* ac ita sane ex Cod. Thuanæo rescripsit Joan. Goduinus; emendatione tamen nihil est opus, nam constat hanc præpositionem, etiam cum quietem notet, accusativo junctam reperiri. Curtius III. 10. ‘Quippe Darium quinto die *in Ciliciam* fore nunciabatur.’ Sic Cæsar de B. Civ. I. 25. ‘*in potestatem habere*’ dixit. Vide G. J. Vossium de Construct. c. 65. *Davis. Africa.* Ita recte edidit Goduinus ex Ms. Thuani. Quo cum consentiunt MSS. Reg. Eliens, et Vossii, sententiaque ipsa postulat. Opponitur enim præcedenti, *ex Sicilia, &c.* Ut mirum sit Scaligerum et Recentiores edidisse, *in Africam*; multoque adhuc magis mirum, Davisium corruptam istam lectionem propugnare. Quod enim ait constare hanc præpositionem, etiam cum quietem notet, Accusativo junctam reperiri; in eo Grammaticis credens, valde fallitur. Etenim quæ afferunt Grammatici istiusmodi constructionis ex bonis Auctoribus exempla, ea loca omnia

minus recte sunt ab iis intellecta. Quod refert Curtius, *Darium quinto die in Ciliciam fore;* non utique quies est, sed *motus:* ostendit enim eum non *in Cilicia esse,* sed quinto demum die *eo perveniturum.* Quod dixit Cæsar, *in potestatem habere;* in eo subintelligitur, *redactum, vel traditum, vel susceptum, &c.* Et similiter in cæteris. De contraria constructione, ubi eadem præpositio, cum ablativo, motum significare dicitur; vide supra ad IV. 12. *Clark.* Dele notam meam, pro qua rescribe: Mstii Thuan-Norvic. aliqui nonnulli dant *in Africu;* et recte quidem, prout videre Goduinus et Clarkius. Curtius tamen III. 5. 10. ‘Quippe Darium quinta die *in Ciliciam* fore nuntiabatur.’ Ibi vero legas oportet *in Cilicia,* idque præstantissimorum Codicum fide. *Davis.* cur. sec. Nollem Davisium mutasse sententiam. *In* notat *intra* in talibus. Vide quæ congesse ad Frontin. I. 3. 5. ‘*In Hispaniam* vinctus exercitus,’ et supra ad V. 24. Et sane *in Africam* hic servant Petav. Scal. Leidenses, Dorvill. et Edd. antiquissimæ cum Aldo, Gryphio, Plant. aliisque. Ab vetustissimis MSS. hæc dependent. Nam ex uno alteroque Codice ego nequaquam inculcarem.

*Non modo sibi non, &c.]* Ultimum non haud comparet in Leidensibus MSS. At sequitur *sed etiam.* Adeoque non debet secundo loco adesse, ut docuit Cel. Periz. contra Sanctum, Muret. aliosque ad Sanct. Min. IV. 7. § 5. Eadem variatio c. 87. Alia ratio est si sequatur *sed ne.* De qua vide ad B. G. II. 17.

17 *Arundinibus scopisque contextis]* Nullæ conjecturæ Salmasio satisficerunt. Vir itaque summus ad Spartanii Hadrianum c. 10. p. 88. legit atque arundinum topiis contextis: vel atque arundine topiis contextis. Ad me quod attinet, hæc Lipsianis non prætulerim. *Davis.* cur. sec. *Scopisque.*

Hæc emendatio Scaligeri ejusque Codici (nam ita in excerptis Ms. ejus exstat) debetur: cum vulgo antea legeretur *arundinibus coriisque contextis vel contextis*: sine dubio male, cum pelles non haberent, quare Lipsius Dial. v. de Mil. Rom. c. 5. legebat *storeisque*: vel quia in Ed. primis scribitur *arundinum copiis*, etiam conjiciebat non invenuste *copulis*. Habent autem Edd. Rom. Mediol. Ven. et cum iis Dorvill. *arundinum copiis tectis contextis*. Unde Salmasius malebat *arundinum topiis*. Verum *arundinibus retinent* MSS. reliqui omnes. Nec voci *topiorum*, quæ in elegantiore hortorum cultu usum habent, ullus hic locus esse potest. *Copius* etiam est in Leid. pr. pro *scopis*: *coriis* Leid. sec. In voce *contextis* consentiunt, ut debent, MSS. omnes cum Edd. Bas. Vascos. Steph. et aliis. Male Ursin., contra suum codicem, tamen *contexti* malebat. Vide ad B. G. II. 17. ‘*Rubis sentibusque intertextis*,’ ut legendum puto.

**XLVII. 18 Permanebant]** MSS. non nulli protegebantur. Clark. Id ego in meorum nullo inveni, sed tantum in Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et Stradæ: *permanebant est pernoctabant*. Consule Cel. J. F. Gron. ad Senec. de Benef. c. 16. Heins. ad Ovid. Art. II. 237. ac Comm. ad Ter. Eun. II. 1. 10. et alibi.

**19 Gravati pondere—omnes subruti disjectaque]** Codices nonnulli *Gravata*, scil. *tentoriola*, *pondere*, &c. *omnia subruta disjectaque*. Quæ si vera lectio sit, tum deerit aliquid, quo referatur id quod sequitur, *per castra passim vagabantur*. Clark. In neutro habent hæc Ursini et Sealig. Codices. Et certe illa magis ad *tentoria*, quam milites respicere videntur. *Gravata* etiam est in Leid. sec. qui et *tenebrarum* habet, nec non *aqua omn.* In Sealig. *aquamque*. Pro *omnes* est in Sealig. Leid. pr. et Dorvill. vel; in quorum ultimo item *subruta disjectaque*.

Ciacconius legit *Iisque s. i. g. c. gravatis pondere, ventis, aqua omnibus subrutiis dejectisque*: sed sine ulla necessitate, nimis recedit a scriptis Codicibus, et perperam omnino *disject.* in dej. mutat. Vide num verior videatur hæc lectio: *Itaque, &c. gravatis pondere tentoriis, aquarumque vi* (MSS. enim *aquamque vel*) *subrutiis disjectisque, omnes*. Vide Luc. IV. 88. Succurrunt et aliae conjecturæ; sed hæc maxime placet. Dein elegantius, ut opinor, exaratur in Scalig. et Leid. primo *rebus, quæ ad victimam pertinent, omnibus conv.*

**23 Pilorum cacumina sua sponte arserunt]** Hoc non raro accidit. Livius XXII. 50. ‘*Prodigia ex pluribus simul locis nunciata: in Sicilia militibus spicula—arsisse.*’ Plinius Hist. Nat. II. 37. ‘*Vidi nocturnis militum vigiliis, inhærcere pilis pro vallo fulgorem.*’ Hæc et hujusmodi alia miraculorum loco credule posuit antiquitas Physics imperita; nihil enim aliud sunt, quam exhalationes sulfureæ calore aëris accensæ, varia que figura, pro flantibus ventis aut materiæ copia, præditæ. Vide Joan. Clerici Phys. III. 4. § 7. seqq. Davis. Vide ad Obseq. cap. 107. ‘*In Circō inter pila;*’ ubi Lipsius conjicit in *Circejis per p.*

**XLVIII. 3 Ut quum—liberaretur]** Locus in MSS. valde corruptus. Editt. Vett. habent *Ut secum, &c.* Quæ sententia est nulla. Scaliger edidit, *ut si quum, &c.* Quod itidem intelligi nequit. Goduinus et Cellarius melius; *ut sic quum, &c.* Davisius aliquie *ut quum, &c.* Clark. In Edd. Elzev. nonnullis est *Ut sic quum*. Primo MSS. omnes et Edd. Vett. ad Scalig. usque *ut secum ipse*: nisi quod *ipse* desit Petaviano, dein ac *terrore C. est in Petav.* Dorvill. et Leid. sec. *Ad terrorem C. Leid. pr. nam liberaretur a Beroaldo ad sensum supplendum, invitatis MSS. omnibus et Edd. prioribus, est additum. Latinus Latinus expungo-*

bat exercitus Scipionis a terrore C. Sed nisi omnia me fallunt, e MSS. et Edd. Vett. omnino restituendus est locus hoc modo: *Ut secum ipse aliquid auctoritatis adderet exercitui (sive exercitu) Scipionis, ac terrorem Cæsarum, scil. exercitui, vel ad terrorem Cæsarum.* Hoc patet e seqq. ubi dicit, *animum quidem additum* Scipioni, sed Cæsarum exercitum contra, ac exspectaverat Juba, omnem terrorem deposuisse, ita ut Juba præsens auctoritatem, quam absens habuerat, amiserit. Confidenter itaque hanc, si non veram, veræ tamen proximam, emendationem textui inserui, et aliorum interpolationes, Mstis invitisi, intrusas exsulare jussi. Verum auctoris sensum vidit, non pervidit tamen Lipsius, qui legebat *ut secum al. auct. adferret exercitus Scipionis ad terrorem Cæsarum.* Posset et legi *ut secum aliquid auct. adderet exercitus (scilicet suis) Scipionis ad terrorem Cæsarum.*

6 *Peditibusque ejus armaturæ]* Hanc sane lectionem exhibent omnes editi; quod tamen non obstat, quo minus ex Msto Norvic. omnino rescripsérunt *peditibusque levis armaturæ.* Davis. *Levis* ita optime Davisius restituit ex Ms. Eliensi. Al. omnes *ejus armaturæ.* Sed et infra de Scipionis exercitu c. 50. *levique armatura.* Clark. Sequor viros doctos in  $\tau\varphi$  *levis*, auctoritate Petaviani Codicis permotus. Nam et ille *levis* exhibet. *Pedites levis armaturæ* dicit; quia et equites sine frenis *levis armaturæ* erant. Confer Lips. I. III. de Mil. c. 8. Vide etiam c. 14. *pedites Numidae levis armaturæ.* Unde forsitan recte in Edd. Vett. et MSS. Cujac. ac Leid. sec. legitur *Numidarum, equitumque levis armaturæ.* Vulgo *Numidarum equitum, levisque ar.* Hinc, ‘armaturas leves’ dicit c. 59. Vide etiam c. 60. ‘*Numidae levisque armaturæ.*’

11 *Castris Cæsarum]* Ms. Dorv. Edd. Rom. Ven. Mediol. Vasc. et Gryphii Margo C. Scipionis; contra mentem

auctoris. Forsan utrumque e marginali glossa natum fuerit; ut conjectisse etiam video Lipsium.

13 *Magis suspensiore animo]* Nonnulli Msti cum edit. Rom. Ven. Beroald. exhibent *magis suspensione animi*; unus autem e Mstis Regii et Norvic. omissa prima voce, legunt *suspensiore animo.* Perperam; sæpe enim particulae comparationis nominibus comparativis adduntur. Noster hujusce libri c. 54. ‘*Magis in seditione, &c. quam pudoris modestiæque fueritis studiosiores.*’ Clemens Rom. Epist. ad Corinth. § 48. Τοσούτῳ μᾶλλον ταπειοφρονεῖν ὅφείλει, οὐτῷ δοκεῖ ΜΑΛΛΑΩΝ ΜΕΙΖΩΝ εἶναι. Porphyrius de Abstin. I. § 45. Ή ἀποχῇ μᾶλλον οἰκειοτέρᾳ. Vide et G. J. Vossium de Construct. c. 16. Davis. *Magis suspensiore animo ante adventum Juba commovebatur.* Codices nonnulli, *magis suspensione animi, &c.* Sed eruditus tuetur Davisius lectionem vulgatam; ostenditque bonos Auctores nominibus comparativis particulas comparationis nonnunquam insuper addere. Quanquam et isto modo expediti potest hic locus: *Magis commovebatur ante adventum Juba, animo suspensiore.* Clark. Loco notæ meæ hanc pone: *Et exspectatione copiarum regiarum exercitus ejus magis suspensiore animo ante adventum Juba commovebatur.* Petav. Ursin. Norvic. aliquique codices optimi dant et *exspectatio copiarum regiarum exercitus ejus suspensiore animo, &c.*: nonnulli vero repræsentant *suspensione animi.* Legendum videtur et *exspectatio copiarum regiarum in exercitu ejus suspensionem animi ante adventum Juba commovebat.* Certe recepta lectio non fuit ab Hirtiii manu, nisi si du-rissime scripserit. Davis. cur. sec. *Exspectatio* etiam est in Cujac. ac Leid. primo: *ex exspectatione Sealig.* Alterutrum si recipias, legendum erit *exercitusque.* Sed non opus est. Male enim Davisius in secundis curis locum

hunc alio modo resingere conatur. Sed nec bene *magis* (quæ vox solummodo deest in Petav.) cum *suspensione animo* junxit; licet sciam non raro ita eam abundare. Vide Melam III. 10. Tac. de Mor. Germ. c. 6. et quos laudat Cel. Burm. ad Vellei. II. 129. Barth. Adv. XXXI. 15. Recius hic Clarkius jungit *magis commorebatur* ante adventum, scilicet quam post eum, ut elliptice locutus etiam Hirtius B. Alex. c. 74. ‘quas consuetudine magis pervulgata credebat instrui Cæsar’ ubi itidem Davisius perperam malebat *satis*. Est quidem *suspensione animi* in 2. Gallicanis, Leid. sec. Dorv. et Edd. Scaligerana prioribus: *magna* etiam Edd. Vascos. Gryph. post. ex interpolatione: nam *suspensione animo* dant Ursin. Cuj. Scalig. Leid. pr. Petav.

17 *Quo facto facile fuit intellectu*] Ms. Norvie. et edit. Beroald. addita vocalia, representant *quo facto* cuivis *facile*, &c. Eoque alludunt edit. Rom. Ven. nam in iis Librarii vitio legitur, *Quo facto* cuius *facile fuit intellectu*. Causam sane non video, cur ea vox rejici debat. *Davis*. *Facile fuit intellectu*. Davisius, ex Ms. Eliensi et Edit. Beroaldi, reponit; cuivis *facile fuit intellectu*. Reperitur et in Ms. Regio eadem vox. *Clark*. *Cui* Leid. sec. inserit; *cuius* Leid. pr. cum Med. sed *cuirvis* optime addunt Cuj. Petav. Dorv. et Ed. Gryphii: quare desiderare amplius passus non sum. Dein *illatum* est in Dorv. et Leid. sec. et Edd. ante Beroald. at *intellectum* exstat in Cujac. Petav. Scal. Leid. pr. item Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. Stradæ, et aliis. Qnod non mutari debuit. Facile deprehensum est, adventu regis Scipioni additum esse animum. Et, ni fallor, ita alibi occurrit in his commentariis. Nec enim capere, credo, quis velit, pro intellectu, ut *optimum factum*, &c. De quo vide ad B. G. IV. 30.

**XLIX. 5** *Capiendo loca excelsa occupare contendit*] Sic etiam Msti. Locus tamen mihi videtur depravatus. Lego *propiusque Scipionem* gradiendo *loca excelsa* *occupare contendit*. *Davis*. cur. sec. Forte delendum capiendo.

*7 Sibi progrediendi eripuerunt facultatem*] Ait Joan. Glandorpius legendum haud dubie *Cæsari* vel *illi*: sed nesciens erat bonus ille vir *pronomen reciprocum* pro *demonstrativo* poni posse. Carmen de Phœnix Lactantio adscriptum vs. 60. ‘Ad se reddiderint tempora longa gravem.’ Dictys Cretensis III. 11. ‘Suggerente *sibi* Polixena apparatus sacri ejus.’ Vide etiam quæ notavimus ad B. G. VIII. 50. *Davis*. *Sibi progrediendi eripuerunt facultatem*. Glandorpius, pro *sibi*, haud dubie reponendum existimat, *Cæsari*, vel *illi*: sed nihil opus. Goduinus et Fr. Sanctius, promiseue aiunt usurpari *sibi* et *illi*, modo ambiguas vitetur: quod, adeo universe dictum, est falsissimum. Davisius ridet Glandorpium, quod nesciens esset bonus ille vir, *pronomen reciprocum* pro *demonstrativo* poni posse. Sed et ipse fallitur. Non enim unquam poni potest *vocabulum aliud pro alio*, quæ quidem revera diverso sint significatu (quippe neque ratio tunc esset futura illa neque norma loquendi) sed *uno eodemque* in loco fieri nonnumquam potest ut vocum *duarum* utraque ex æquo usurpari queat *diverso respectu*. Sic, quod de Cæsare hic dici potuisse *ei* respectu propriis Antecedentis *adversarii eruperunt*, idem aequo proprie et Latine dicitur *sibi* respectu remotioris *Cæsar occupare contendit*. Sed hæc de re vide quæ fusius supra ad VIII. 50. et ad B. G. I. 20. *Clark*.

*8 Occupandi gratia*] Collem proximum *Cæsari* jam ante occupaverat; nunc eundem collem *occupare contendit*, quem Cæsar, *occupare* itidem contendebat. Quæri autem potest, an non omissa voce *gratia*, quam Librarii facile inferre potuerint, scribi debeat *ejusdem collis occupandi*, *Labi-*

enus consilium ceperat. Clark.

L. 2 *Quæ erant transgredienda*] Sic in Msto Regio legit Joan. Goduinus, ac ita ob σύνταξιν reponendum censui. In vulgg. erat *transgrediendæ*. Editt. Rom. Ven. Beroald. ex Glossemate repræsentant *transeunda*: Steph. autem *quæ erat transeunda*, ut hæc voces ad *convallem* referantur. Davis. *Loca* scilicet, Spelunce in modum subruta. Scaliger (errore fortasse typographico), *quæ erant transgrediendæ*: quem fideliter secuti sunt recentiores, licet solœcismus sit manifestus. Ms. Vossii et Edit. Stephani; *quæ* (scil. *convallis*) erat *transeunda*. Quæ Lectio non mala. Clark. *Transeunda* Leid. sec. Dorv. Victor. et Edd. omnes ante Ursin. qui *transgredienda* e suo protulit, quocum faciunt Scalig. Petav. Leid. pr. erat jam dedit Vascos. et alii ‘statim *convallem transgredi*:’ atque ita in B. Alex. c. 76. ‘*Alibi transcendere vallem*.’ Vide ad B. Civ. i. 68. Forsan *transgredienda* scripsit Hirtius. Ceterum *transgrediendæ* Leid. pr.

9 *Et præterea post montem collesque equites in occulto collocaverat*] Hunc locum multo auctiorem exhibit Msti Ursin. et Norvic.: in iis enim legitur *Et præterea post montem collesque subito se Cæsari ostenderat, et equites in occulto collocaverat*. Editt. vero Rom. Ven. Beroald. *Ut præterea post montem collemque subito se Cæsari ostenderet, equites in occulto collocaverat*: unde legendum arbitror *ut præterea post montem collesque subito se Cæsari ostenderent, equites, &c.* vel *et præterea post montem collesque, qui subito se Cæsari ostenderent, equites, &c.* Ni vel hoc vel illo modo legatur, conjecere nequuo, unde factum, ut in tot Codd. hæc verba irreperint. Davis. In alia (credo) opinione fuisset Vir doctissimus, si ad verba proxime sequentia animum attendisset. Nam ex ejus emendatione, hoc modo scribetur tota periodus: *Et præterea post*

*montem collesque, qui subito se Cæsari ostenderent, (vel, ut præterea post montem collesque subito se Cæsari ostenderent,) equites in occulto collocaverat; ut, quum ipse ex improviso legionarios adortus esset, ex colle se equitatus ostenderet: Et, &c.* Vides (ut opinor) quam importuna ταυτολογία illud, subito se Cæsari ostenderent equites, et, se equitatus ostenderet, bis in eadem sententia ponatur. Vides etiam (ni fallor) unde factum, ut in tot Codices hæc verba, subito se Cæsari ostenderent, irreperint. Nimirum ad ea verba, *ex colle se equitatus ostenderet*, scripserat aliquis in Margine, explicandi gratia, subito se Cæsari ostenderet. Deinde hanc explicacionem, post vocem similem, *collesque*, una ante linea, alieno in loco inseruit Librarius aliquis imperitus. Atque hinc factum, ut in omnibus MSS. in priore isto loco σολοκῶς positum sit, ostenderet, non ostenderent. Nihil hac tota re manifestius. Quare omnino retinenda vulgata Lectio: nisi forte, unico addito vocabulo, scribendum sit, *ex colle se equitatus SUBITO ostenderet*. Clark. Dele notam meam. Davis. cur. sec. Cum Edd. Rom. Mediol. et aliis consentit Dorvill. *collemque* etiam Edd. Vasc. Steph. et aliae. Cum Urs. et Norvic. facit Petav. et p. p. m. c. *Cæsari subito se ostenderet, eq.* Leidenses: sed bene etiam Gudio videntur hæc verba e Glossa nata. Posset tamen infra legi *ex colle se equitatus Cæsari subito ostenderet*: idque vero arbitror esse proximum.

16 *Abusi sive obliti præceptorum Labieni, sive veriti*] In mendo cubat vox prima. Lege isti, vel hostes, sive obliti, &c. Davis. cur. sec. Vocem abusi ut supervacaneam delebat Glandorpius. Mihi quoque suspecta est de mendo. *Labienani* reponendum arbitratur Goduinus.

LI. 4 *Et Scipionis in planitia possum erat*] Duabus vocalis omissis, in

edit. Rom. Ven. Beroald. perperam legitur *quod inter sua castra et planitem positum erat*: Ms. etiam Norvic. habet *in planitem*; in cæteris recepta-  
tam lectionem tuetur, quæ sana est et sincera. *Davis.* *Et planitem* etiam Ed. Mediol. *in planitem* Petav. et Dorvill. de locutione ponere *in locum* diximus ad B. G. VIII. 26. Sed reliqui *in planicie*: quod rescripsi: *planitia* a Scaligero primum repositum est; quod et supra factum in locis nonnullis ex uno alteroque Codice. Hic vero nemo monuit in ullo *a repe-*  
*riri.* Vide ad B. Civ. 43.

5 *Duo brachia instituit duci, et ita erigere]* Lipsius reponendum conjectit *ita dirigere*; quod lubens accipio le-  
goque, *duo brachia instituit ducere, et ita dirigere.* *Davis.* cur. sec. Per-  
peram Davisius *duci* mutare conatur  
*in ducere.* Sæpissime occurrit illa  
conjugationum variatio: ut pluribus  
docui ad B. Civ. I. 32. ‘Omnia per-  
misceri mallent, quam imperium di-  
mittere,’ et alibi. Rectius Lipsius  
*dirigere* conjectit; quod reciparem, si  
Mss. addicerent. Forsan invertendus  
est ordo; *duo brachia instituit eri-*  
*gere, et ita duci.* Erigi dicuntur om-  
nia, quæ aliqua fiunt altitudine.

7 *Id hac r. o. instruebat]* Ita Rhell.  
Gland. Ciacconius et vulgo legunt;  
cum inveniretur in Aldinis, Gryphi-  
anis et aliis, *is hac r.* In Leid. sec.  
Dorv. et Edd. Rom. Med. Ven. Be-  
roaldi, Vasc. Steph. aliis, *hoc hac r.*  
*opus.* At Ms. Urs. ii, quo facit Seal.  
e quo sic notavit D. Vossius I. i.  
In Leid. pr. scribitur *In*, hac ratione.  
Quasi per pleonasmum præpositionis  
*in hæc* Hirtius extulisset: quomodo  
sæpissime in MSS. hanc præpositio-  
nem addi aliquoties monui. Vide  
nunc modo ad B. Civ. I. 22. Verum  
*in* et *ii* sunt potius reliquæ verbo-  
rum, quæ exciderunt; nam in Peta-  
viano codice diserte habetur *ut ad*  
*ang. d. sin. ej. op. conveniret latus unum.*

*Hac r.* Quod admittendum videtur.  
Dein quod *instituebat* emendat Ciac-  
conius, id citra necessitatem, et contra  
Hirtii elegantiam fit. Adi om-  
nino ad B. Gall. VIII. 41. ‘vineas  
agere et aggeres instruere cœpit.’

8 *Instruebat]* Emendat Ciacconius  
*instituebat.* Quomodo et alibi loqui-  
tur Cæsar atque Hirtius. *Clark.*

19 *Acie]* Sic e Ms. suo describi vo-  
luit Ursinus; quod etiam secuti sunt  
postiores; et profecto consentiunt  
Mss. Scalig. Leidenses, et Dorvill.  
unde patet recte me e MSS. vetus-  
tissimis rescripsisse B. G. II. 23. ‘In  
sinistra parte acie’ ubi vide: dein  
*sub hostes stabat Leid. pr. et Scalig.*  
Male *S. seq.* vocabuli primo etiam  
adhæsit. Consule notata ad B. G.  
I. 21. ‘Sub monte consedisse.’

LII. 3 *In legionarios impetum fece-  
runt]* Non in legionarios, sed in equi-  
tes impetum fecerunt, ut ex sequen-  
tibus fit manifestum; unde Jul. Celsus p. 223. edit. Londin. *Juba et Scipio simul et Labienus summa vi equita-  
tum ejus invaderent;* unde describen-  
dum *in equites vel equitatum.* Men-  
dum ex compendiaria scriptura or-  
tum videtur, cum enim primo scribe-  
retur *in eq.* oscitans Librarius in *leg.*  
facile mutavit, unde nata lectio re-  
cepta. *Davis.* *In equites* in textum  
audacter recepit Clarkius. Tantum  
mihi sumere ego non sustineo, nam  
aliud quid latere potest, ut Julianos.  
Sic e. 40. et alibi.

5 *Aliter adversariis cecidit]* Joan.  
Glandorpius hinleam orationem cen-  
suit; quapropter supplevit *aliter*,  
atque existimarunt, *adversariis ceci-  
dit*; Joan. vero Goduinus, ut vara  
vibiam sequitur, *aliter* quam puta-  
bant *adversariis cecidit.* Sed nihil  
deest; prima vox id denotat, quod  
infeliciter et contra sententiam acci-  
dit: observat enim Eustathius τὰ μὴ  
κατὰ γνώμην ἡ εὐχὴν συμβάντα, ἌΛΛΩΣ  
ἀποβεθηκέναι. Quin et ‘alter pro-

non bono ponitur, ut in auguriis altera cum appellatur *avis*, quæ utique prospера non est; quæ Festi sunt verba, *Davis*. *Virg. Æn.* II. 428. ‘Dis aliter visum.’ *Justin.* II. 13. ‘Si aliter eventus ferat.’

12 *Prospectu obsecisset*] Sic primus rescripsit Scaliger, cum antea legeretur *prospectibus offec.* quod Goduino placet, et restat quoque in Dorvill. et Gallic. De antiquo Dativo in *u*, Cæsari præsertim proprio, vide *Cellarium* et me ad *B. G.* I. 16. Sed *prospectui* hic Petav. *prospectum* Scagli. *prospectum abstulisset* Reg. Gallic. cum antiqua Ed. *prospectum offendisset* Reg. Gall. et Vict. ac Leid. sec. Active. V. *Cellar.* ad c. 61. ‘prospectum impeditum’ habemus supra c. 40. et *B. G.* II. 22. Sed singularis et elegans est lectio Leid. primi *prospectum infecisset*, obfuscis scilicet tenebris. Claudian. I. in *Rufin.* 130. de Megæra ‘Hinc dea prosiluit, Phœbique egressenos Infecit radios.’

13 *Juba cum Labieno capti*] Syllepsis est. Sic apud Apuleium Florid. III. ‘Musa cum Minerva judices astitere.’ Dictys Cretensis II. 6. ‘Ex consilii sententia Achilles cum Ajace ad Telephum pervenient.’ Et c. 20. ‘Ulysses cum Diomede profecti ad Priamum.’ Sic et passim idem scriptor, ut et interdum præstantissimus quisque. Vide Fr. Sancutum Min. IV. 10. et Jac. Perizonii addit. p. 823. (717.) *Davis*. *Apul. Met.* I. III. p. 60. ‘Vector meus cum asino capita conferunt’ male Ed. *Scriverii et asinus*. Adde Cel. Burmann. ad Ovid. *Met.* I. 319. ubi ‘Denicalion cum conjuge numina montis adorant.’

18 *Curioniani*] Ita recte restituit Lipsius Elect. II. 22. quem securus est *Cellarius*. Intelligentur enim milites, qui cum Curione fuerant. Al. *Curiani*. *Clark*. V. c. 40.

LIV. 11 Quo ceteri dissimiliter se gerant] Vocem penultimam in bonæ

*Delph. et Var. Clas.*

fidei libris desiderari testatur, et abesse posse monstrat J. Fr. Gronovius *Observ.* IV. 14. p. 227. *Davis*. At in Buslid. quidem non comparet. Cum tamen eam repræsentent Petav. Norvic. aliique Msti, nec aliter loqui soleat Hirtius, omnino retinendam puto. *Davis*. cur. sec. Mei quoque se retainent. V. etiam Gronov. ad *Liv.* XXXIX. 54. ‘Neque illos recte gessisse.’ Ex ejusdem Gronovii sententia legi deinceps posset *milites contra Remp. populi Ri*. Vide *ibid.* in Obs. et Viros doctos ad *Vellei*. II. 16. sed ut *magistratus populi Romani, senatores populi Romani, Sacerdotes pop. Ri*. ita etiam dicuntur *milites populi Romani*. Adi omnino Heins. et Burm. ad *Vellei*. II. 69. V. etiam c. 97. et ad *B. G.* I. 3. ‘a senatu populi Ri.’

19 *Quantum potest*] Mox rursus et *quantum potest*. Sed hic *potes* et *infra potestis* habent MSS. *Dorvillii* et Edd. omnes ante Ursinum, qui *potest* e suo Codice reponi voluit, quodque Scaliger et seqq. secuti sunt. *Potes* primo loco etiam Petav. et Leid. sec. at idem cum Cujac. dein *potest*. Scagli. *pro eo et mox peto*, ut utroque loco habet Leid. primus. Non dubium mihi est, quin utrobique legi debeat *quantum poterit*; veteri formula, apud *Comicos* frequenti. Vide G. J. Voss. de *Anal.* II. 21. et me in *Observ. Crit. ad Apul. Metam.* I. VIII. p. 161. ‘Accubueram quam poterit tutus.’ Dein MSS. *Scal.* et *Leid.* pr. *itemque te, a Fonte, &c. te ab exercitu dimitto*, eleganti et efficaci repetitione, quæ est notissima.

23 *In meo exercitu beneficio, non virtute*] Forte, transpositis vocibus legi posset *in exercitu, meo beneficio, non virtute* (vestra). Sed et proba est vulgata lectio. *Clark*.

25 *In seditione concitandi milites*] Codices plurimi *concitandisque militibus*. *Clark*. *Lego in seditionem*. *Davis*. cur. sec. Vulgata lectio est partim

*Cæsur*

5 K

e conjectura Ciacconii, quam Scaliger primus admisit, partim ipsius Scaligeri. Antea edebatur *in seditione concitandisque militibus adversariorum nostrorum Imperatoris.* Et sane *concitandisque militibus* retinent MSS. mei omnes: quod nequaquam mutare debuerat Scaliger. Rectius Ciacconius *adversus restrum Imp.* emendavit, quod firmatur a Dorvill. *restrorum Scalig.* Cod. Forsan *advers. restr. Imp.* e *Glossa* inrepserunt.

30 *Singulis non a. singulis additis servis]* Codices nonnulli Et singulos, non amplius, &c. Quod perinde est. Clark. Ex Petav. et Norvic. legendum et singulis non amplius singulos servos additos. Vide nos ad c. 45. Davis, cur. sec. *Singulos additos seruos exhibent quoque Scalig. et Leiden-ses, ac 2. Gallicani cum Ursin.* quare id reposui. *Singulos, non.* Edd. primæ: quasi singuli essent impositi in singulis navibus: ita ut 5. navibus fuerint remissi, quomodo etiam Celsius sumsit, qui eos non nisi cum singulis servis separatim in navibus asportandos inponerent. *Seruos* est in Ed. Elzev. quod non capio. Non male Cod. Dorvill. cum tribus Gallicanis, Edd. Aldi, Vascos, Gryph. Manut. Steph. et aliis et *ad singulos n. amp. singulis additis servis.* Sed optimorum Codicuum lectio sequenda. Si enim servos additos singulis imposuit, etiam ipsos simul, quibus additi erant, imposuit.

31 *In nave inponendos]* Ita exhibent vel *nave* MSS. mei cuncti cum Edd. primis aliisque veteribus. Et sane *inponere in loco dixisse veteres aliqua exempla docent.* Adi Celeb. Viros Dukerum et Drakenb. ad Liv. I. 18. 8. Nepos in Cim. c. 4. ‘ut numquam in eis custodem imposuerit.’ Sic enim MSS. Nihilominus *inponere in navem* multo frequentius dicitur, quam *in nave:* si modo ulla alia exempla τοῦ *in nave dari possint.* Losius ad Nep. vit. Dionis c. 4. *in naves inposuit* monet in nonnullis esse

*in navi.* Sed corruptum hoc ex Aeus. *navis.* Confer notata ad B. Civ. III. 14. ‘legionibus in naves inpositis.’ Praecedit hic *in naves inposuisti.* Dubito ergo, an non et hic *in navem* scribi debeat, ut certe jam ediderunt Vascos. Gryph. post. Stephanus et Strada.

LVI. 1 *Promotisque eo usque, ut telum]* Ms. Norvic. *promotisque usque eo, quod telum,* unde rescripserim *promotisque eo usque quo telum,* quemadmodum exhibent editi. Steph. et Vascos. Davis. Reponendum existimat Davisius, *quo telum, &c.* Atque ita quidem scriptum est in MSS. Reg. et Vossii. Sed hoc perinde est. Illud autem ait Hirtius; *ut (vel quo) telum tantum non ex oppido adjici posset.* Clark. *Usque eo* habent plerique libri, quare restitu. Sic B. Hisp. c. 15. 24. 34. *usque eo, ut, &c.* Cie. pro Arch. c. 9. Veget. I. 20. ‘Usque eo, ut sagittarii:’ ubi etiam in MSS. plurimis, sed recentioribus *usque adeo.* Cort. ad Sall. B. Cat. 49. ‘usque eo, ut,’ &c. *ut deest L. pr.* Quod etiam Petav. quo Seal. Leid. sec. et Dorv. quod idecirco rescripsi. Dein *abici* vel *aljici* est in MSS. omnibus et Edd. primis, item Beroaldi aliasque: idque probare videtur Brantius. Sed qui Caesar potuit prohibere, ne hostes ex oppido telum jacerent? hoc enim notat *aljicere.* Vide ad B. Gal. III. 56. ‘telis ex vallo abjectis.’ Cl. Burm. ad Sueton. Ner. c. 34. Dicit ergo Hirtius brachia illa eo usque ad oppidum promota esse, ut tamen extra iustum teli essent, et telum eo usque *adjici* non posset. Non plane capit etiam Clarkius, et sine exemplo *non pro tantum non.* *Adjicere telum* est ita jacere, ut feriat scopum. Adi ad B. G. IV. 23. ‘Uti ex locis superioribus in litus telum adjici posset.’

6 *Notissimumque]* Forte *nobilissimi-que.* Sic enim jam infra *nobiliores,* &c. Sed et vulgata lectio non mala. Clark.

**12 Sub potestate dati, occasione capta]** Scio, hæc defendi posse pro sub potestatem, vel Ablativum poni, quia jam erant redacti. Vereor, tamen ne non profectum sit ab ipso Hirtio; non quod negem locutionem dare aliqui sub potestatem; sic enim dare in servitutem alicui, et similia saepe occurunt: sed quod MSS. vocem dati satis damnant. Certe in meis omnibus et Edd. primis scribitur *dati potestate*. Pro *capta* in Leid. pr. et Ed. Flor. est accepta: at Petav. et Edd. Rom. Ven. ac Med. duta. Unde suspicor olim fuisse sub *Heimps. r. e. potestate, data occasione*, i. e. oblata.

**15 Proxime Uzitæ]** MSS. Reg. et Eliens. proxime locum *Uzite*. Ut forte legi possit, proxime oppidum *Uzitæ*. Clark. Petav. et Norvic. dant proxime locum *Uzitæ*. Cum Lipsio scripserint proxime *Uzitam*. Davis. cur. sec. *Locum* addiunt MSS. Urs. et mei omnes; sub quo Accusativum alium latere mihi non dubium est; sed quem non facile dixerim; licet multi effungi possent. In planicie erat situm *Uzitæ* oppidum. ‘*Proxime Rhenum*’ B. G. 1. 54. ubi vide.

**LVII. 5 Quum nihilominus ejus sermonem nuncius ad se referret, restaretque, ut reliqua]** Edit. Rom. Ven. Beroald. repræsentant cum autem nihilominus ejus sermonem nuncius ad se referret, diceretque ut reliqua: Ms. Norvic. quum nihilominus ejus sermonem nuncius ad se referret, sed restare ut reliqua. Ex quo codice mihi rescribendum videtur quum nihilominus ejus sermonem nuncius ad *Scipionem* referret, se restare, ut reliqua, &c. Mendum in Hirtio procreavit compendiaria scriptura, nam in Cod. scriptum putarim ad sc referret, quod imperitus Librius in se facile mutavit, cum *Scipionis* nomen esset exarandum. Hæc sane conjectura Ciacconiana est præferenda, qui, multis vocibus omissis, reponit quum nihilominus ipse restaret, ut reliqua. Hallucinatus etiam est

Joan. Glandorpius, qui emendat cum ejus sermonem nuncius ad Sasernam referret, quasi Aquinus et Saserna per internuncios fuerant collocuti. Davis. Nuncius ad se referret; scil. ad *Scipionem*. Davisius conjicit scriptum fuisse initio, ad *Sc.* (nempe, ad *Scipionem*;) mutatumque id Librarium incuria in, ad *Se.* Sed ista conjectura nihil opus est. Nam illud, se, potest tam Latine cum Antecedente remotiori, *Scipio*, quam cum propiori, nuncius, reciprocari. Vide quæ supra annotavimus ad c. 49. ad viii. 50. et ad 1. 20. Quamobrem et male emendat Goduinus, ad *Eum*, &c. Frustraque Rhellicanus negat putare se Hirtium tam ineruditum et male Grammaticum fuisse, ut reciprocum pronomen *se* ad *Scipionem* retulerit. Lepidusque plane est idem Vir doctissimus, cum voces istas *nuncius ad se referret*, interpretatur *nuncius in se reciperet*, siquid inde incommodi accipendum foret. Ridicule prorsus. Nec multo melius Cellarius; qui interpretatur, *Scipionis mandatum nuncius Aquino adferret*. Dein restaretque ut ediderunt Scaliger et Recentiores. Et est (ut in loco dubio) lectio maxime commoda. MSS. plerique habent *diceretque ut*, &c. Corrupte. Goduinus et Davisius ex aliis Codicibus emendant *se restare*, ut. Quod ferri potest. Quamquam vulgatae lectioni non videtur præferendum. Clark. Quum autem nih. &c. est quoque in MSS. Reg. Leid. sec. et Edd. Mediö. Pro ad se Leid. sec. et Dorvill. ad *eum*. Ad illum Edd. Vase. Steph. &c. quæ omittunt *nihilominus*. Diceretque est in vulgatis omnibus ante Scalig. et Leid. sec. se restare dixit habet Dorvill. sed restare Scalig. Leid. pr. Cujac. Petav. et Ursin. Verissime: quod miror non cepisse interpres. Sunt ipsa verba Aquinii, unde apud Celsum respondit: ‘Et stabo inquit adhuc, donec expleam, quod incepi?’ Restare notat, perma-

nere, in eodem consistere loco. Ut notissimum est. Dixit itaque Aquinus ‘sed restabo,’ &c. quasi vellet dicere: *Mandet quid velit Scipio. Non curo, sed persistam et maneo hic, ut reliqua peragam in colloquio.* Vide Viros doctos ad Liv. iv. 58. Si quis tamen e Dorvill. velit *se vel sed se*, per me licet. Clarissime autem liquet e Cod. Dorvill. et Celso, *diceretque natum esse ex adjecta glossa dixit, quæ sæpiissime cum alibi tum in his commentariis in textum inrepsit.* Adi ad B. G. i. 17. Insuper pro *quæ vellet* Leid. sec. habet *quæ ipse v.* Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. et alia *quæ v. ipse p.* Sed Cujac. Scalig. Petav. Leid. pr. *quæ si vellet.* Forsan *quæ sibi vellet.* Dein loco *τοῦ postea* scripsi *præterea* fide MSS. eorumdem, uti et Gallicormm, Dorv. Leid. sec. et Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et Stradae.

9 *Usu venisse hoc civi Rom. miror]* Ultimam vocem nesciunt Cujac. et Petav. Eam igitur dele, posita ad periodi finem admirationis nota. Vide Grævium ad Justini ii. 14. et Ambrosium de Virgin. ii. 5. *Davis.* cur. sec. Egregii etiam Codices Scalig. et Leid. primus non agnoscunt verbum *miror.* Eleganter profecto. Frequenter enim ita *Insinitivus* adhibetur absolutus in admiratione apud Comicos optimosque quosvis scriptores: ut docuerunt Gronovius, Graevius, Dukerus, aliquie. Monendum id quoque habui ad Lucan. v. 695. ‘*Mundi jam summa tenentem Permississe mari.*’

13 *Casis—civibus]* Hoc est, tum cum concives ejus adeo frequentes occiderentur. *Clark.* Vulgatam lectionem solus servat e meis Leid. primus. *Cæsar is* est in Petav. Leid. sec. Dorvill. et Edd. primis, quin etiam Cujac. et Scalig. habent *Cæsar is*, resectis ceteris *eiusdem p.* *civibus incol. rev. malle.* pro quo *velle* est a manu prima in Dorvill. Celsus etiam

tantum habet *Jubæ regi barbaro potius quam Imperatori exercitus pop. Romani paruisse.* Certe illa *casis ejusdem partis civibus in mendo cubare mihi videantur.*

15 *Parvumque senatorem]* Senatorem non valde nobilem *parrum* dictum fuisse non memini; ut videtur, nec immerito hanc locutionem carpit Dodwellus Diss. de Jul. Celso § 8. Sed quod hic scriptori, nos Librariis imputamus; nam legendum puto *hominem novum pedariumque senatorem.* Pedarrii senatores sunt ii, qui nondum majoribus honoribus functi fuerant. Vide sis Agellium iii. 18. *Davis.* cur. sec. Cave, cum Davisio quid mutet. *Parris senator* dicitur, ut contra apud Horat. Ep. 4. *Magnus eques.*

20 *Factum est]*<sup>1</sup> MSS. Reg. et Vossii et Editt. Vett. *factum est illico, &c.* *Clark.* *Est non comparet in Leid. pr. esse Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. illico etiam Leid. sec. Edd. Mediol. Ven. et quas modo nominavi. Scribo Itaque *factum illico*, ut Scipio ad album sese &c. pro quo Edd. primæ et Beroaldi inepte *alium repræsentant.**

LVIII. 2 *Supercilium quoddam excelsum nacti non longe a Cæsar is castris]* Supercilium locum eminentiorem, seu summitatem denotat. Sic apud Virgilium Georg. l. i. 108. ‘*Eece supercilio clivosi tramitis undam Elicit.*’ Ubi Servius, ‘*alitudine,*’ inquit, ‘*summitate terrarum.*’ Hoc cum fuderet eos, qui curarunt editt. Rom. Med. Ven. Beroald. hic locus in iis Codd. sic legitur, *super alium quendam excelsum natura locum non longe a Cæsar is castris, corruptaque hæc lectio Joan. Rhellicanum fecellit.* *Davis.*

18 *Quem suis impedimento]* Sic edit. Rom. Ven. Beroald. at in Msto Norvic. legitur *quem suis ipse adjumento:* sed multum praestat lectio recepta, ut ipsa res ostendit: nam necesse est, ut locus *impeditus concursum impeditat.* *Davis.*

LIX. 1 *Quemadmodum fuerint*] Ita restitui ex MSS. duobus. Nec satis mirari queo editorum omnium dormitionem, qui ediderunt *quemadmodum* fuerunt. Quod hoc significat nequaquam Latinum est. Clark. Legendum *fuerint*, quod, ut observavit Clarkius, exigit Latini sermonis ratio. Quin et Gryphius et Lugdunenses 1576. ita ediderunt. Davis. cur. sec. *Fuerunt* defendi posset ex notatis ad B. Civ. II. 31. § 11. Verum tamen MSS. quoque hic sequor: nam *fuerint* exstat in Leidensibus, Scalig. Dorvill. et Edd. Vascos. Steph. Gryph. postiore, non prima, item Stradæ.

5 *Simplex esse acies media a legionariis militibus videretur*] Suspecta videtur illud a. Quid si legatur *ex?* Sed Codices desidero. Clark. Voces a legionariis militibus importunas arbitrari, nec ab Hirtio scriptas: non enim agitur, ex quibus militibus constare censeretur acies media, sed qualis appareret, simplexne an duplex. Davis. cur. sec.

15 *Obposuerat*] Ms. Reg. posuerat. Quod eodem reddit. Ante præterea MSS. Reg. Eliens. et Vossii pro propria. Edit. Rom. postea. Clark. Lipsius margini adlevit *apposuerat*. Frustra. Idem enim notat. Vide supra ad c. 39. Præterea vero edidi, auctoritate Mstorum omnium et Edd. Vascos. Steph. Gryph. post. &c. *postea* etiam Mediol. et Ven.

LX. 2 *Ordiar, &c.*] Valde hic turbant MSS. et Edd. Leidensis primus exhibet, ordinare perveniam. *Habuit legionem IX, VIII in sinistro cornu, XX, XXXVIII, &c.* Omissis intermediis de dextro cornu. Leid. sec. Dorvill. Edd. Rom. Mediol. Ven. *Ordinaret ad dextrum legionem IX et VIII, in sinistro cornu XXX, XXVIII, &c.* Rhellicanus legit *Ordiar* et ad d. perv. *Habuit legionem IX, VII in sinistro cornu, Trigesimam Vigesimam nonam, &c.* Quidquid sit pro VII, dant VIII seu octavam etiam Scalig. Petavian. et Edd. Florent. Vascos. Steph. Gryph. post.

et aliæ, ut et statim XXX, XXVIII: XIII, XIV, XXIX etiam Petav. Scalig. Leidenses; et alii. In media acie pro XXIX trigesimam tertiam exhibent Edd. primæ Flor. Vasc. Steph. &c. pro VII ergo rescripsi VIII et pro XXIX in dextro cornu XXIX; at in media acie XXIX.

5 *Ipsum autem dextrum cornu, secundam aciem fere, &c.*] Locus ab interpretibus vexatus. Ms. Norvic. habet *ipsum autem dextrum cornu, secundam autem aciem fere:* Editt. Rom. Ven. *secunda acie fere.* Joan. Glandorpio legendum videtur *ipsum autem dextrum cornu et secundam aciem fere in earum legionum et cohortium parte collocaverat.* Aliam nostri sanandi viam institut Fulv. Ursinus, cui placet *circa ipsum autem dextrum cornu.* At, nisi fallor, nec his nec aliis emendationibus caret Hirtius: integrum enim arbitrari vulgatam lectionem, et *ipsum dextrum cornu* idem valet, ac ad ipsum dextrum cornu quod attinet. Vide quæ notavimus de Bell. Gall. I. 39. *Davis.* Ursinus, ex conjectura, legit, *Circa ipsum autem, &c.* Atque ita plane scriptum est in Ms. Regio. Sed nihil opus. Subintelligi enim potest, *circa, ad, vel quoad:* aut per Appositionem conjungi possunt, *dextrum cornu, et, secundam aciem.* Editt. Vett. habent, *Ipsum autem dextrum cornu, secunda acie, &c.* in Ms. Eliensi est, *secundam autem aciem, &c.* Tumque aliiquid deerit, hoc modo: *Ipsum autem dextrum cornu\*\*\*\*;* *Secundam autem aciem, &c.* Judicet Lector eruditus. Clark. *Ipsum dextrum cornu, secundam aciem per adpositionem capit etiam Rhellican.* In Leid. primo hæc ita concipiuntur, *Fere ante ipsum d. cornu secundum autem aciem fere earum l. partem coh. ordinaverut.* Sec. autem aciem etiam in Scalig. In Dorvill. *circa ipsum autem d. c. secundum aciem.* Circa addit quoque Leid. sec. *Secunda acie fere* Ed. Med. Melisce non expeditio, et locum emendandum sagiori-

bus relinqu. Proximum vero videatur e Ms. Leid. pr. *Fere ante ipsum vel ipsum ante d. cornu secundam aciem e VETERANARUM legionum parte coh. vel secunda acie Vet. leg. partem coh. coll.* iisque adjecerat paucas cohortes ex legionibus TIRONUM. Ceterum legionibus deest MSS. meis omnibus. Quæ vox facile subintelligi potest. Sic c. 75. ‘a suis castris, milia passuum v. a Scipionis’ atque ita c. 76.

8 *Ad aciei suæ medianam legionem*] Neque hoc capio. Vide num *regionem* e Leid. sec. placere possit. Vel lege cum Lipsio mediae legiones.

9 *Sinistrum, &c.*] Hæc usque ad suum d. latus desunt in Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *Suum abest a Leid. pr. sinistri sui. Pet.* An sinistri sui cornus? ut subintelligatur acies. Apud Lucanum ita ‘Cornus tibi cura sinistri’ l. vii; ubi vide: *esset non agnoscunt Leid. sec. nec Dorvill.*

10 *Quod dextrum suum latus munitionibus adjuvabat*] Ex Msto Norvic. omnino rescribendum munitionibus adjuvabatur. Fulv. autem Ursinus ex suo Codice rescribit uti dextrum suum latus munitionibus adjuvaretur. Davis. Primo, pro eo quod edidit Scaliger, adjuvabat; recte reponit Davisius, ex Ms. Eliensi, adjuvabatur. Deinde observandum, in MSS. Reg. Vossii et Ursini, omissa voce laborabat scriptum esse; *Id eo consilio fecerat*, ut suum dextrum latus munitionibus adjuvaretur, sinistrum autem ut equitatus hostium multitudini resistere posset: eodemque, &c. Quid si, collatis utrisque lectionibus, hoc demum modo legamus? *Id eo consilio fecerat*, (quod suum dextrum latus munitionibus adjuvabatur,) ut sinistrum equitatus hostium multitudini resistere posset: eodemque, &c. Clark. Cum MSS. Reg. Voss. et Urs. consentiunt Edd. primæ, Vascos. Gryph. post. Steph. et Stradæ, uti et Ms. Dorvill. nisi quod secundo loco non habeant *ut*. Clarkianæ autem emendationi suffragantur

Brutus et Edd. Beroaldi, Aldi, Gryph., Manutii, nisi quod pro *ut sinistrum dent sinistrum autem*. Variant mei codices: *Ut pro quod legitur in cunctis: pro adjuvabat Scalig. adjuvaret.* Leid. sec. et Dorv. cum Urs. Cellario probante adjuvaretur. Leid. pr. cum Pet. adjuvabatur: quare id restitu sensu postulante. Paullo post *ut* deest in omnibus, sed post *multitudini extat uti* in Leidensibus, Petav. et margine Gryphii, omnino bene. Laborabat etiam agnoscunt Petav. et Leid. sec. cum codem margine: *laborat Scalig. et Leid. pr.* Ni fallor, sanum jam locum feci scribendo, *Id eo consilio fecerat*, quod suum dextrum latus munitionibus adjuvabatur: *sinistrum autem, equitatus hostium multitudini uti resistere posset, laborabat.* Verum notandum insuper in Petav. Scalig. et Leidensibus exarari *resisti:* quod si admittas, *sinistrum*, in accusativo capiendum erit pro *ad vel quod ad sinistrum*.

16 *Loci certis*] Ms. Norvic. *locis ceteris*, perperam sane: ea tamen varietas fuit notanda, ut memores sint Critici, has voces crebro inter se confundi. Sic supra c. 54. ubi in edit. ‘memor—rapinarum certorum hominum;’ in Msto Norvic. est *ceterorum*. Vice versa, apud Chalcidium p. 5. edit. Meursiana legitur *a certa functione operis cessantibus*, cum reponi debeat *a cetera functione*, ut ostendit Plato, qui Tom. III. p. 18. edit. Steph. τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἀγοντας σχόλην dixit. Davis.

lx. 2 *Forte*] Non damnarem hanc vocem, si in Mstis fide dignis reperiatur: at in nullo meorum occurrit. Leid. enim sec. et Dorvill. *Forsan acciderit.* Petav. Scalig. et Edd. Vascos. Gryph. post. cum Stephano, *forsitan*. Bene: nec tum displicet *acciderit*. Solent enim *forsan et forsitan* adsciscere subjunctivum. Adi Cel. Burm. ad Petron. c. 130. ‘*Forsitan* animus antecesserit corporis moram?’ et sæpius ad Ovidium. In Leid.

primo legitur *forsitan id tempus*. Quasi fuerit olim *forsit ante id t.* De qua voce adi Broukh. ad Propert. II. 7. 33. Ceterum *die pro diei rursus legitur in Cod. Scaligeri.* Adi ad B. C. II. 23.

*4 Dum capisset]* Hoc loco Ciacconius defendit alterum c. 88. ‘Qui dum anima nondum exspirat concidisset?’ ubi in nonnullis est *quum.* Sed male. *Dum cum tempus notat*, quo quid accedit, Indicativum habet. At saepe corruptum esse in auctoriibus vidimus ad Frontin. I. 5. 7. Ade Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Illustr. c. 8. § 4. Cl. Duk. ad Flor. III. II. 7. Drakenb. ad Livii I. 40. § 7. hinc emendat e Ms. Ultraj. Val. Max. III. 3. § 2. ‘Qui dum legationis officio fungitur.’ Sic etiam MSS. Harl. et Leid. non fungeretur. Quare apud Hirtium quoque *quum malo.* Plura vide ad c. 88.

*17 Quod proprium]* Primam voculam, utpote delendam, uncinis cinxit Jos. Scaliger; sed non opus est, ut viro summo aures præbeamus, ea enim particula vim adversativam interdum obtinet, ut observavit Ald. Manutius ad B. C. II. 16. *Proprium autem gaudium* est perpetuum, sive diuturnum. Nonius Marcellus p. 390. ‘*Proprium, diuturnum:—Proprium significat rursum perpetuum.*’ Noster hujusce libri c. 32. ‘*Victoriā propriam se eis brevi daturum pollicetur.*’ Corn. Nepos Thrasyb. c. 4. ‘*Parva munera, diutina; locupletia, non propria esse consueverunt.*’ Vide et Servium ad Virgilii Æn. III. 85. et Æn. VI. 871. *Davis.* *Quod proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decrevit:* Scaliger vocem *Quod delendam existimat.* Perperam admodum. Perit enim, sine ea, sententiæ venustas omnis atque connexio. Davisius retinendam voluit; quod ea particula vim *adversativam* interdum obtineat. Sed et ipse fallitur. Ac nodum profecto in scirpo quæsiverunt Viri doctissimi. Est

enim hoc in loco plane nomen *Relatum.* Quod *gaudium* (nempe prælii equestris secundi,) *fortuna* tamen *proprium* (hoc est, *perpetuum;*) *tribuere non decrevit.*

*19 Cum parte equitatus]* Syntaxis postulat, ut legamus *cum partem equitatus*, quemadmodum exhibet Ms. Regius, testante Joan. Goduino. Mutata igitur distinctione, rescribendum *quum partem equitatus sui—misit, in itinere, &c.* *Davis.* *Cæsar*, cum parte *equitatus sui,—misit: in itinere, &c.* *Davisius*, ex conjectura, Syntaxi postulante, reponit; *Cæsar* *quum partem equitatus sui—misit; in itinere, &c.* Quæ quidem optima est conjectura; et firmatur, atque etiam emendatur eo, quod in Ms. Vossii scriptum repperi; *Cæsar* *quum partem equitatus sui—MISISSET; in itinere, &c.* Interim tamen defendi quodam modo posse videtur lectionis vulgatae Syntaxis; *Cæsar*, cum parte *equitatus sui,—misit* (*subintell. milites.*) *In itinere, &c.* *Clark.* Pro nota mea pone: *Cum parte equitatus sui Leptim, frumenti gratia, misit. In itinere, &c.* *Frumenti gratia* non agnoscitur a Petav. Cujac. et Norvic. Voss. autem et Gryph. exhibent *partim—misisset.* Lege igitur *cum partem equitatus sui Leptim misisset; in itinere, &c.* *Davis.* cur. sec. *Partem* habent Leid. sec. et Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et aliæ. *Pro frumenti gratia* dat Dorv. *frumentandi* et Leid. sec. *caussa.* A reliquis absunt etiam et a Leid. pr. etiam Verbum *misit.* *Cum parte misit mihi sincera videntur.* Forsan *frumentarios vel frumentatores quum misit, in itinere, &c. predat.* Qui *equites* est in Petavian.

*25 Iter officere]* Rhellicanus emendat, *interim officere.* Sed nihil opus. *Clark.* *Iter officere non intermittit.* Archaismos in nitido scriptore non admiserim. Igitur vel *iter deleo*, quod nescit editio Gryphiana; vel lego *adversariorumque excursionibus ita*

*officere non intermittit; ductis nempe per campum vallo fossaque. Davis. cur. sec. Iter abest a Vascos. et Steph. ac Strada Edd. prospectui officere dixit etiam supra c. 52: ubi in aliis prospectum tamen, et vide. Nihilominus dele iter vel ita lege: officere est in Leid. sec. ac Beroald. et aliis Editis: iter nullum hic locum habet.*

**LXII. 3** *Ibique Getulis remigibus epibatisque complet, insidiandique gratia progressus] Ms. Norv. illamque, &c. complet, insidiandique gratia ab Utica progressus; quæ quidem lectio cum Hirtii simplicitate melius videtur convenire. Eam sane animo proniore recipio, quod editt. Rom. Ven. Beroald, duas illas voces exhibeant, quas ex Msto Norvic. adserni. Davis. MSS. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. ab Utica progressus. Quod probat Davisius, ut Hirtii σαφνελα et simplicitati congruens. Clark. Illamque ut et ab Utica confirmatur a Codice Pet. quare ita reposui. Immo ab Utica agnoscent etiam Leid. sec. Dorv. et Edd. Vascos. Gryphii, Steph. aliaeque.*

**7 Ad Thapsum versus]** Hæc lectio est a Msto Norv. ac editt. Rom. Ven. Beroald. cum in vulgg. omissa præpositione, scribatur *Thapsum versus. Davis. Ad Thapsum versus.* Ita recte restituit Cellarius, et Davisius, ex Ms. Eliens. et Editt. Vett. Consentunt MSS. Reg. et Vossii. Vulgg. omitunt, *ad. Clark.* Videtur typographico errore excidisse *ad e Scal.* Ed. nam MSS. omnes et Edd. priores præpositionem eam agnoscent. Atque ita saepe Cæsar et Hirtius cum aliis. Vide Cellarium ad c. 23. et supra ad vi. 32.

**12 Cum classe se longius a prospectu removit: reliqua classis in salo ad Leptim]** De hoc loco sic scribit Ph. Rubenius Elect. II. 4. Prior narratio expungitur damnaturque a sequenti. Si Aquila cum classe angulum nactus est, quomodo adjicit *reliqua classis in*

*salo ad Leptim?* Sed auctor culpa vacat, et editio prisca verissime scribit et ordinat: ‘*Aquila tempestate jactatus, cum classe propius promontorium superare non potuit: atque angulum quemdam tutum a tempestate nactus, se longius a prospectu removit.*’ Cur hæc mutata? nam Aquila solus angulum illum cum navi sua cepit; reliqua classis ad Leptim appulit. Hactenus vir eruditus, enjus fidem aliquatenus firmant editt. Rom. Ven. Beroald. in iis enim legitur: *Aquila tempestate jactatus, cum classe propius promontorium superare non potuit, atque angulum quendam tutum a tempestate nactus, cum classe se longius a prospectu removit. Davis.* Aut voices istæ *cum classe intelligenda sunt cum parte classis, scilicet cum navibus aliquot:* aut recipienda erit Rubenii lectio, cui favent Editi aliquot veteres: ut transpositis nimirum vocibus istis *cum classe* hoc modo scribatur tota periodus: *Aquila t. jactatus cum classe promontorium (al. propius promontorium) superare non potuit. Atque ang. q. tut. a temp. nactus se (id est, navem suam) longius a pr. removit. Reliqua classis, &c. Clark.* Cum primis editis consentit de more Med. Illa verba *cum classe* omnino transponenda duco. Favet Leid. pr. qui se non habet.

**15 In oppido progressis]** In OPPIDO progreedi et vagari, paullo amplius est, quam oppidum adire vel in OPPIDUM progreedi. Quemadmodum quod dixit Poëta, *Pilam proiecit in herba, amplius est quam si dixisset, Pilam proiecit in herbam.* Vide supra ad iv. 12. Quamobrem minus recte faciunt, qui emendant; *in oppidum. Clark.* In oppido *victus sui mercandi gratia progressis: Gryphius edidit in oppidum. Lege in oppidum *victus sibi mercandi gratia progressis. Davis. cur. sec.** At jungi possent *in oppido *victus mercandi.** Verum *oppidum* est in MSS. Leidensibus et Edd. Vascos. Steph. Gryph.

post. et facile *oppido ex oppidum* antiqua pronunciatione nasci potuit. Ceterum videri posset hic primo loco scribendum esse *partimque*. Sed sollet in divisionibus Hirtius semel eam voculam omittere. Adi ad B. Alex. c. 29.

16 *Ex perfugis]* Rectius MSS. Ursin. Petav. Cuj. et Leid. pr. dant *perfuga*. Cæsariani milites non tot numero solebant perfugere. Saltem id dissimilant Cæsar et Hirtius. Rescripsi idcirco *perfuga*: præterea Leid. primus exhibit *a perfuga*. Vide ad B. G. vii. 83. ‘Ab his cognoscunt.’

18 *Ex Cothon egressus]* Ex portu arte facto; nam ‘Cothona sunt portus in mari, non naturales, sed arte et manu facti. Est autem et masculini et neutri generis: nam et cothon *hujus cothonis* facit, et cothonum *hujus cothoni*.’ Verba sunt Servii ad Æn. i. 431. *Davis*, et *Cellar*.

*Primo mane]* Ne dubita de veritate lectionis, quam servarunt Pet. Leid. pr. et Dorvill. *cum primo mune*. Quæ præpositio dein adhaesit seqq. *cum universa cl.* ut est in MSS. nonnullis et Edd. Rom. Mediol. et Ven. etiam non male, ut patet ex dictis ad B. Civ. i. 31. At *cum primo mane* ele- ganter. Sic Plaut. et Terent. ‘cum primo lucu.’ Vide Comm. ad Adelph. v. 3. 35.: et infra ad c. 95. ‘cum prima luce:’ de quo vide Clar. Burmann. ad Ovid. Am. iii. 14. 7. Cæsar et noster supra *cum nuncio exire*. Plura invenire potes apud Cort. ad Sallust. Jug. c. 68. ‘cum occasu solis educit;’ et in Lexicis. Mox *penteremes vel pentiremes, non penteres*, est in Ursin. Petav. Scalig. Leidensibus et Dorvill. ac cunctis Editt. ante Seal. Vide tamen, quæ diximus ad c. 47.

19 *Universa classe]* Codices nonnulli cum *universa classe*. Clark.

LXIII. 4 *Ibique moratus, omnes ut se naves consequerentur, primum ipse navigiolum parvum concendit]* Fulv. Ursi-

ni Codex *ibique moratur, omnes ut se naves consequerentur, postea ipse, &c.* Sic et MSS. duo Thuanæi, quam lectionem probat Joan. Goduinus. Ms. autem Norvic. *ibique hortatur, &c. post eo tempore parvulum navigiolum concendit*, ut legendum crediderim *ibique hortatur, omnes ut se naves consequerentur; postea ipse parvulum navigiolum concendit*. Edit. tamen Rom. Ven. Beroald. vulgatam lectionem retinent, quæ nihil habet absoni. *Davis*. Ego proprius paulo a vulgata lectione scripsericum equidem: *Ibique hortatus—consequerentur; primus (vel primum) ipse, &c.* Clark. *Moratur Leid. sec. et Dory. hortabatur omnes, ut se naves omnes Leid. pr. Sed hortatur Cujac. Petav. et Scal.* Unde sine hæsitatione recepi *hortatus*. Celeritati Cæsaris non convenit mora. Scriptum fuerat de more *ortatus*: inde Librarii nonnulli fecere *moratus*. Ex eodem fonte manavit istud *postea*, quod etiam obsidet Scalig. et Leid. pr. Codd. Dein *parvulum* exhibit Leidenses utrique, Scalig. Dory. et alii. Bene. Hoc enim Hirtio est proprium. Adi ad viii. 13. ‘secundis parvulis rebus,’ et *Davis*. ad c. 27. hujus libri.

10 *Contendit]* Codices nonnulli *cœpit*. Quod idem fere. Clark. Mei omnes rectius *contendit*.

13 *Triremem]* Leid. pr. *turrem*. Forsan *trierem*. Ut super ‘*penteris*,’ et c. 44. ‘*navis trieris*: ubi plura. *Custodibus autem* delebat Lipsius.

18 *Ea nocte]* Leid. pr. *eadem die*. Petav. *eadem nocte*. Opinor fuisse *ea de nocte*. B. G. ii. 7. ‘Eo de media nocte Cæsar,’ &c. Vide Malasp. et Graev. ad Cicer. Ep. Att. viii. 6. ‘*Epistola quam de nocte daturus eram*’ et Burm. ad Sueton. Aug. c. 97. ‘de nocte evectus est’

LXIV. 2 *Cum reliquis dimiserat, et postea]* Lege, postulante sensu, *cum reliquis dimiserat*. Hic *postea*. *Davis*. cur. sec. Frustra. Qui subauditur.

Vide cum alibi, tum ad Luean. vi. 728. ut et supra ad B. G. iv. 3. ‘Ubii quorum civitas et ampla, et paullo, quam sunt ejusdem generis,’ &c. pro et qui paullo.

8 *Se Nasidii classe captum*] Pet. et Norv. male dant *sed eum Nasidii classe captum*; nec melior est Gryphiana lectio, *se in Nasidii classe captum*. Nam Nasidius erat Pompeianus. Vide B. G. ii. 3. seqq. Scribendum vero *se a Nasidii classe captum*, prout recte Cujac. et Ursin. *Davis.* cur. sec. Edd. Vascos. Stephan. et aliæ *se in Nas.* perperam omnino ut notavit Davisius. Si enim in classe Nasidii fuisse, Vari non potuit beneficio servari; illi enim erant Pompeiani. Vide B. Civ. i. ii. Leid. sec. *se a ipsius cl.* Leid. pr. *se a navium cl.* Bene Cuj. et Ursin. *se a Nasidii cl.* unde Edd. Rom. Med. Ven. *sed Nas.* Recipi itaque *se a N. cl.* Alioquin a posset abesse. V. c. 61. § 4. *captus est in Leid.* sec. *captum abest a Dory.*

LXV. 7 *Recipit in castra*] Sic ex Msto Norvic. reposui: in aliis erat *recepit in castra*, quæ lectio minus convenit cum verbis præsentis temporis, quibuscum conjungitur. *Davis.* Recipit in castra. Davisius, ex Ms. Eliensi, (cui suffragatur Ms. Vossii,) emendat, *recipit.* Quod et Temporum ratio videtur postulare. Verumtamen in hujusmodi constructione, ubi tanquam præsens narratur res præterita, perinde est. *Clark.* Monitum hoc sèpissime. Mei hic etiam *recipit.*

10 *Atque ipse quotidie, — locis idoneis consedit*] Sic MSS. Reg. et Eliens. et Edit. Rom. Editi Recentiores, atque ibi ipse, &c. Perperam admodum et absurde. Non enim *ibi ipse consedit*; sed, castris duarum legiōnum *ibi factis*, *ipse quotidie certo intervallo in locis idoneis insidiaturus consedit.* Quod mirum Editores omnes fugisse, praeter unum Joan. Goduinum, alias minus scientem. *Clark.*

Secunda vox sententiam turbat, ea igitur deleta, lege *atque ipse quotidie*, prout Beroaldus edidit; ac ita dant Petav. Buslid. et Norv. Sic etiam Goduinus et Clarkius ex suis Codd. volvunt. *Davis.* cur. sec. Delevi τὸ ibi, consensu etiam Leidensium, Scal. Dory. et Edd. Ven. ac Mediol.

13 *Consedit*] Scalig. et Leid. pr. *considet*: ut scilicet respondeat τῷ facit. Sed verior lectio videtur *considit.* De quo verbo adi ad viii. 32.

LXVI. 9 *Suppetias occurrit*] Sic loquitur infra c. 68. Haec tamen φάσις Dodwello tam displicet, ut eam non ab Hirtio, sed a Celso interpolatore fuisse censuerit. Vide Diss. de Julio Celso § 8. Sed se nimis morosum censorem praestitit vir eximius; nam cum *suppetias occurrere* sit idem, quod *suppetias in tempore renire*; non est cur nostrum malæ Latinitatis incusamus. Adi J. Fr. Gronovium ad Senecam Controv. xi. p. 186. *Davis.* cur. sec. Vide etiam supra ad c. 39. c. 5. ‘*suppetias venire.*’ c. 25. ‘*suppetias proficiisci.*’ c. 39. ‘*subpetias ire.*’ c. 75. ‘*subpetias mittere.*’

LXVII. 1 *Quoniam frumenti inopia*] Ms. Norvic. quia *frumenti inopia premebatur*, et ea sane lectio æque placet ac vulgata. *Davis.*

11 *Pauci tritici*] Meliore jure Cl. Dodwellus hoc verbum reprehendere posset, quam reliqua: exemplum enim nescio apud aurei ævi scriptores, ubi *paucus* in singulari occurrat. Sed et Hirtium ita scripsisse non credo: *parum* est in Dory. Immo in optimo Leid. pr. restat bene *parvo.* Pro *recreato* Aicardus describere tentavit *recurato*, me non adsentiente.

LXVIII. 6 *Castris ex campo in collem ac tutiora loca collocatis*] Cum Lipsio rescripserim *collatis*; quod, ut opinor, linguae Latinæ ratio postulat. *Davis.* cur. sec. Recte *collatis* Lipsius. Ita in B. Alex. c. 6. *Castris castris collata,* in MSS. est perperam *collocata.* Dein reposui. *oppidum potitur pro op-*

*pido fide* MSS. *Scal.* Leid. pr. Vide supra ad c. 36. ‘*Castellum est potitus.*’

13 *Mutio]* Sic primus, quod sciām, Scaliger imprimi curavit pro *Biotio*. Qua auctoritate nescio. In Petav. est *Biocio*. In *Scal.* *Mocio* supra scripto u: ut credam, eum seuctum esse suum codicem. In Leid. pr. *Mincio*. *Minnius vel Ninnius vel Minutius Reginus* occurrit apud Cic. l. x. ad Att. Ep. 17. ubi V. Corrad. *Biotio* habent cum Edd. prioribus Leid. sec. et Dorvill. De *Ninnius* vide J. F. Gronov. Obs. iv. 4.

LXIX. 3 *Adorti]* Legas velim *oborti*. Non enim Cæsaris copias *invaserant*, quod *adoriendi* est potestas. *Davis.* cur. sec. Contrarium patet e sequentibus, nec obstat quod casus desit. Sic enim etiam c. 95.

4 *Existunt]* Codices nonnulli *existunt*. Sed proba est vulgata lectio: sic enim supra c. 7. ‘*Et subito exsiliunt.*’ Sed Codices plerique habent *exsistunt*. *Clark.* Ibi vide multa exempla et hic *Glandorp*.

14 *Numidæ, levisque armatura*] Editt. Rom. Ven. Beroald. perperam, omissa particula, representant *Numidæ levisque armatura*. Ms. Norv. exhibit *Numidæ levisque armatura*, ac ita reponendum, nisi forte, pro vetere scribendi ratione, *levis nominativi pluralis censeatur*. *Davis.* *Levisque armatura*. Sic MSS. Reg. et Eliens. Similiter supra, § 1. ‘*equitatu levique armatura*;’ et § 3. ‘*equitatus et levus armatura*.’ Al. *levisque armatura*. Quæ si lectio recipiatur, tum subintelligendum erit *milites*. Quod multo potius est, quam ut, cum *Davisio*, *armatura* in plurali numero accipiamus, et *levis* antique scriptum pro *leves*. *Clark.* Bene *Davisius* in secundis curis deleri jussit illa nisi forte, &c. *Leves armaturas* in plurali alibi quoque dixit. *Numidæ levis armatura* etiam Dorv. et Ed. Mediol. *Armatura* etiam edidit Stephanus. Sed excidisse potuit hic vox pedites. Neque Numi-

dæ *levis armatura* adeo ineptum est. Vide c. 14. ‘*Pedites Numidae levis armatura cum equitibus procurrunt.*’ Sed plura vide c. 48. ‘*Numidis sine frenis, peditibusque levis armatura.*’

17 *Julianos proficiscentes insequerentur, et refugerent instantes, proprius non accederent]* Editt. Rom. Ven. Beroald. exhibit *Julianos proficiscentes insequerentur et refugerent*: stantes *proprius non accederent*; sic et Ms. Norv. nisi quod in eo omittatur particula copulans, unde mutata distinctione legendum crediderim *Julianos proficiscentes insequerentur et refugerent stantes, proprius non accederent*; nam c. 70. testatur noster, si tres aut quatuor veterani se convertissent, multos Numidas terga vertisse. *Davis.* MSS. et Editt. Vett. *stantes*. Quæ et ipsa ferri possit lectio. *Clark.* Et abest a Petav. et Leid. prim. *Stantes* exhibit Petav. Leidenses, Dorv. et Edd. omnes ante Scaligerum, qui *instantes* e suo codice reposit. Forsan et *refugerent* ejicienda sunt, legendumque *Julianos proficiscentes insequerentur*; stantes *proprius non accederent*. Certum est opponi ab Hirtio *proficiscentes et stantes*. Quare licet et *refugerent* retineamus, quo magis inclino, *stantes* est scribendum. *Insequebantur et refugiebant Julianos*, cum erant in itinere: cum stabant, eos *proprius non accedeant*.

LXX. 2 *Horis. iv]* Sic MSS. Reg. et Vossii. Ms. Eliens. et Edit. Rom. *In horis iv.* Scaliger et Recentiores in *horam quartam*. *Extremo agmine* est pro ab extr. agmine. *Clark.* *In horis* habent Leid. sec. et Dorvill. et Edd. pleræque ante Scalig. Sed *horis* jam ediderunt Vasc. Steph. Gryph. post. et est in Msto Ursin. Verum in *horam* dant Leid. pr. et Scalig. An numerus quinarius deleri debet? Certe Ciacconius ait alios libros non habere v, ut fuerit in *horam* i, sive unam: nam vel sic perparvum est spatium, quo progressus fuisset per totam horam. Paullo post malim, si

per Mstos liceret revocabat.

13 *In spatio]* Hinc adparet probam esse lectionem in Virgil. et Silio, ‘Addunt in spatio:’ ubi Vir doctus Misc. Obs. Vol. v. T. 3. p. 16, e Vett. Edd. malebat *in spatia*.

16 *In castris incolumes — reduxit]* Non necesse est, ut cum Pet. Ciacconio legamus *in castra*; nam hæc præpositio, etiam cum motum denotet, ablativo jungitur, ut inter alios ostendit G. J. Vossius de Construct. c. 65. *Davis.* Vide quæ supra ad B. G. iv. 12. *Clark.* *Lego in castra.* Sic edidit Gryphius: et sic perpetuo loquitur noster. Vide c. 73. 76. *Davis.* cur. sec. *Castra* quoque edidere Vasc. et Stephan. Et ita etiam malleum. Sed obstant MSS. Adde notata ad B. G. ii. 17. ‘*In castra venisset,*’ et alibi.

LXXI. 7 *Et quemadmodum tela mitterent, præcipit]* Editt. Rom. Ven. *præcepit;* in Ms. autem Norv. est *præcipierent*, unde procul dubio legendum *præcipere:* supra enim dixit *ut lanista tirones gladiatores condocefaceret*, cum quo hic locus componi non potest, nisi subjiciatur modus infinitivus. *Davis.* *Præcipere.* Editi habent; *præcipit, vel præcepit.* Ms. Eliensis, *præcipierent.* Unde Davisius ex conjectura optime restituit, *præcipere:* postulante et ipsa Modorum ratione, propter præcedentem *condocefacere.* Atque in Ms. Regio plane scriptum est, *præcipere.* *Clark.* Errant Viri docti, licet et *præcipieret* sit in Petav. et Leid. pr. Sed hoc natum e præcedentibus imperfectis. *Condocefacere et præcipit jungit;* ut c. 25. *Recipere et abduxit:* ubi vide plura.

11 *Jaculis interficiebat et l. m. defatigabat]* Sic Scaliger reposuit ex MSS. Ursini et suo, quibus dubito an accedit Petav. Verum Leidenses et Dorrill. cum Edd. Vetustis cunctis dant pluralem numerum. Et recte. Mutatus ille est a libariis nescientibus crebro in Collectivis, licet præcedat

singularis, sequi pluralem. Adi omnino ad. vi. 2. ‘Quisque non patitur, neque aliter si faciant,’ &c. Vide et Varias lectiones c. 72. § 4.

16 *Ab his insectatus]* Hoc particium, quod vulgo *deponens* censemur, hic loci *passive* accipitur, quin et aliis id genus multis idem contigit, quemadmodum ostendit G. J. Vossius de Anal. iii. 6. Hinc factum, ut hujuscem verbi *activam* terminationem adhibuerit Plautus Captiv. act. iii. sc. 4. 61. *Davis.*

LXXII. 2 *Quia, quodcumque prælum quoties erat commissum, equitatu suo—hostium equitatu nullo modo par esse poterat]* Prima vox abest a Petav. et Norvic. Reponendum suspicor, quod nempe, *prælum quoties erat commissum, equitatus suus—hostium equitatu—nullo modo par esse poterat.* *Davis.* cur. sec. Cum sensus in vulgatis satis constet, conjecturis incertiores reddere veram lectionem nolui: sed quia etiam abest a Scalig. Immo a Leid. pr. desunt. *Vehem.* *comm.* *quia quodcumq. in quo itidem pro prælum, bellum editur.* Forsan modo fuerat initio *commovetbatur* (*commotus* Dorv. Edd. Rom. Med. Ven.) *quod, prælum quoties vel quotiescumque er. com.*

5 *Autem]* Legendum credo item. *Davis.* cur. sec.

10 *Cui uni rei]* Lege cui rei tamen, &c. deleta voce *uni*, quam præterminunt Petav. et Norv. *Davis.* cur. sec. Nequaquam *uni* ejiciendum, quod suam hic habet emphasis, et aliquoties ita loquitur Cæsar etiam.

11 *Ex Italia transportari]* Ita editit Jos. Scaliger, et sic emendarunt Petr. Ciacconius et Just. Lipsius Elect. ii. 22. cum in libris MSS. et antiquitus excusis legatur *in Italianam transportari*, quam lectionem tueri frustra aggressus est Joan. Goduinus; nam Cæsarem στατιώτας τε ΕΚ ΤΗΣ ΙΤΑΛΙΑΣ καὶ ΕΛΕΦΑΝΤΑΣ μεταπέμψασθαι testatur Dion. i. XLIII. p. 215. Vitiosa tamen illa lectione deceptus videtur Jul. Celsus: hic

enim p. 225. ed. Lond. sic loquitur : *Huic parti remedium adhibuerat adducendo elephantes in castra, et aliquos in Italianam mittendo, &c.* Davis. Adde Cellarium. In Italianam etiam habent mei omnes : dein *quos et miles nosset* Petav. Dovv. et Edd. Rom. Med. Ven. In Leid. sec. *quos et m. nosceret* : at Leid. pr. *quod et m. nosset*. Crediderunt forte librarii noster ab Hirtio non potuisse dici, quia is huic bello non adfuit. Sed *noster* significat militem Romanum, oppositum *Numinis*, ut saepius supra et paullo ante exercitum nostrum. Aliter conjicere posses cognosceret inrepsisse. Sed non puto.

13 *Adigi]* Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii. Vulgg. *adjici*. Clark. Constanter MSS. mei et Edd. omnes ante Scaligerum *adigi*. Quod mutari non debuit. Consule notas ad B. Gall. iv. 23. ‘telum adjici posset,’ et alibi.

17 *Consuetudine captarum non reformidarent]* Reponit Pet. Ciacconius *consuetudine earum*, vel *consuetudine captarum non reformidarent*; et sane a posteriori conjectura non abhorrem, nisi Ms. Norvic. lectionem exhiberet, qua sententiae ad amissum quadrat; in illo enim est *consuetudine capta non reformidarent*, ac ita rescribendum. Davis. *Capta*. Ita optime restituit Davisius, ex Ms. Eliensi. Alii perperam, *consuetudine captarum*. Unde Ciacconius, ex conjectura *consuetudine capta earum*. Sed praestat lectio Eliensis. Clark. *Capta* videtur quidem vera esse lectio. Dubito tamen an non aliud quid lateat, nam Petav. habet *captum*, et Leid. pr. *reformidare*. *Consuetudine simpliciter posset dici pro per consuetudinem, e consuetudine*. Vide VIII. 17. ‘Qua consuetudine.’ Ciacconii conjectura *earum* nou multum recedit a *captum*. Praeterea *capta* si sumas in ablativo, durius videtur dictum *capere consuetudinem*: nec tamen *capi consuetudine*, ut apud Sue-

ton. Cas. c. 23. hic videtur locum habere posse.

*Quibus ex rebus largiter erat consecutus]* Primas tres voculas contra fidem Codicum delendas censuit Jos. Scaliger, qua emendatione recepta, alter distinguenda est oratio, quam in sua editione fecit vir maximus. Pet. Ciacconio placet, *quas res largiter erat consecutus*; sed haec nimia est mutatio. Vide, an felicius conjecturam *quibus haec rebus*, &c. ne scilicet equi virive bestias timerent. Davis. Cellarius addit *quibus ex rebus*, quod optaverat, *largiter*, &c. Sed omnino proba est et elegantior vulgata lectio. Clark. *Ex abest Leid. pr.*

20 *Pila præpilata]* Joan. Glandorpius aliique, censuerunt *pila præpilata* hic esse tela ferreis cuspidibus instructa; sed Just. Lipsio. adsentendum, qui Poliorc. lib. IV. dial. 4. notavit *pila præpilata* sine ferro esse, nec aliud quam pilæ instar, obtuso acumine, rotunda. Certe, quod non observavit vir doctissimus, elephanti, cum vulnerantur, non ita lenes se praestare sunt soliti, ut eorum *patientia equos in consuetudinem adduceret*. Vide Florum I. 18. 12. et hujusc libri c. 84. Davis.

21 *In consuetudinem equos patientia bestiarum adduxerat]* Editt. Rom. Ven. Beroald. (nec non Leid. sec. Dovv. Edd. Medioli. Vascos. Steph. aliæque) exhibent in *consuetudinem equos ipsarum bestiarum adduxerant*, quam quidem lectionem a Criticis vulgata sensum non capientibus profectam arbitror. Pet. Ciacconius reponit *consuetudine equos patientia bestiarum adduxerat* vel *equos consuetudine in patientiam*, &c. Just. Lipsius Pol. I. IV. dial. 4. legit in *consuetudinem equos patientia bestiarum adduxerant*. Mihi quidem sana videtur lectio recepta, dummodo vox *patientia nominandi casu posita intelligatur*. Davis. Intelligit Davisius *lenitatem elephantum et tarditatem*, cum *pila præpilata* in eos conjicerent.

tur. Verum existimo potius *equorum* intelligi *patientiam elephantum*; hoc est, qua *equi* patiebantur *elephantos*. Equos patientia sua bestiarum, in consuetudinem adduxerat: vel, patientia adduxerat equos, in consuetudinem bestiarum (patiendarum.) Lipsius reponit, in consuetudinem equos patientiae bestiarum, adduxerant. Vel, (quoniam in plurimis MSS. est, ipsarum bestiarum adduxerant;) legi fortasse poterit—*paciendarum bestiarum adduxerant*. Sed præstare videtur vulgata lectio. Clark.

14 *Productas accuratius suas copias sicut instruxerat*] Quamvis ferri queat hæc lectio; tamen usitator foret locutio, *productis accuratiis suis copiis sic, ut (vel sicut) instruxerat*; &c. Sed sine Codicibus nihil movendum. Clark.

15 *Propter hostium castra prætergressus*] Cur prima vox in edit. Rom. Ven. Beroald. non compareat, in causa fuit editorum inscitia, qui præpositionis illius significatum non intelligebant. *Propter hostium castra* idem valet ac *prope hostium castra*. Sic Plautus *Amphit.* Act. iv. Sc. 1. 8. ‘Quem propter corpus suum stupri compleverit.’ Et Cureau. Act. iv. Sc. 1. 15. *In medio propter Canalem*. Adi etiam quæ notavimus ad hujuscem libri c. 37. Davis. *Propter* abest etiam a Cod. Dorvilliano et Ed. Mediol. *Præter h. c. prætergr.* exhibuit Stephanus. Sed adi etiam ad B. G. i. 23. ‘prope hostium castra visæ sunt.’ Ceterum *pro atque* legebat Ciacconius *itaque*.

LXXIV. 2 *Zetae*] Ita vel *Zette* habent quoque Edd. Rom. Med. Ven. et H. Stephani. Male Editores plerique ante Sealig. dederant *Uzite*. Sed vide c. 68. *Uzite* non potitus est. Bene *Zettae* ergo jam emendarant Gland. et Ciaccon. quoque. *Zelle* Buslid. *Zeje* Leid. pr. Petav. Cuj. et ad oram credo *Zute*.

5 *Deorum voluntate studioque erga Casarem*] Sic reposui ex Ms. Norv. et ed. Steph. eandemque lectionem in suo Codice inventam probavit Fulv.

Ursinus: et jure quidem merito, quippe quæ cum auctoris sententia pulchre conveniat, ‘nam Dii immortales,’ inquit ille Bell. Alex. c. 75. ‘quimi omnibus casibus belli intersunt, tum præcipue eis, quibus nihil ratione potuit administrari.’ In vulg. erat de eorum voluntate studioque erga *Casarem*, unde factum, ut verba illa pro Glossemate habuerit Just. Lipsius Elect. ii. 22. Davis. *Deorum voluntate*. Ita edidit Davisius ex MSS. Eliensi et Ursini, et Edit. Stephani. Quibuscum faciunt Ms. Vossii, et Goduini Codices tres. Vulg. de eorum voluntate. Qui sensus est nullus. Clark. *Deorum* jam exhibuerunt Vascos. et Gryph. post. cum Strada, et confirmatur a Scal. ac Leid. pr. *Idem* quoque pro *id* MSS. Ursin. et uterque Leid.

6 *Suos cives.*] Rhellicanus interpretatur; *Vaccenses*, qui apud *Jubam* militabant. Inepte admodum. Cellarius; legatos *Vaccenses*, qui cum *Cæsare* erant. Recte. Clark.

9 *Eo potitum; omnibusque, &c.*] Non nulli omnibus. Quod idem est. *Eo potitum omnibus dedisse oppidum diripiendum*. Vel, *Eo potitum (esse); omnibusque dedisse oppidum diripiendum*. Clark. *Omnibusque restitui*, quod est in MSS. omnibus et Edd. vetustis, etiam Sealig. Cellar. et aliis.

LXXV. 2 *Progressus a suis castris*] Hanc lectionem Ms. Novic. et edit. Robert. Stephani A. D. 1544. debemus. In aliis, tam priscis quam numeris excusis, legebatur *processus a castris*, quæ nova est locutio et Latinis auribus inaudita. Davis. *Progressus*. Ita edidit Davisius ex Ms. Eliensi et Edit. Stephani. Cum his consentiunt Ms. Vossii et unus Goduini: Ms. Reg. habet *processit*. In aliis omnibus est *processus*. Quæ locutio valde est inusitata. Quamvis enim Cellarius participium istud apud Scribonium Largum Comp. c. reppererit, at hand tamen hoc significatu. Clark. *Processus* est in MSS. meis omnibus: quare for-

san processu substantive legi debet, quæ vox alibi quoque de itinere militari occurrit. V. B. G. II. 11. Et ita Edd. qdd. Cic. pro Leg. Man. c. 9. Progressus autem edidere etiam Vasc. Gryph. post. et Stradæ. Procedere et progredi in his commentariis passim confunduntur. Vide praeter alia ad v. 47. *Profectus in uno Gall.*

7 *Supersedere pugnae*] Repone supersedere pugna, quemadmodum flagitat Latinitas. Cicero de invent. L. I. 20. ‘Non minus rerum non necessariarum quam verborum multitudine supersendum est.’ Et c. 21. ‘Quod cum acciderit, omnino narratione supersendum est.’ Ita perpetuo loquitur. Vide sis et scriptorem ad Herennium II. 19. *Davis.* cur. sec.

8 *Iter, &c. ire contendit*] Leidenses et Dorv. non agnoscunt vocem *iter*. Cave tamen, iis auscultes. Noster enim c. 6. jam scripsit ‘iter constitutum ire contendit.’ Statim *iter incep- tum ire cæperunt*. Adde N. Heins. ad Ovid. Ep. VII. 40. Quomodo sæpe ire viam et similia.

9 *Scipio Numidarum habuerat præsidium*] Ms. Norv. repræsentat, *Scipio Numidarum habebat præsidium*, quæ sane lectio non paullo est melior, cum enim Cæsar ad oppidum Sarsuram venit, ibi præsidium Scipionis repertum interfecit. Vide c. 76. *Davis. Habebat.* Ita ex MSS. Reg. et Eliensi restituendum videtur. Editi *habuerat præsidium*. Quod (ex sequente, ut opinor, *comportaverat*) a Librariis est repositum. Non enim id ait Hirtius *habuisse* utique præsidium in Sarsura Scipionem, sed *jam tum habere*, idque a Cæsare nec opinans oppressum et imperfectum: ut recte annotavit Davisius. Non tamen dissimulandum, etiam illud *habuerat* retineri posse; si ita accipiatur, ut significet *collocaverat*. Quomodo infra videtur accipi c. 89. prope initium. *Clark. Cap. seq.* ‘fuerat cum præsidio’ pro erat: ut et c. 88. ‘Qui tum ei pro

quæstore fuerat.’ c. 89. ‘Qui ibi tum fuerant.’ Sic et B. Hisp. c. 13. in fine: et c. 14. ‘quo loco equites stationem habuerant,’ pro *habebant*.

15 *Sub sarcinis defatigatos*] Leid. prim. et Dorv. *sarcinis defatigatos*. Quod non malum videtur. Sed propria in his quasi formula est *sub sarcinis*. Adi ad B. G. III. 2t. ‘sub sarcinis inferiores animo adoriri.’ De repetitione præpositionis sæpius egimus. Vide eodem libro c. 1.

16 *Fefellerat*] Codices nonnulli (Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. Str. *fefellit*). Sed longe prestat vulgata lectio. Illud enim, quæ res Cæsarem non *fefellerat*, tale est, quale si dixisset, *Cui rei Cæsar ante ruderat, vel quæ res Cæsarem non fugerat. Clark.*

23 *Milites subsequi non desistit*] Ms Norv. edit. Rom. Venet. Beroald. exhibent *subsequi non destitit*, omissa prima voce, quæ nullo sententiæ detrimento abesse potest. *Davis.* Equidem cum Davisio vocem istam abesse debere existimo. Ut deest quidem in Ms. Reg. Eliens. et Voss. et Editionibus quibusdam Veteribus. *Clark.* Abest etiam a Pet. Scal. Leidensibus, Dorvill. Item Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et aliis. Quare delevi.

LXXVI. 9 *Atque inopia ab oppugnatione ejus deterritus*] Just. Lipsius Elect. II. 22. rescribit *aqua inopia*; sed si, ut videtur, Hirtius rerum oppido expugnando necessariarum inopiam intelligat, haud opus est, ut ejus conjecturam recipiamus. *Davis.* Atque *inopia*. Ferri potest hæc lectio; ut sit (annotante Davisio) *inopia* rerum ad oppugnationem necessariarum. Pulchra tamen est Lipsii emendatio, qui legit, *AQUÆ inopia*; propter id quod sequitur, *protinus proiectus—ad aquam facit castra. Clark.*

11 *Ad aquam facit castra*] Sic edidimus ex fide Ms. Norvic. et edit. Steph. Vulgg. perperam *fecit castra. Davis.* *Facit castra.* Ita recte restituit Davisius ex Ms. Eliensi et Edit.

Stephani, postulante Temporum ratione. Suffragantur MSS. Reg. et Vossii. Al. *castra* fecit. Clark. Mei omnes etiam *facit*, et Edd. Vasc. Gryph. post. ac Stradæ.

LXXVII. 4 *Rem a se gestam docent*] Hæc conjectura Just. Lipsii Elect. II. 22. quem in sua edit. secutus est Jos. Scaliger. Omnes Codd. *rem male gestam* exhibit. Inepte prorsus; cum pro Cæsaris et Hirtii sententia optime se gesserint Thabenenses. Davis. *Rem a se gestam*. Ita pulcherrime restituit Lipsius ex conjectura. Quem secuti sunt Recentiores. Firmant MSS. Reg. et Vossii. Alii omnes, *rem male gestam*. Litera *f* nimirum contracta in *l*, et *m* ex præcedenti voce assuta. Clark. *A se jam edidérunt* Vasc. Gryph. post. Stephanus et Strad. Mei Codd. retinent *male*.

5 *De populo Ro. quod bene meriti essent, auxilium ferret*] Sic edidit R. Stephanus et deinceps Scaliger ex MS. Ursini, ceterique. Vulgo erat *præsto quod bene m. &c.* At notat Ursinus in optimo Codice esse pro *præsto P. R.* Et certe etiam Petav. Scalig. Leidenenses, Dorv. habent *pop. Rom.* cum Edd. Vasc. Gryph. post. Stradæ. Bene omnino. ‘Petunt, ut populus Romanus opem ferret, quod bene meriti *de eo* erant.’ Vide c. 91. 92.

6 *M. Crispum*] Ciacconius ait quosdam legere *M. Crispium*. Ipse ex Dione retinet vulgatum et Ciceronem Phil. II. emendare conatur, ubi Q. *Marcio Crispo procos. L. Statio Murco proc.* sed et hic *Martium* habent Dorvill. Leid. sec. et Ed. post. Gryphii. Immo *Marcium* exhibit jam Vasc. Stephanus et Strada: ut ad marginem Codicis sui scribendum voluit Vossius, ejusque frater Gerardus jam correxit ex optimo Codice ad Vell. II. 69. ‘Acceptis a Statio Murco et Crispo Marcio legionibus.’ Adde Gland. in Onom. *Cispium* conjectit Manutius. Pro *cohorte* in Leid. sec. Ciacc. et Dorv. est *cohortibus*. Immo in Leid.

primo *cohortibus tribus*. Quod præferendum videtur.

10 *Commeatu dato*] Hoc est quibus venia fuerat data, ut a signis suis aliquandiu abessent. Clark.

LXXVIII. 2 *Circiter CD habere consueverat*] Ms. Norv. omissis notis numeralibus, exhibet circiter *nio* habere consueverat, unde legendum arbitror circiter *CD* numero, &c. Sic infra hoc ipso capite: ‘Vim hostium ad *iy* millia numero sustinere non poterant.’ Ac de B. Gall. II. 4. ‘Oppida habere numero *xii*’ Ita et alibi passim. Davis. Recte. Sic enim alibi loqui solet auctor noster. Suffragatur et Ms. Regius. Clark. Numero diserte habent Petav. Dorv. ac Leid. pr. numerum. Sed pro *cd* Cujac. Scal. Petav. Leid. pr. dant *MM* i. e. *duo milia*. At Dorv. Codicis librarius inde finxit *mille militum numero*. De numero consule nos ad B. Gall. I. 59. ‘Circiter hominum numero *xvi milia*’ Rescripsi itidem *consuerat* fide Mstorum tantum non omnium, ut supra sæpissime.

4 *Legionibus eductis atque instructis — in acie constitutis*] In Petav. scribitur *educens et instruens*; quasi fuerit olim *legiones*. Et certe in Scal. Leid. pr. et Dorv. est *legiones eductas atque instructas*. Quod et præferendum videtur; si *constituit* scribas pro *constitit*.

13 *Ut haberent facultatem turmas Julianas circumfundere*] Hoc tanquam male Latinum et in interpolatoris officina natum censoria virgula notat Cl. Dodwellus Diss. de Julio Celso § 8. Sed Infinitivi Gerundiorum loca passim obtinent. Cicero pro Quintio c. 16. ‘Ut hoc tibi esset apud tales viros confitendum—eadem te hora consilium cepisse, hominis propinquai fortunas evertere.’ Cæsar B. G. VII. 26. ‘Consilium ceperunt ex oppido profugere.’ Et c. 71. ‘Consilium capit omnem a se equitatum noctu dimittere.’ Vide nostras ad utrumque

locum notas, quæ plus exemplorum suppeditabunt. *Davis.* cur. sec. Ursinus e libro Latini Latinii videtur præferre circumfundendi et pugnarent. Minus bene: facultatem circumfundere suo et aliorum more Hirtius pro circumfundendi usurpat, ut indicatis locis patet clarissime. At aliud quid latet. Non enim circumfundendi, sed circumfundi habent MSS. Scalig. Leidenses, Dorv. ac sex Codd. Gall. et Edd. Rom. Med. Venet. Recte. Non enim modo, ii qui circumcinguntur, dicuntur circumfundi, sed et illi, qui circumcingunt; eadem ratione, qua verbum circumfundare dupli sensu adhibetur. *Cæs.* vi. 34. ‘Circumfusa multitudo.’ *Front.* iii. 17. 4. ‘Exterior ipse circumfusus corona.’ *Lucan.* iv. 471. ‘inter tot milia captæ Circumfusa rati?’ l. v. 680. ‘Circumfusa duci turba.’ Ipse Hirtius viii. 29. ‘Cedentibus circumfusis:’ unde et hic videretur legi debere *turmis Julianis:* et profecto sic restat in Dorv. et Edd. primis. Sed Accusativus elegantior videtur. Adi ad B. Civ. iii. 61. ‘quos sua præsidia circumduxit.’ Atque ita est in Cod. Vossiano pro *juveni* apud Ovid. Met. iv. 360. ‘Et nunc hac juvenem, nunc circumfunditur illa.’ Sed Metam. xiv. 515. ‘colloque parentis Circumfusa sui.’

17 *Quæ ei prælio?* Editi aliquot veteres præsidio. *Clark.* Edd. Rom. Ven. et Med. cum MSS. Dorvill. et Ciacconii præsidio. Idem Dorv. codex dat ex prima leg. Pro *ei* in Leid. pr. habetur *ex.* Vide, an *ei proxima in acie const.* non jungenda sint. Vulgatis menda sine dubio adhæret, licet etiam aliquo modo explicari possint.

23 *Minutatimque cedebant*] Sensim, paullatim. Sic supra c. 31. ‘Intra munitiones minutatim modesteque sine tumultu aut terrore se recipere.’ Hic tamen vocis usus in causa fuit, cur non optimum *Latinitatis auctorem* nostrum vocavit J. M. Brutus. Perpe-

ram sane. Varro R. R. i. 20. ‘Tum ita subigendum, ut minutatim assuefaciant.’ Et ii. 7. ‘Quotidie adjicendo minutatim.’ Vide et Senecam in Consol. ad Helv. c. 8. In editt. Rom. Venet. Beroald. legitur minutatimque cædebantur, Joan. Rhælliano frustra applaudente. *Davis.* Vide ad c. 31. Glandorpium. Cædebantur etiam Leid. sec. Reg. Dorv. et Edd. Medioli. Sed et Cod. Scalig. minutatim cædebantur.

lxxix. 4 *Animadverteret?*] Ita Editi omnes. Sed minus Latine. Non enim conjunctum hoc cum præcedentibus faccunt et descenderent, (id quod Librarios se ferunt,) sed cum antecedente, poterat. Quamobrem, ex Ms. Eliensi, lege omnino, ANIMADVERTEBAT. Postquam—poterat;—neque—animadvertebat; adversarios (autem) intellexit (tum) pridie, &c. *Clark.* Latinitas postulat, ut cum Cl. Clarkio reponas animadvertebat. Ac ita sane dant Petav. et Norv. *Davis.* cur. sec. Poterat et animadvertebat, defendi possent per ea, quæ de variorum modorum conjunctione sæpius notavi. Vide præter alia ad B. G. v. 1. Verum ut hæc temere non sunt mutanda, ita etiam contra MSS. vetustissimos, non retinenda aut inculanda arbitror. Quare cum Clarkio animadvertebat rescripsi fide Petaviani et Eliensis Codd. quibus accedit Leidensis primus.

5 *Non eorum virtute confidere?*] Quemadmodum pronomen reciprocum pro demonstrativo subinde ponitur, ut ostendit Joan. Vorstius de Latin. falso suspect. c. 5. ita, vice versa, ἀποδεκτοῦ in reciprocii locum hic succedit. Sic et apud Hyginum Fab. lxxx. ‘Tunc deprecatus Pollux, ut licaret ei munus suum cum fratre communicare.’ Plura concessit G. J. Vossius de Const. c. 56. *Davis.* Quoniam illud se ad Casarem referatur, ideo de adversariis dixit Hirtius non, sua, virtute, respectu nimirum propioris antecedentis, adversaries;

sed, eorum *virtute* respectu remotioris Cæsar. Vide quæ supra ad VIII. 51. annotavimus. Nisi forte pro eorum legendum sit IPSORUM. Clark. *Virtute eorum* MSS. plerique.

*Inopia]* Codices nonnulli (in quibus 4 Gallicani, Leid. sec. Dovr.) copia *fretos*. Sed vera est vulgata lectio. Eo *freti* erant adversarii, quod Cæsareani *inopia* aquæ laborabant. Clark.

7 *xvi milia passuum]* Bene Petav. et Leid. pr. non agnoscunt ultimam vocem aliquoties a librariis inculcatam. Adi notas ad B. Gall. I. 15.

14 *Vergilium amitteret]* Sic legitur in editt. Rom. Ven. Beroald. et, ut opinor, rectius, quam in Ms. Norv. *Virgilium desereret*. Davis. MSS. nonnulli, desereret. Quod est interpretationum. Clark. MSS. mei et Edd. omnes constanter amitteret.

LXXX. 5 *Trino præsidio]* In Leid. sec. et Dovr. atque Edd. Vascos. Steph. Gryph. post. Stradæ est *Magno*. Sed in Scal. III, at in Leid. pr. *cohortibus tribus*. Quasi fuerit *cohortium IIII præsidio*, nisi idem significet *trinum præsidium*. De quo dubito; et tacent interpretes.

8 *Postero die et nocte confecta]* Petavianus, Scaligeranus, Leidensis primus, *confecto*. Bene per Syllepsin, ut c. 26. ‘oculos mentemque dispositos’ plura vide ad B. Gall. II. 7. ‘viciis ædificiisque, quos adire.’

9 *Non longe a castris—MD passibus]* Mirum Editores omnes fugisse, ne Latine quidem hoc dictum. Nec quidem ullus dubito, quin istud, non, ex Librariorum imperitia fluxerit. Qua proinde *vocula* deleta, legendum *longe a castris—MD passibus*. Quæ locutio Cæsari et Hirtio valde familiaris. Vide quæ supra annotavimus ad v. 47. et ad c. 30. ubi similis occurrit Librariorum error. Clark. *Lege non longius a castris præsidioque—MC passibus*. Vide supra ad c. 30. Davis. cur. sec.

12 *Militæ ab opere deducto].* Hæc

lectio est a Ms. Norv. et editt. Beroald. eandemque ex Codd. Gallic. assernit Joan. Goduinus. Vulgg. *militæ ab opere deductos*, quo modo si legas, non constat σύνταξις. Davis. Quibus consentit Ms. Reginus. Vulgg. *milites deductos*. Quæ sententia nulla est. Clark. Adde iis Codd. Petavianum et Leid. secundum.

*Præsidio Asprenate proconsule]* Nomen *proconsulis* suspectum est Ciacconio, eique favet Leid. pr. in quo non conspicitur *præsidio*; unde aliquis credere posset *proconsule* natum ex *præsidio* esse. Sed frustra. *Proconsule* dicitur, qui *proconsulari imperio* *praest*, licet modo sit *proprietor*. Hinc rursus c. 87. ‘Rebilo proconsule cum IIII legionibus ad Thapsum relieto.’ c. 39. ‘A Caninio proconsule, qui eum obsidebat, fide accepta.’ Plura vide ad B. Civ. I. 12. Cic. pro L. Man. c. 21. Et ita saepè *proprietore* de quæstore, vel eo, qui nullum gesit magistratum, ut legendum diximus B. Civ. I. 30.

LXXXI. I *Aciem pro vallo Scipionis, elephantosque dextro sinistroque cornu collocatos]* Nonnihil hic turbant Msti et antiquitus excusi. In nonnullis est *aciem pro vallo Scipionis, castris elephantisque—collocatis*; unde reponit Joan. Glandorpious, *aciem pro vallo Scipionis* instructam, *elephantis dextro sinistroque cornu collocatis*. Ms. Norv. exhibet *pro vallo Scipionis, contra elephantos—collocatos*; sic et editt. Rom. Ven. Beroald. nisi quod illæ *collocatum*. Sed his omnibus multum præstat recepta lectio. Davis. MSS. nonnulli *aciem—contra elephantos*. Alii *aciem castris elephantisque*. Corrupte omnes. Aut retinenda vulgata lectio, aut forte legendum *aciem—INSTRUCTAM, elephantosque, &c.* Quod partim vidit Glandorpious. Clark. Lectio vulgaris recepta a Scaligero est e Cod. Ursini, cum in Vascos. Gryph. Stephan. Plan. Edd. esset *castris elephantisque collocatis*. Primarum Edd. ut et Me-

diol. lectionem probat Rhellicanus, et est quoque in Dovr. ac Leid. sec. Sed et Cujac. Petav. Sealig. habent contra elephantosque conlocatos; nisi quod in Cujac. sit elephantoque. Leid. pr. dat non male animadverit aciem pro vallo Scipionis, elephantis dextro s. c. collocatis. Ut legebat Glandorpius, nisi quod instructam fecerit ex contra, que vox in Leid. prim. est inter versus tantum. Eligat lector, quod velit. Forsan contra excidit e sequentibus castra contra se non ignaviter m. nam ibi Sealig. Cod. habet contra pro castra. Immo Leid. sec. et Dorvill. contra se gnaviter m.

LXXXII. 9 *Eruptione pugnari*] Immo vero inruptione. Jam enim copias e castris Cæsar eduxerat. Vedit hoc ante me Ill. Schelius Comm. in Hygin. p. 41. de frequenti harum vocum confusione adi ad B. G. VII. 69.

LXXXIII. 6 *Stridore fundarum lapidumque*] Leid. sec. funditorum saxonum: Dovr. et Edd. Rom. Ven. ac Mediol. fund. saxonum plumbique. In Petav. non adest que. Num scripsit Hirtius str. fundarum lapidum, plumbique? Id est, stridore per lapides et glandes plumbeos e fundis jactos. Nam funda glandes plumbeos emissos fuisse, res est notissima.

9 *Eodem cornu cum elephantis*] Dorvill. et Edd. Rom. Mediol. Venet. non habent cum; ut elephantis sit Dativus, frequentissima locutione. Justin. III. 4. ‘In eundem ipsis momrem.’ Heins. ad Ovid. Am. I. 4. ‘epulas nobis aditurus easdem.’ Sed nil contra antiquos Codices movendum temere videtur: cum elephantis est quo cornu et elephantis erant. Adi præter alios Periz. ad Sanct. Min. I. IV. c. 6. p. 683. socerum ad Val. Max. IV. 5. 3. ‘Eamdem cum illo pœnam subiturum.’ Edd. Vasc. Gryph. post. et Stephanus itidem non habent cum, sed distinguunt ele-

phantis erant præsidio, deserti.

LXXXIV. 5 *Proboscide erecta vibrantique*] Ms. Norv. habet *promuscide* erecta vibratimque; sic et postea, ubi manus elephanti in vulgg. vocatur *proboscis*, is Codex *promuscidem* constanter repræsentat. Ita etiam apud Plinium Hist. Nat. VIII. 7. nonnulli libri *proboscidem* exhibent; dum in aliis manu exaratis Codd. *promuscis* legatur. Davis. *Promuscide* constanter habet Petav. *promoscide* Leid. sec. et Dovr. ac suprasc. in Seal. Adi notas ad Flor. I. 18. 9.

7 *Armatum*] Codices nonnulli armatus. Quod idem est. Clark. *Armatum* etiam Leidenses et Dorvill.

LXXXV. 3 *Salutem sibi pararent*] Sealig. parent. Sed Leid. pr. et Ed. Rom. parerent. Quod ab Hirtii manu profectum puto. B. C. III. 69. ‘Reliqui per horum corpora salutem sibi atque exitum pariebant.’ Ipse Hirtius hoc libro c. 50. ‘Vix fuga sibi peperit salutem.’

4 *Umbilici fine*] Id est, *umbilico tenus*; quomodo scribendum voluit Faernus. Sed sine causa. Nam et Sallustius eodem significatu dixit, *inguinum fine*; ut notarunt Ciaccionius et Cellarius. Clark. Consule notata ad VII. 47. ‘Pectoris fine prominentes.’

5 *Qui a servitiis puerisque*] Sic restituí ex Ms. Norv. et edit. Rom. Ven. Beroald. cum in nuperius impressis ex Glossemate legatur *qui a servis puerisque*. Noster hujusce libri c. 88. ‘Hortatur, ut servitia manumitterent.’ Sallustius B. Cat. c. 24. ‘Credebat posse servitia urbana sollicitare.’ Florus III. 21. 2. ‘*Servitia* (pro nefas!) et ergastula armantur.’ Vide et Livium I. 40. Davis. *Servitiis* etiam MSS. mei cum Ed. Med. præter Dorvill. et Leid. sec. Millies *servitia* occurruunt pro *servis*. Vide Cl. Drak. ad Liv. III. 15. ‘servitiis jugum demeret.’ Sic supra legendum

vidimus, ‘ servitia aggerem agerent, jussit,’ et mox c. 88.

16 *Eaque ab Julianis teneri vident, desperata]* In Ms. Norv. et antiquitus excusis est ea quoque ab Julianis teneri vident: desperata, &c. Quæ quidem lectio, ut interpunctio, ob Codicum consensum est recipienda. *Davis.* Ea quoque. In MSS. Reg. et Vossii est eaque ipsi ab Julianis teneri vident. Corrupte quidem. Inde tamen legendum existimo, eaque ipsa ab Julianis teneri viderunt; desperata salute, &c. *Clark.* Ipsi addunt etiam cum Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. Dorv. et Leidens. sec., at ea quoque recte præbent Leid. pr. Petav. Scalig. Dorvill. Edd. primæ, Beroald. Manut. Gryph. et Plant. Unde legi posset ea quoque ipsa. Sed nec vulgata proscribenda esset lectio, si Codicibus inniteretur idoneis; quia mutatione temporis perfugerunt et vident nihil esse crebrius, sæpissime jam vidimus.

17 *Armis demissis]* Joan. Goduinus testatur MSS. Gallic. habere armis dimissis, quod et in Cod. Norv. ac priscis edit. reperitur. Sed vulgatam scripturam tuerit Jul. Celsus, qui p. 228. miseros hosce salutationem militarem armorum motu fecisse notat. *Davis.* Perperam dimisis etiam Scal. Leid. sec. Dorv. et Edd. pleraque veteres, sollemni confusione. Egregius est in hanc rem Lucani locus iv. 173. ‘ tantum nutu, motoque salutant Ense suos.’ Statius Theb. XII. 401. ‘ Ense salutatam et nutantis vertice coni.’ Adde Isidor. Orig. I. 25.

29 *Licentiam sibi assumpsissent immoderate peccandi, impunitate propter maximas res gestas]* Locus est corruptus, quem Joan. Glandorpius ita supplet: *licentiam sibi assumpsissent immoderate peccandi, et spcm impunitatis, &c.* Joan. vero Goduinus, Codd. Gallic. secutus, reponit *immoderate peccandi impunitatis*, ex qua emendatione qui

sensum commodum exculpserit, næ is mihi quidem magnus erit Apollo. Edit. Steph. et Lausannensis A. D. 1575. repræsentant *immoderate peccandi impunitatis*; unde, vocula suppleta, scribendum *immoderate peccandi, impunitatis spe propter maximas res gestas*, quemadmodum Ms. Norv. dissertation exhibet. *Davis.* MSS. Reg. et Vossii et Goduini, *impunitatis.* Quod corruptum videri possit ex eo, quod exhibet Ms. Eliensis, *impunitatis spe.* Quomodo legendum existimat Davisius. Probe quidem. Nec tamen non ferri possit etiam vulgata lectio; *licentiam—peccandi, impunitate.* Quod est, *cum impunitate.* *Clark.* Cum in MSS. omnibus et Edd. Vasc. Strad. Gryph. post. sit *impunitatis* et pro *ipsi* in Petav. Leid. pr. ac Rom. Mediol. et Ven. Edd. sit *ab ipsis*, non dubito, quin legi debeat *impunitatis pr. m. r. g. spe, ipsi:* immo *impunitatis spe* habet quoque Petav. Sed mallem post *gestas* vocem eam ponere: cum s per præc. vocem *gestus* absorptum esset ex *pe ipsi* alii fecerunt *ab ipsis*, alii *impunitatis* corruerunt in *impunitate.*

LXXXVI. 4 *Elephantosque LXIV—capit, captos ante oppidum instructos constituit]* Cum Cæsar (ut mihi quidem videtur) elephantos istos non jam capret, sed ante in prælio *captos*, in itinere jam ante oppidum *instructos* constitueret: crediderim equidem, omissa voce *capit*, legendum, *elephantosque LXIV—captos, ante oppidum instructos constituit.* Quanquam fieri etiam potest, ut eos *jam in itinere* post prælium ceperit. Quare sine codicibus nihil muto. *Clark.* *Capit* expungebat etiam Glandorpius, et dein *Idque* malebat. Hoc ultimum minime admittas. c. 59. ‘ Id hoc consilio.’

11 *Recessit]* MSS. Reg. et Eliensis, et Edit. Rom. discussit. Quod forte melius. Cæsar enim non regrediens, sed progrediens urbem reliquit obses-

sam. Clark. Accedunt Leidenses et Dorv. cum Edd. Med. Ven. in *discessit*. Quod omnino praeferendum.

16 *C. Rebello*] Edi. plerisque Vett. T. Rebollo vel Rebillo, unde T. Rebillum recenset Pighius hoc anno, at Edd. Aldi. Manut. C. Rebilo. Quod verius puto. Legatus C. Caninius Rebilus erat in Gallia. Vide Comm. B. Gall. et ad vir. 83. Titum vero habent quoque Leid. sec. et Dorvill. in quibus Rebillio vel Trebilo. At Petav. Ursin. Scalig. et Leid. pr. habent modo Rebilo, quod secutus sum. Nam vulgatum Rebello et Celsi Rebillum ineptissimum est, licet et in Plant. ac Scal. Edd. compareat. *Proconsule* quomo<sup>lo</sup> sit accipendum, vide ad c. 80.

18 *Uticam ante præmisso, cum equitatu*] Vitiosa est interpunctio, quam tamen omnes editi. præter Beroaldinam retinent, ex qua rescribo *Uticam ante præmisso cum equitatu, ipse, &c.* Hanc conjecturam firmat Jul. Celsus, qui p. 229. sic ait: 'M. Messallam cum equitatu Uticam præmittit: ipse cum exercitu subsequitur.' Davis.

LXXXVII. 2 *Ad oppidum Paradam*] Ex Ms. Norv. et edit. Rom. legendum *ad oppidum Paradæ*. Sic c. 91. 'In oppido Zamæ lignis congestis;' ita enim ex iisdem Codd. rescribendum, non Zama, quod in aliis exhibetur. Eam locutionem probam esse Librarii non rati, perperam mutarunt. Vide not. ad hujuscet libri c. 36. Hoc autem oppidum Strabo Geogr. I. xvii. p. 831. Φαρὰν vocavit, Jul. Celsus p. 230. Purdam; lege *Paradam*. Davis. Recte suffragatur Ms. Regius. Al. *oppidum Paradam*. Quod paullo minus elegans. Clark. *Paradæ* MSS. mei constanter, et Ed. Mediol. Quare id restitui. Adi etiam ad c. 26. 'Thapsi oppidum.'

10 *Quod Uticensibus,—parum in suis partibus præsidii, &c.*] Faernus, transposita vocula in, reponit; 'quod in Uticensibus—parum suis partibus

præsidii,' &c. Atque ita quidem omnino reponendum existimo. Non enim id existimabat Cato, *partes suas Uticensibus*, sed *Uticenses suis partibus*, parum esse utiles. Sic enim infra, quod eos partibus Cæsar is fuisse, &c. Clark. Nec secus margini adscripsit Lipsius. Mordicus vulgatam licet malam lectionem retinent MSS.

12 *Ante portam Bellicam castris fosque*] Ex Msto Cuj. legerim *ante portam Bellicam fossa parvula duntaxat munierat*, omissis voculis supervacaneis. Davis. cur. sec. Verum mox hunc locum, ubi plebs inclusa erat, *castra* rursus vocat.

20 *Castra non potuerant potiri*] In Ms. Norv. et aliis nonnullis est *castris*; editi. autem Rom. Venet. Beroald. habent *castra non potuerant capere*; sed omnis haec varietas ex eo est orta, quod Librarii et editores nonnulli huic verbo accusativum casum adjungi posse nescierunt. Scriptor de B. Hisp. c. 13. 'Oppidum potiri posse se sperarent, ubi ob eandem causam nonnulli Codd. exhibent oppido potiri. Cicero Tusc. Quæst. I. 37. 'Gentem aliquam urbem nostram potitaram.' Vide etiam quæ notavimus ad hujuscet libri c. 36. et G. J. Vossium de Constr. c. 22. Davis. *Castris* habent etiam 3 Goduini MSS. Petav. Leid. sec. et Edd. Vascos. Gryph. Steph. aliaque, *castra capere* unus Goduin. Dorvill. et Edd. primæ. Sed optime *castra potiri* servant Scalig. Cujac. Leid. pr. Vide plura ad cit. c. 36. 89. 'Id adveniens potitur.'

25 HS c] In MSS. et Edd. Vett. non comparet nota HS. At Petav. Cod. habet c. *sestertia* i. e. 2500 coronatos, et si totidem Sulla dederit, nimium erit. V. Gron. de pec. Vet. p. 159. Quare *sestertios* i. e. xxv. denarios, et totidem Sulla malim scribere. Non enim equites Romani, sed Gætuli vel Numidæ alive barbari fuisse videntur. De dono in

milites singulos, sestertiorum c, vide etiam ad B. Alex. c. 48. Glandorpius hic numos seu denarios centenos intelligit.

27 *Atque in regnum ire contendit*] Editt. Florent. A. D. 1508. a Ph. Beroaldo curata, probante Joan. Rhellicano, repræsentat *atque in regnum Jubæ tendit*: sed hæc pura puta est editoris παραδιόρθωσις, qui nescius erat *regnum pro regno Jubæ κατ' ἔξοχον* hic poni. Sic infra c. 92. ‘Ipse (Cæsar) postero die Utica egressus ire contendit in regnum.’ Et c. 93. ‘Considius—in regnum fugere contendit.’ In editt. Rom. et Ven. hæ sequentesque sex voces Librariorum aut editorum incunia omittuntur. *Davis.* *Juba* etiam Ms. Ursin. pro *ire.* *Juba* *ire* intendit Leid. pr. *Intendit* defendi posset ex iis, quæ dixi ad B. G. III. 26. Sed *ire contendit* sèpissime adhibet Hirtius. Cave etiam, ne legas *Juba*: nam, ut patet ex c. 91. ille non adfuit.

LXXXVIII. 6 *In fuga destinatam*] Ms. Dorv. cum editis Rom. Ven. Ber. *in fugam destinatam*; hac autem lectione nihil est opus, cum ista præpositio, motum dènotans, casum ablativum aliquando post se recipiat. Noster cum alibi hoc in libro, tum c. 70. ‘In castris—incolumes reduxit.’ Cyprianus de Idol. Van. c. IV. 4. ‘Inrepentes etiam *in corporibus* occulte mentem terrent.’ Vide et not. ad B. G. VIII. 8. *Davis.* *In fuga destinatam.* Merito eos reprehendit Davisius, qui scribunt, *in fugam destinatam.* Sed et ipse in hujus locutionis ratione explicanda, errat. Non enim hæc præpositio, quum motum proprie dènotat, cum ablativo conjungitur; (vide quæ supra annotata sunt ad IV. 12.) sed, *in fuga destinatam*, est, *in fuga cogitanda destinatam.* Clark. Notam sic emendo: *In fuga destinatam.* *Lege mentemque perterritam*, atque *in fugam destinatam*; prout exhibent Norv. Buslid. et ve-

teres. Ita *noctem proximam editi*, *destinasce in fugam* dixit Amm. Marcellinus XXIX. 6. *Davis.* cur. sec. *In fugam* legas quoque in Leidensibus, Scal. Dorvill. et Edd. primis, item Vasc. Stephani, et aliis, pro *fuga*: ut aliter loqui amant. Recte priorem sententiam mutavit Davisius.

13 *Dum concidisset*] Rectius non nulli quum; licet hoc Ciacconius defendat e c. 61. ubi vide notata. Male itaque Davisius in B. Hisp. c. 1. ‘Dum Cæsar in Italia detinetur,’ reponere tentat *detineretur*: nec defendat se c. 13. ‘Dum oppidum potiri posse se sperarent;’ nam ibi meliores libri sperant vel sperabant: vel c. 16. ‘ut, dum nostri in præda detinerentur, illi ad præsidia se reciperent:’ aut c. 23. ‘dum nostri in opere distenti essent.’ Nam illis locis notare potest *quandiu*: ut apud Ovid. ex P. III. 2. 3. ‘Dum tibi, quæ vidi, referam:’ licet et ibi in Ms. repererim reffero: ut et *detinentur* c. 16. in MSS. atque ita variant Codices passim.

15 *Continere atque vulnus obligare capissent*] Norv. habet *cum tenere.* Lege *cum tenere atque vulnus obligare capissent*, ut diserte Petav. *Davis.* cur. sec. Cum Davisio malim quoque *cum tenere*: licet *continere* et *obligare vulnus jungi* possint, ut significet, *vulnus inhibere, comprimere.*

22 *Ut aliquid sibi ex ea re auxili pararet*] Sic e veteri Ursini Codice rescribi curavit Scaliger, et ita fere Leid. sec. qui habet auxilium. Cum vulgo legeretur *ut aliquod sibi ex ea re auxilium pararet.* At Dorvill. Edd. Rom. Med. Ven. *ut aliquid sibi* (sibi hæc Dorv.) *ea res auxiliaretur.* Scalig. et Leid. pr. sine τῷ ut, dant *aliquid sibi ex ea auxiliaretur.* Optime Petav. *L. Cæsar aliquid sibi ex ea re auxilii ratus:* quod reponendum omnino arbitror.

24 *In Cæsaris clementia*] Leidenses, Pet. Scal. Dorv. in C. Cæsar. Ad

differentiam ipsius *L. Cæsar*, qui loquebatur. Alibi quoque, sed rarissime, in his commentariis præfigitur *Cæsari* suum prænomen. Adi omnino ad B. Civ. I. 1.

**LXXXIX. 3** *Habuerat*] Aut legendum, *habebat*: aut illud, *habuerat*, ita accipendum, ut significet *collocaverat*. Vide supra ad c. 76. § 3. Clark.

**6** *Q. Ligario, C. Considio filio, qui tum ibi fuerat*] In aliis *Q. Ligario, C. Considii filio, qui tum, &c.* sed ex Ms. Norv. reponendum *Q. Ligario, C. Considio filio, qui tum ibi fuerant*, Cæsar enim utrisque Adrumeti tum agentibus vitam concessit. *Davis.* *C. Considio filio*, fuerant. Ita ex Ms. Eliensi recte reponit Davisius. Firmat Ms. Regin. Editi habent, *fuerat*. Quod ex iis Codicibus irrepsit, in quibus scriptum erat, *C. Considii filio, &c.* Clark. Male *Q. Ligario, C. Considii filio de uno homine, intelligunt vulgo, unde Manutius pro filio, legato reposuit, et Glandorp. cum Ed. Gryph. et Plant. *Ligurio exhibuerunt. Rectius Vascos. Steph. et Gryph. post. et C. Considii filio.* Verum *Considio* exhibent etiam Pet. Urs. Scal. et Leid. pr. Immo et *fuerant* servavit idem Leidensis.*

**9 Subitoque se ad genua projecit**] In Ms. Norv. pro vetere scribendi ratione legitur *proicit*; rescribe *projecit*, ob verba *præsentis temporis*, quibuscum ea vox connectitur. *Davis.* De more Davisium hic sequitur Clarkius. At mei omnes præteritum *projecit* servant.

**11 Pro sua natura**] Sic MSS. Reg. et Vossii. Elegantius, ut mihi quidem videtur. Editi et *pro sua*. Clark. Et abest solum e recentissimo Leidens. sec. et Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. Male, contra vero Leid. pr. et *pro s. natura, et pro instituto*. Optime repetita præpositione; de qua sæpius egimus. Rectius et delevisset ante *L. Celle* (sive *Ocellæ*, ut Aldus Manutius emendat) auctoribus. MSS.

omnibus, et Edd. primis, ac plerisque Vett. suadente ipso contextu.

**15 Circiterque noctem luminibus accensis Uticam pervenit**] *Noctem* recte prætermittunt Cujac. Petav. Buslid. et Norv. *Circiter luminibus accensis* est ἀμφὶ τὴν λυχναψίαν vel λυχνοκάτων. *Davis.* cur. sec. *Circumque* est in Cujac. *Noctem* etiam non agnoscent Leid. pr. nec Edd. Rom. Ven. Med. Optime. Nota est locutio *prima face*. Apulei. Metam. I. II. p. 27. Ed. Pric. ‘*Prima face cubiculum tuum adero.*’ Gell. XVIII. 1. ‘*Cum jam prima fax noctis.*’ Immo Censorin. de die Natali c. 24. ‘*Post id sequitur tempus, quod dicimus, luminibus accensis, antiqui prima face, dicebant.*’ Vide ibi Lindenbrog. Contra extremæ, seræ lucernæ Martiali et Propertio III. 1.: ubi vide Interpretes. Supra tamen c. 56. dixit ‘*Nocte jam luminibus accensis:*’ nisi et illuc malles τὸ nocte delere: pro eo ad *lumina* dixit Sueton. in Calig. c. 15. et alii. Adde Gruteri Suspici. p. 158. Uncis itaque inclusi vocem *noctem*. Paullo post vero in *oppidum introiit rescripsi fide integerimorum Codicum Petav. et Leid. pr. uti et Aicardi Ms. pro Cæsaris et Hirtii stylo: vulgo præpositio aberrat.*

**xc. 3 Cives R. ut prodirent, edicunt**] Notanda Constructio: sic supra c. 20. ‘*Sagittasque uti fierent curare.*’ Sic apud Terentium, ‘*Illum ut vivat, optant.*’ Clark.

**8 Ita tamen, ut, qui corum bona sua redemisset, se bonorum renditionem induciturum, et pecuniam multæ nomine relaturum, ut incolumitatem retinere possent**] Ita edidit Scaliger et Recentiorum plerique. Durissimum tamen, ut istam priorem ut sequatur Modus infinitivus. Quare, omissa ista vocula, (quam, post voces, *ita tamen*, in plerisque Codicibus ingessisse videtur Librariorum imperitia,) lege, ex Ms. Eliensi. et Editione Romana, *ita tamen, qui eorum bona sua* (in Ms. Eli-

ens. et Edit. Romana est, *ipsa bona sua*; ut forte legi debeat, *ipse bona sua* redemisset, se honorum venditionem inducturum, (vel *indicturum*, ut habent Codices plerique,) et pecuniam muletæ nomine relatrum, ut *incolumitatem retinere possent*, (vel potius posset, ut exhibent MSS. Reg. et Eliensis.) Clark. Hoc in loco turbantur sensus et Latinitas. Ut abest a Norv. et Rom. Quin et plurimi libri dant *indicturum*. Ab Hirtii mente credo non aberrabit, qui sic resinxerit, *Iis tamen, qui bona sua redemissent, se honorum renditionem non indicturum.* An autem ipsissima scriptoris verba sim adsecutus nescio. Davis. cur. sec. Delevi *ut*, auctoribus MSS. Petav. Scalig. Leid. pr. Dorv. et Edd. Rom. Ven. Mediol. Pro *ipsa*, quod etiam dant Ursin. Pet. Leid. pr. Dorv. et Edd. Med. Ven. posses vel *ipse* vel *sibi* legere. *Inducturum* habent optimi libri, ut Petav. Scal. Leidens. pr. nam alii cum Edd. pp. *indicturum*: male. Dicit Hirtius se inhibiturum, sive aboliturum venditionem bonorum *eius*, (sic enim passim cum apud alios, tum in his Commentariis pronomen demonstrativum subintelligitur,) qui eorum sibi bona sua redemisset. De verbo *inducere* adi Ciaceon. et Gronov. de Pec. Vet. p. 13. Unde patet nil praeterea esse mutandum, nisi quod pro *possent* scribendum sit *posset* cum Petav. Leiden-sibus et Dorvill.

14 *Bis millies HS his imposito*] Primam voculam omittunt cum alii Codd. tum editt. Rom. Ven. unde J. F. Gronovius de Pec. vet. II. 3. legit *millies HS his* (vel *bis*) *imposito*, *quod per triennium*, &c. Davis. *Millies* MSS. Cujac. Petav. Scal. et alii. In Dorv. Leid. sec. et Edd. pp. *mille sestertiis impositis*. Alii *bis mille sestertium*. Recte jam Glandorpius, Aldus et alii *bis millies*; licet non bene *sestertium* retineant. Vide Gron. d. I. Verior tamen et moderatior summa videtur, si deleamus τὸ *bis*. Quod ex meis

non agnoscunt Scal. Leid. pr. Dorv. et Edd. primæ.

16 *Se codem die demum natos*] Hanc locutionem cum non intelligeret Jul. Celsus, ineptum inde sensum confedit, quem videre est p. 233. Sed memor esse debuit bonus iste vir, *natales a veteribus dictos omnes illos dies, qui insignem aliquam laetitiam aut vitae mutationem attulerunt*. Hinc Cicero redditum suum, in oratione eam ob causam habita, *natalem* vocat, et ad Attic. I. vi. παλιγγενεσταν. Spartianus in vit. Hadriani: ‘*natalem adoptionis celebrari jussit*’ ad quem locum videndus Is. Casaubonus. Sed et *natalem* pro die, quo imperium inicit Maxentius, absolute posuit auctor Paneg. VIII. 16. 2. Davis. Adde Brant.

xcl. 4 *Zamam*] Codices nonnulli Zamae. Quomodo et alibi loquitur Hirtius. Clark.

7 *Quem oppidanī, antea rumore—audio,—prohibuerunt*] Ita ex MSS. Reg. et Vossii restitui. Editi omnes, *Quem* antea *oppidanī*, *rumore—audio,—prohibuerunt*. Perperam admodum, et magno cum sententiæ detimento. Clark. Optimo verborum ordine Gryphius et Lugdunenses 1576. exhibent, *Quem oppidanī, antea rumore exoptato*, &c. eumque in MSS. Reg. et Voss. repertum Cl. Clarkius merito probavit. Davis. cur. sec. Eum ordinem jam videre licet in Edd. Vasc. et Stephani.

9 *In oppido Zamae*] Sic rescripsi ex Ms. Norv. et editt. Rom. A.D. 1472. In vulgg. erat *in oppido Zama*, quæ magis est proletaria loquendi ratio. Vide not. ad hujuscem libri c. 36. Davis. *Oppido Zamae*. Sic rescribit Davisius ex Ms. Eliensi et Edit. Romana. Suffragatur Ms. Regius. Al. *oppido Zama*. Clark. *Zama quoque* Petav. Leidd. Dorv. et Ed. Mediol.

15 *Cunctaque gaza regia*] *Gaza* vox est Persarum, quæ pecuniam et omne quod possidemus, denotat. Servius

ad Virgili *Aen.* I. 123. ‘Gaza Persicus sermo est, et significat dixitias.’ Ac ad *Aen.* II. 763. ‘Gaza census Persarum lingua, et est numeri singularis tantum:’ qua in re fallitur vir eruditissimus, nam Lucretius lib. II. p. 155. edit. Wechel. sic ait: ‘Qua propter quoniam nil nostro in corpore *gazæ* Proficiunt.’ Et Horatius Od. I. 29. ‘Ieci, beatis nunc Arabum invides *Gazis*.’ Ex hac voce Gaza urbs Palestine nomen sumsit, si fides Pomp. Melæ I. 11. *Davis*. Memoria fefellit magnum Vossium quoque, negantem aurei ævi scriptoribus *gazas* plurali numero in usu fuisse de Anal. I. 40. Quare ad eum refellendum jam adduxerunt viri docti Horat. Od. 16. I. II. ‘Non *gazzæ* submovent tumultus mentis.’

**xci.** 4 *Sibi quoad vita suppeteret, oppidum seque ci reservare]* Ita interpungendum sensus manifesto postulat. Editi, *sibi quoad vita suppeteret, oppidum, &c.* Quæ interpunctio sententiam perturbat penitus. *Clark.*

**xcli.** 9 *Suosque interfectos aut fugatos]* In Edd. Rom. Mediol. et Ven. solummodo est *suos autem interfectos*, omissis ceteris. Bene Dorvill. *suosque aut interf. aut fugatos*, quod repone non dubitavi: c. 85. ‘Reliquos aut interfecit aut recepit:’ et milles.

**11 Manus intulisse]** Ex Ms. Ursin. legendum crediderim *Uticæ sibi ipsum manus attulisse*, qui cum paullo rarior loquendi modus, Librarii, ut fit, in notiorem formulam mutarunt. Scriptor B. Hisp. c. 42. ‘Populi R. magistratibus sacrosanctis manus—attulisti.’ Corn. Nepos Timol. c. 1. 4. ‘Ipse non modo manus non attulit.’ Cicero Offic. I. 7. ‘Is quasi manus afferre videtur socio.’ Sic etiam locutus est Seneca de Brev. vitæ c. 6. *Davis*. *Attulisse*. Sic Ms. Ursini, quod probat Davisius. Al. *Manus vel manum intulisse*. *Clark*. *Manum intulisse* Leid. pr. Sed *attu-*

*lissee* Petavianus quoque. Seneca de Ben. v. 15. ‘Ipsi patriæ manus afferre’ et saepius; atque ita passim vim adferre. Adi Cel. Heins. et Burmann. ad Ovid. Epist. Her. xvii. 21. Dein ab suisque restitui e Pet. et Dorv. *a suisque Leidenses*, Ursin. et Edd. primæ habent. Vulgo *a suis*.

**14 Qui sibi suisque liberis prodessent]** Sic Recentiores Edd. habent, pro quæ, quod est in MSS. et Edd. prioribus, ut et Jungerm. Cellar. Quare id reddidi, licet sciam qui defendi posse per Synthesin. In Pet. Cod. scribitur quæ s. s. l. tutandis pr. In Dorvill. et Edd. primis quæ sibi prod. suisque lib. Prodessent in Scal. non compareret. Egregie sinceram Hirtii manum videtur servasse Leid. primus: *nullas; ipse sibi suisque liberis a Caninio, &c. fide accepta*. Celsus sibi suisque liberis consulens cum Caninio ritam pepigit.

**xciv. 1 Juba]** Deest in MSS. Reg. et Eliensi. Et deesse potest. *Clark*. Abest quoque a Leidensibus et Dorv. Sed et c. 91. ‘Rex interim Juba.’

**2 Quum jam conatus esset]** Hasce voces delendas censuit Jos. Scaliger; temere nimis, cum eas retineant MSS.: ulcus tamen est in verbis, cui sanando operam navarunt plurimi. M. A. Muretus ad Seneca de Prov. c. 2. legit *quum omnia conatus esset*; Joan. Glandorpius, quique eum non nominatum passim exscripsit, Joan. Goduinus, reponunt *quum jam conviratus esset*, et hæc sane conjectura firmari potest ex Flori iv. 2. 69. qui testatur, Jubam et Petreum paullo ante pugnam magnifice epulatos esse. Illam tamen emendationem repudio, quia nimium abit a lectionis receptæ vestigiis, et unice amplector Ph. Rubenii hariolationem; is enim Elect. I. 10. minimâ mutatione rescribit *quum jam cœnatus esset*. Certe, cum L. Ampelius Memor. c. 38. aiat, ‘Jubam post magnificam cœnam interficiendum se dedisse,’ proculdubio ve-

ram lectionem restituit vir eruditus, a quo tamen miror locum hunc Amphilii fuisse præteritum. *Davis.* Mureti conjecturam probat Barthius Advers. *xvi.* 5. ubi docet, Juba delato regi potius convenire, ut non posset se ipse interficere, quam Petreio, quem *imbecillorem* ob acceptum vulnus et grandiorem aetatem vocat. *Conviratus* adrisit etiam Cellario; sed verissima videtur, quam ideo cum Clarkio in textum recepi, correctio cœnatus, quam etiam margini sui codicis olim adlevit Gruterus. Quod participium Plautus, Horatius, Apuleius et Cicero ipse ita exhibuerunt. Vide etiam Græv. ad Cicer. ad Att. *ii.* 17.

*4 Firmior imbecillorem, Juba Petreium facile ferro consumpsit]* Ph. Rubenius Elect. *i.* 10. reponit *Jubam Petreius*; Epitome enim Liviana lib. *cxiv.* et Florus *iv.* 2. 69. tradunt Petreium Juba, dein sibi manus intulisse. Sed de horum morte tanta est scriptorum discrepantia, ut in Hirtio nihil ausim mutare. Seneca de Provid. *c.* 2. ‘Jam Petreius et Juba concurrerunt, jacentque alter alterius manu cœsi.’ Et ab hujus quidem partibus stant Appianus B. C. *i.* *ii.* p. 490. ac Dion *i.* *XLIII.* p. 117. At Sextus Rufus Breviar. *c.* 4. sic loquitur: ‘Mauros Juba rex tenebat, qui in causa belli civilis ab Julio Cæsare victus, mortem sibi propria manu consivit.’ Accedit, quod omnes tam MSS. quam editi vulgatam lectionem tueantur, quam etiam in suo Codice invenit Jul. Celsus, quem vide p. 236. *Davis.* Sic et Gargonius apud Senecam patrem suasor. *viii.* p. 58. ‘Juba,’ inquit, ‘et Petreius mutuis vulneribus concurrerunt, et mortes fœneraverunt.’ *Idem*, cur. sec.

*7 Impetravit]* Glandorpius ait rectius fore, si legamus *flagitavit vel contendit*; quia sequitur *idque obtinuit*. Cur non potius *petivit?* nisi

malis verba *idque obtinuit*, ut super vacua, deleri.

*xcv. 5 Iterque in Hispaniam tendebant]* Absunt hæc a Leidensi primo. In reliquis Pet. Scalig. Leid. sec. Dorv. Edd. primis. Vasc. Steph. Gryph. post. ac Stradæ intend. Quod cur mutarint alii, caussam non video. Livius *xxi.* 29. ‘Utrum cœptum in Italiam intenderet iter?’ atque ita ille saepius. Vide Drakenb. ad Sil. *iii.* 466. et Cort. ad Sall. B. Jug. *c.* 107. ‘Intendere fugam’ apud Lucanum et Curtium.

*7 Eos prima luce adortus]* Abest eos a Dorvill. et Leid. pr. habet *cum pr. luce*. Forsan recte. Adi ad *c.* 62. ‘Cum prima mane.’ *Adorti* sic sine casu etiam *c.* 69. ‘Ex insidiis adorti agmini sese obferunt.’

*xcvi. 2 Rustiano]* Si scriptus liber adjuvaret, mallet Ursinus *Cestiano*, quod et a Cl. Perizonio sui libri margini adscriptum. Passim enim *Platorius Cestianus* in nummis, sed is in partibus Cœsaris fuit. Vide B. Alex. *c.* 34. Quare rectius addit *Rustianus* videri dictum, quod fuerit aliquis *Rustius* a gente *Platoria* adoptatus. Consule Ursinum in Familis in *Plat.* Male Glandorpio in *Onom.* dicitur *Rusticanus*, et *Rusticianus* in Dorv., ac *Ruscianus* in Pet.

*6 Ibique Scipio cum iis, quos paullo ante nominavi, interiit]* Scipio, assecutus eum, hostibus gladium per viscera exegit, ut testatur Florus *iv.* 2. 68. Vide et Appianum B. C. *i.* *ii.* p. 491. et Dionem *i.* *XLIII.* p. 217. *Davis.*

*Cum iis, quos p. a. nominavi, interiit]* In Petav. et Dorvill. non comparet τὸ *iis*. Eleganter Græco more, et, ni fallor, vere Leidens. primus *cum quibus paullo ante nominavi*. Vide Davis. ad B. C. *c.* 69. Afric. *c.* 41. ‘In eo loco quo paullo ante memoravi.’ Adde B. C. *iii.* 15. ‘Cum essent in quibus demonstravi angustias?’ et J. Periz. ad Sanet. Min. *ii.* 9. § 2. ac Cl. Burm. ad Sueton. Calig. *c.* 43.

**XCVII. 5 Abrogatis]** Non damno hanc lectionem, si quidem Mstorum auctoritate nittitur; nam Scalig. Leid. sec. Dorvill. cum Edd. primis Vascos. Gryph. Stephani, aliquisque habent *irrogatis*. Petav. et Cujac. *togatis*, nisi excerpta fallunt: at Leidens. primus *erogatis*, i. e. impensis in illos ad præmia, seu *donatis*, ut varia pro lectione est in Cujac. Ut *erogarit* veetigalia regia Zamensibus, qui, &c. *Erogatis* scriptura unice vera est. Paullo post in Edd. primis scribitur *Sallustio populi Ri. proconsule*: non male, si MSS. addicerent. Vide omnino Heinsium et Burmann. ad Vellei. II. 79. et supra ad c. 54. ‘ milites popul. Romani.’

**8 Qui—ordines duxerant; item Thapsitanis, &c.]** Vox, *item*, abest in MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Romana; et recte quidem abest. Nisi forte desit aliquid: ut, *qui—ordines duxerant*, Uticensibus mulctam imponit: *Item Thapsitanis, &c.* Aut aliquid simile. Eoque magis, quod in Ms. Eliensi scriptum sit, *itemque Thapsitanis, &c.* Clark. Petav. et Norv. dant *itemque*; qua de causa Clarkius aliquid excidisse suspicatur. Sed verius est, ut deleatur *item*; quo vocabulo Mstos Reg. et Voss. ac editionem Romanam carere vir ille doctus observavit. Abest etiam a Beroald. Gryph. et Luggd. 1576. Possis etiam legere *tum Thapsitanis, &c.* Davis. cur. sec. Abest quoque *item* a Leid. sec. Dorvill. et Edd. Mediol. Venet. Vascos. Steph. Sed *itemque* Leid. pr. Unde putem cum Clarkio quid excidisse.

**9 HS xx millia, &c.]** In nullo Msto nec Edd. primis usquam hic comparet *millia*: nec potest e Latini sermonis ratione. Quare cum Glandorpio ubique scripsi *vicesies, tricesies bis et quinquagies, et c. seq. centies pro c. millibus.* Consule omnino summum Gronov. de Pec. Vet. II. 3.

**10 Adrumetanis]** Petav. *Adrumete-*

*nis. Leid. pr. Adrumetinis.* Rectissime. Sic enim hoc gentile terminatur a Latinis: ut ex scriptoribus non solum, sed et inscriptionibus patet. Vide Berkel. ad Steph. Byzant. V. ‘Αδρύμης, et supra ad c. 3.

**13 Ad Senatum questi per legatos, atque arbitris a Senatu datis, sua receperant]** Petav. Norv. et Gryph. dant *questi per legatos atque arbitros a senatu datos.* Legendum vero *ad senatum questi per legatos, arbitris a senatu datis, sua receperant.* Vocula, quam deleimus, sensum turbat, nullique est usui. Davis. cur. sec.

**14 Arbitris a Senatu datis]** Sic recentiores habent Codices; nam præter Pet. et Eliens. etiam Scalig. Leid. pr. et Edd. Vascos. Stephan. Gryph. post. Str. dant *arbitros a sen. datos.* Quare rectum esse puto, quod servavit Cujacianus, *arbitrio a (ab Dory.) sen. dato.* Confer quæ notavi ad B. Civ. III. 20. ‘ Solutionibus, quæ per arbitrium fierent.’ Sic non opus erit, ut cum Davisio deleas atque. Ceterum pro *et questi* non legendum cum Aicardo et *qui questi*, vel eruditissimo Poëta Huidecopero *sed questi*. Subintelligitur *qui*. Adi omnino notata ad B. G. IV. 3. et h. libro c. 64.

**XCVIII. 2 Carales in Sardiniam perenit]** Ms. Norv. a *Caralis in Sardiniam*, unde reponendum *ad Carales*, vel, pro vetere scribendi more, *ad Caralis.* Carales urbs est Sardiniae primaria, quam urbem urbium vocat Florus II. 6. *Davis.* A *Caralis* etiam Petav. corrupte pro *ad.* Contra a *Caralibus* statim. Supra de hac præpositionis additione aliquoties egimus. Porro auctoribus Petav. Scalig. Leid. pr. præferrem IV *Kal. Quint.* licet Celsus etiam III scribat, recentiores sequens Codices. Restitui interim *proiectus* tide MSS. omnium et Edd. præter Amst. Dav. Luggd. et Clark. Vide ad v. 8.

## DE BELLO HISPANIENSÌ

## LIBER.

*A. Hirtii Panœ]* Nullus sere liber plures ab ævi dentibus cicatrices accepit; et tamen æquiore animo sunt ferendæ, quod hic scriptor a superiorum commentariorum elegantia multum recedat: ut enim in iis summus eluent sermonis nitor et nescio quæ συνθέσεως concinnitas; ita in hoc opusculo non solum crebra sunt ἐγνωταπόδοτα ac ἀσύντακτα, sed et totum orationis filum hominem ostendit scribendi prorsus imperitum. Unde factum, ut hunc libellum non Hirtio, sed Balbo aut Oppio post alios adscriperit G. J. Vossius de Hist. Lat. c. 13. Nonnulli vero censuerunt fieri non potuisse, ut homo Romanus tam male scriberet, quapropter Afri vel Syri militis esse fictum arbitratur Joan. Goduinus. Immerito quidem: nam licet horrida et incondita sit dictio, adeo tamen pura est ac a barbarie aliena, ut hoc scripto nihil Latinus concipi posse pronunciarit judex sane idoneus, Jos. Scaliger Proleg. in Maniliū p. 3. *Davis.* Si hic Liber (quod tamen vix crediderim) sit A. Hirtii; quæ est horrida ejus et inulta, licet Latina quidem, dictio; conjecterim equidem, breve id solummodo et extempore esse commentariolum; historiæ fortasse postea conscribendæ, materiam futuram. *Clark.* *Incerti Auctoris.* Balbi fuisse Ephemeridem, cuius meminit Sidonius Epist. ix. 14. putat Cellarius. Oppio etiam Volaterranus tribuit. Adscripsit oræ libri sui Cujacius, ‘Liber corruptissimus, et, ut videtur, ex Graeca lingua translatus. Non est Hirtii.’

‘Militari et horrido stylo’ scriptum ait Lips. Elect. II. 22. adsentientibus dein jure omnibus viris doctis: quare ego, (qui omnino statuo, *Ephemeridem B. Hispaniensis* esse, ab Romano homine, qui his expeditionibus interfuit, conscriptam temere, non vero justum *commentarium*) Hirtii nomen delevi, et, quod vides, subposui. E MSS. tamen nonnihil emendatiorem exhibui: nam vulgo circumferri corruptissime, e seqq. patet.

*Cap. I. 1 Pharnace superato]* Hæc est ἀνακεφαλαῖσι bellarum, quæ post Alexandrinum gessit Cæsar; ut frustra sint Joan. Glandorpius et Joan. Goduinus, qui reponunt *Scipione superato*: falluntur etiam interpretes, qui hunc libellum ἀκέφαλον censem. *Davis.* Videtur tamen ad connexionem aptius *Scipione superato*, quod reliquit Leid. pr. ut conjecit Glandorpius.

*Qui — profugissent; — confugere caput]* Hoc est, cum iis, *qui*, &c. Cujusmodi locutionibus, non quidem plane non Latinis, sed horridis admodum et hiulcis, plenus est hic Liber. *Clark.* Melius esse ait Gruterus, quod invenit in Petaviano. *Cum multi ex.* Vide Glandorpius.

*4 In Italia detinetur]* In Gryph. et Lugdun. 1576. est distineretur. *Lege detineretur.* *Davis.* cur. sec. *Distineretur* est in Vasc. et Steph. Edd. *detineretur* in MSS. Leidd. sed male. *Dum hoc sensu indicativum habet*, quod non advertisse Davisius videatur. Adi ad B. Afric. c. 61.

*Compararet Pompeius]* Goduinus

legit, compararet : (scil. Cæsar.) *Pompeius, &c.* Syntaxi plane nulla. *Clark.*

7 *Provinciam vastare caput*] Delevi verbum *capit*, quod statim præcessit, sive MSS. Cujac. Petav. et Leid. pr. Hanc antem constructionem esse Latinam, quis tiro nescit? Adi ad vii. 81.

9 *Contra*] Vocem istam, a Scaligero et Recentioribus omissam, ex MSS. Reg. et Eliensi et Edit. Romana restitu. *Clark.* Accedunt MSS. Scal. Leid. pr. Ursini, Ciacc. et Ed. Med. Ven. Habent quoque Vascos. Steph. Gryph. posterior, sed superius contra illi editores ejecerunt, nec male meo judicio. *Cludebant* edidit Scaliger primus e Ms. Ursini, et suo. Quomodo nonnulli viri docti scribi volunt ubique, pro *clando*: ut notum est.

10 *De Cn. Pompeio*] Ni fallor legi debet *De C. Cæsare*.

11 *Aliqua ei inscrebatur caussa*] Alienus criminis insimulabatur. Sic *inferre crimina* dixit scriptor ad Hennium I. iv. p. 36. ed. Lambin. ac ‘*inferre controversiam*’ Cicero de Invent. I. II. p. 72. Vide et interpres ad Phædri Fab. I. 1. 4. *Davis.* V. ad B. G. I. 39. ‘Alia caussa inflata.’

13 *Paucis commodis hoste hortato*] Ob hanc locutionem nostro βαρβαρισμῷ impingit Joan. Rhellicanus, et de vitio tam certus est Joan. Brantius, ut affirmet ne Priscianum quidem hanc mendam posse defendere. Bonae verba, quæso. Apuleius Metam. I. ix. p. 203. ‘Canes transeuntium viatorum passim morsibus alumnatos laxari, atque in eorum exitium *inhortatos*, immitti præcipit.’ Passivam etiam, non minus quam activam, significationem huic verbo competere testatur A. Gellius N. A. xv. 13. Vide et Ger. Joan. Vossium de Anal. III. 6. *Davis.* Ut *hortatus* passive sumi possit, videtur tamen corruptus esse locus. Nam *pacis commundo* est

in Pet. Cod. *commoda* Scal. et *pacis commoda*. Leid. pr. Unde quid extricari debeat, vide Lector.

14 *Majores augebantur copiæ*] Joan. Glandorpius reponit magis agcebantur *copiæ*, vel *majores reddebantur*; sed certissime legendum *majores cogebantur copiæ*, quæ phrasis est Latinissima; nisi forsitan, quod suspicor, ἰδωτικὸς sit hujusce scriptoris Pleonasmus. *Davis.* Certe similiter occurrit in nono Canone Theodori. ‘Tractatum est,’ inquit, ‘ut plures episcopi, crescente numero fidelium, augerentur.’ Exstat apud Bedam Hist. Eccles. IV. 5. *Davis.* cur. sec.

*Ob hoc*] Sic rescripsi e Cod. Petav. quod valet *propterea*. *Hoc* Cujac. Scal. Leid. pr. Dorvill. et Edd. Rom. Mediol. Ven. Vulgo ideoque. Vide ad Frontin. I. 6. 2. et III. 9. 3. ‘Ob hoc in fugam dilapsi;’ ubi vulgo etiam *hoc*: quod et ipsum sic satis defendi posset.

II. I *Designatus dictator IV*] Edd. primæ, item Plantinus, Scaliger, et seqq. omiserunt secundo loco *dictator*, quam vocem tamen MSS. et Edd. ceteræ retinent. Nisi quod Petav. habeat simpliciter *C. Cæsar dictator IV*. Videtur legendum *dictator III*, *designatus Consul sive Cos. IV*. Sic enim Historici, fasti, et nummi. Consule Pighium ad A. DCCVIII. et Nummos. Forsitan fuit *Cos. Cæsar designatus IV*, *dictator III*. Nam et hic auctor non solet præfigere *C.* Vide ad B. Civ. I. 1.

*Multis itineribus ante confectis*] Quo hæc pertineant, non capio. MSS. Leid. pr. Scalig. *Multis iter ante diebus confectis*. Dorvill. Leid. sec. *Multis item ante diebus conjectis*. Conjicio legendum *multis in urbe ante rebus confectis*, vel *iter ante pro ante iter*.

3 *In Hispaniam venisset*] Sic reposui ex Ms. Norvic. et edit. Steph. In aliis *in Hispaniam convenisset*, quod non nisi de duabus pluribusve dici-

tur. *Daris.* Suffragantur MSS. Reg. et Vossii. Alii convenisset. Quod ut de uno dicatur inusitatum. Tamen similis fere locutio Act. 1. 4. Συναλιξθεος—ατροις. *Clark.* Venisset etiam Petav. et Edd. Vascos. Gryph. post. Str. Sed aliud quid latet: nam Scalig. et Leid. prim. cum tribus Gall. dant cum venisset, et pro quam celeri habent cum ceteris. Petav. celeriter. Forte cum celeri festinatione belli (nam ad deest Seal. Leid. pr. Dory.) conficiendi in Hisp. quam venisset. Cum festinatione; ut apud ipsum Hirtium, 'summa cum celeritate ad exercitum reducit' VIII. 52.: ubi vide. Sed haemerae sunt conjecturae. Convenisset tamen certum mihi est, natum esse eis quibus quam venisset.

5 *Cordubam]* Sic Ms. Reg. Al. *Corduba.* *Clark.* V. ad c. 28. B. Afric. *Thapsi oppidum,* et alibi. Mei omnes *Cordubam* retinunt.

6 *Provincia potitus]* Rescripsi fide Petav. Thuan. Scalig. Leidensium, Dorvill. cum Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et Stradæ *provinciæ;* notissima constructione. B. G. I. 3. 'Galliae potiri.'

7 *Simulque quod tabellarii a Cn. Pompeio dispositi]* Locus est mutilus. Ex Ms. Norvic. omnino legendum *simulque tabellarii capti essent, qui a Cn. Pompeio dispositi omnibus locis erant, ut certiore, &c.* nam mira sane fuit ratio, cur *Corduba* capi posset, quod tabellarii essent dispositi, qui de Cæsar's adventu Pompeium facerent certiores, cum hoc non adjumento, sed certissimo fuerit impedimento. *Davis.* *Tabellarii capti essent, qui a Cn. Pompeio, &c.* Emendatione auro contra non chara, locum hunc restituit Davisius ex Ms. Eliensi. Alii enim omnes, omissis tribus istis vocabulis, sententiam exhibent contraria plane, atque erat mens Auctoris. Similis narratio infra, c. 12. *capti tabellarii, qui, &c.* *Clark.* Ad apicem cum Norvicensi convenit Pe-

tavianus. Bene ad sensum, sed ni omnia me fallunt interpolate. *Tabellarii qui Scalig. Dorvill.* Sed *tabellariis qui Leid. pr. et Edd. Rom. Med. ac Ven.* Dein pro qui cert. in Seal. est *quod: unde facio simulque captos tabellarios, qui, &c. quo, id est, ut, certiores Cn. Pomp.* Hoc nempe numerabant, captos simul esse tabellarios; nisi potius simpliciter legendum sit, *simulque tabellariis scil. nec opinantibus, qui, &c.*

13 *Ut, quem sibi equitatum ex provincia fecissent, praesidio mitterent]* Pet. et Norvic. exhibent, *ut sibi cum equitatu, qui ex provincia fuisset, praesidio essent.* Ac ita lego. *Davis.* cursec. Vulgatum confirmat Dory. quod non temere muto. Scalig. Ms. *utque sibi equitatum qui ex pr. fuisset, pr. esset.* Leid. pr. *utque sibi equitatum, qui ex provincia praesidio esset.* Leid. sec. *utque s. equitatus, qui ex pr. fuisset, pr. esset.* Edd. Rom. Ven. et Med. *utque sibi equitatus, qui ex pr. esset pr. miserunt.* Omnino acquiescendum vulgato, quod elegantius est. Nisi malis tecum *utque sibi equit., quem ex pr. fec. præs. mitterent.*

15 *Atque ut ipse voluit]* Ex Codd. Ciac. et Norv. ac edit. Rom. Venet. Beroald. reseribendum puto *neque ut ipse voluit;* quia celerins ad legatos, quam ipsi opinati sunt, appropinquavit imperator. *Davis.* Et hic eidem equidem viro doctissimo assentior, qui ex Codd. Ciacconii et Eliensi, et Editt. Vet. reseribit *NEQUE ut ipse voluit equitatum, &c.* Id enim ait auctor, Cæsarem celeritate prævertisse legatos suos, quo minus equitatum sibi, ut jusserat, praesidio mitterent. *Clark.* *Neque rescripsi assentientibus Pet. Seal. Dorv. Leid. sec. et Ed. Med.*

III. 1 *Idem temporis]* Rara apud alios locutio: quæ tamen conservatur a MSS. Cujac. et Leid. primo ac Dorvill. cum Edd. primis. Mox § 4. *Incidit idem temporis:* at ibi Edd.

Vasc. Steph. et aliae *Id. t. ut est* § 7. : sed vide ad c. 12. ‘Idem temporis.’ Scalig. habet *id tempus*. Petav. *codem tempore*; et Leid. sec. cum *iv.* Codd. Gallic. et Edd. Vascos. Aldi, Gryphii; Steph. *per id tempus*. B. Afric. c. 96. ‘Ubi classis P. Sitii per id tempus erat:’ ubi meliores carent *per*; quæ et alibi confundi monuimus. Ceterum Glandorp. et Ciaccon. legunt, *per idem tempus Sexi Pomp. frater (adolescens Ciaccon.) cum præsidio C. t. &c.* Mallem Erat *idem temporis*, S. Pomp. *fr. quo, sc. tempore, &c.* Idem cum Cellario et aliis, recte quidem *Ulam* legunt. Vide ad c. 61. B. Africi. MSS. tamen mordicus *Ullam* habent.

6 *Clam præsidia*] Ms. Norvic. *clam præsidio*; edit. Rom. Ven. Beroald. *clam præter præsidia*; sed hæ varie-  
tates ex eo sunt ortæ, quod Librarii  
et editores vulgatam lectionem se  
non recte habuisse perperam censuerunt. Plautus *Prol. Amph. vs. 107.*  
‘Is amare occœpit Alcumenam *clam-  
rirum*.’ Idem Menæch. act. 1. sc. 2.  
43. ‘*Clam uxorem ubi sepulcrum  
habeamus*,’ &c. Ac iterum Mil. Glor.  
act. 1. sc. 1. 34. ‘*Clam matrem suam*.’  
Terentius *Hec. act. III. sc. 3. 36.*  
‘*Clam partus eveniat patrem atque  
deo omnes*.’ Sic etiam locutus est  
Valerius Maximus *vii. 3. 7. Davis.*  
*Clam præsidio* etiam Petav. et Edd.  
Aldi, Gryphii. *Clam præter præsidia*  
Cujac. Leid. sec. Dorvill. Ursin. ac  
3 Gall. et Edd. reliquæ ad Scalig.  
usque, qui bene *clam præsidia* cum  
optimo Ms. Ursin., suo et Leid. pr.  
restituit. Auctor Decl. in *Sallust.*  
c. 5. ‘*facinora clam vos essent*.’ Vide  
etiam c. 16. ‘*Clam nostros*,’ et c. 35.  
‘*Clam præsidia*’

10 *xii cohortes*] Hunc numerum vi-  
tio operarum in Plantin. Edit. in-  
repsisse arbitror. Nam MSS. et Edd.  
prioræ *vi coh.* nisi quod Vascos. in  
margine ponat *sedecim*, quod et Ciac-  
con. in suo Cod. esse testatur. Sed

insuper præmittunt vocem *ccleriter*  
Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. Dor-  
vill. Edd. Rom. Ven. Med. Vasc.  
Gryph. post. et Steph. Vere sine du-  
bio. Porro non male Ciacconius legit  
vel *dc pedites*, vel quod malim *pari-  
que turmas equilum numero*. Maxime  
tamen inclino, ut putem hunc aucto-  
rem elliptice esse locutum, et brevi-  
ter, *pari numero*, tot scilicet, quot  
pedites erant in cohortibus illis. Pet.  
autem Scal. et Leid. pr. dant *pari  
equit. numero* sine que.

11 *Hominem ejus provinciae notum*] Gnarus seu peritum. Plautus *Pseudol. act. iv. sc. 2. 39. Novi*, notis  
*prædictas*, id est, scientibus. Nonius  
Marcellus p. 153. ed. Plantin. ‘*Ignota*, id est, *insciæ*’ Nævius Ly-  
curogo: ‘*Ignota iteris sumus, tute  
scis.*’ Dictys Cretensis *vi. 7. Notus-  
que adeo ejus domus*, ubi etiam prima  
vox active ponitur, ut ineptiat Joan.  
Goduinus, qui nostrum barbarismi in-  
simulat. *Davis.* Plura exempla vide  
apud Manut. et J. F. Gronov. ad  
Cicer. Ep. Fam. v. 12. ‘*Ignotis nota  
faciebat*,’ et Viros doctos ad Phædr.  
F. xi. ‘*Ignotos fallit, notis est de-  
risui.*’

12 *L. Julium Paciecum*] Et hoc cre-  
do operarum culpæ adtribuendum,  
qui in Ed. Scalig. expresserunt *Ju-  
lrium pro Junium*, ut est in MSS. et  
Editis prioribus: nec male suspicatur  
Manutius, Q. Junium, Hispanum  
hominem, de quo B. G. v. 27. est  
mentio, ejusdem familiae fuisse. Præ-  
nomen hic non agnoscit Petav. habet-  
que cum Edd. primis *Paciequum*. Leid.  
sec. *Paciætum*, ut est vulgo apud Ci-  
cer. ad Att. xii. 11. Sed *Paciæcum*  
per Diphthongum edidit Grævius ad  
Fam. Ep. vi. 18. et ita ubique scribi  
amat Manutius, ut et Pighius apud  
Valer. Max. v. 4. § 3. Ex. 3. ubi ea-  
dem in MSS. confusio.

15 *Qua vi tempestatis ita obscurabu-  
tur, ut vix proximum cognoscere possit*] Petav. Cujac. et Norvicio, dant quem

*vis tempestatis ita obscurabat.* Buslid autem, *ut vix proximum quisquam cognoscere posset.* Rescribendum censeo, *Aërem vis tempestatis ita obscurabat,* *ut vix proximum quisquam cognoscere* (vel, si mavis, ex Petav. et Cujac. legas agnoscere) posset. *Davis.* cur. sec. Exaudi curavi, quod prebent etiam Sealig. Leid. pr. Dorvill. Quem *vis t. ita obscurabat, ut vix pr. agnoscere posset.* Ingeniose autem *aërem* conjectit Davisius. In Leid. sec. est *Aditusque vis.* Ciaccon. ait in sua etiam addi *aditus: qua vis Dorv.* Opinor legendum *afflictaretur aditus, quem vis temp. ita obscurabat, &c.*: ut *aditus* sit ipsa adeundi actio, vel locus, quo adibant. Favet hinc conjecturæ, quod mox pro *ad eum locum ven.* in MSS. Leidd. Petav. Cuj. Sealig. et Edd. Vasc. Gryph. Steph. tantum sit *ad eum ven.* unde male Ald. Manut. et seqq. simpliciter *locum ediderunt: ad cum locum enim habent ceteri MSS. et Edd. primæ.* In Edd. Rom. Ven. ac Mediol. adeoque *vis t. obscurabat, ut vix pr. quisquam ag. posset;* delecto *ita;* interpolate. Rectius pro *posset:* in Dorv. est *possis, pro quo lego posses.* Ita millies in auctoribus ut diceres, ut *putares, ut nescires occurrit. Cognoscere autem mutavi in agnoscere præ MSS. auctoritate;* licet sciām sāpe alterum pro altero usurpari; quod et monendum fuit supra.

**18 Binos equites incedere]** Non refertur ad numerum cornū, qui mittebantur, cui enim usui duo equites possent inservire? aut quomodo pretexi poterat *cos conari ad murum accedere, ut oppidum caperent?* Denotat solummodo, duos equites in singulis lineis seu ordinibus incessisse. *Davis.* *Consecdere* est in Petav. Leid. pr. Dorv. et Edd. Rom. Ven. ac Med. Hl. Heinsius margini adscripsit, *Jubet binos equum consecdere.* Ut scilicet quisque eques acceperit ad se peditem. Pari enim numero equites peditesque erant missi. Vide et c. 4.

Davisii expositionem unice probat Clarkius.

**19 Mediisque ex præsidis]** Que non est in Leid. pr. Pro *ca* habent corum sc. adversariorum, Cujac. Petav. Sealig. Leid. pr. Dorvill. et Editt. Rom. Ven. ac Mediol. Quæreretur qui descent in Cujac. Petav. Seal. et Leid. pr. Nihilominus necessario adesse vindentur.

**21 Ut sileat verbum facere]** Hic est auctoris idiotismus, quem cum non caperent Librarii, in Ms. Norv. legitur, *ut sibi licet verbum facere, quo fere modo locutus est Hirtius Bell. Afric. c. 35.* Sed sensus hic adversatur. *Davis.* Cum Norvic. facit Petav. Ad eorum Codicum fidem parva mutatione legi possit *NE sibi LIBEAT verbum facere.* Sed, ut dixi, forsan a scriptoris manu venit recepta lectio. *Idem, cur. sec.*

**26 Recepti; et pedites equitesque—eruptionem, &c.]** Locus maxime depravatus. Ms. Norv. *recepti: et qui ibi remanserunt, clamore facto, eruptionem, &c.* Ms. Reg. quem sequitur Joan. Goduinus, exhibet *recepti pedites. Equites clamore facto dispositi partim ibi remanserunt, et eruptionem, &c.* Editt. Rom. Venet. Beroald. *recepti pedites equitesque nocte: sed dispositis partibus oppidani et pedites et equites clamore facto eruptionem, &c.* Sic et fere vetus Codex F. Ursini. Proxime ad editt. vett. commodo sensu legi possit, *recepti pedites equitesque nocte: et dispositis partibus, &c.* Sed in re tam dubia nihil p̄nrōs potest affirmari. *Davis.* Cum Edd. Vett. consentiunt etiam Leid. sec. Reg. Clarkii et Ed. Med. Brevius multo antiquiores legunt Codices. Leid. prim. *Et pedites equitesque clamore facto dispositi partim ibi remanserunt equites clamore facto erupt.* Cujac. *Et pedites equites clamore facto qui erupt,* Sealig. *Et pedites equites clamore facto dispositis ibi partim remansere, erupt.* Petav. tantum *et qui ibi remanserunt*

*equites, clamore facto er. Dorvill. Pedites equitum clamore facto dispositi partim ibi remanserunt et erupt. Sensus auctoris esse videtur: oppidanos, postquam recepti essent illi pedites equitesque, partim ex urbe eruptionem fecisse, partim equites, qui ibi remanserant, ab altera parte, ut ita includerent obsessores. Forsan leg. Recepti sunt equites peditesque. Sed oppidani dispositi partibus sive in partes, et qui ibi remanserunt, equites, clamore facto, eruptionem. Num fuit quoque Oppidani partim, partim qui, &c.? Vel eodem sensu, semel tantum posita voce partim; de quo vide ad B. Alex. c. 29.*

28 *Sic illud quum ins. accidisset, existimabat m. pars] Leid. sec. et Dorv. sic illud factum. Buslid. sic illa furia. Cuj. Petav. Leid. pr. sic illo facto. Scalig. sic in illo facto. Dein accidisse existimant prope m. Leid. sec. Dorv. existimabant prope. Prope ibi addit quoque Scal. Mox se prope c. esse existimarent Leid. pr. se prope captam esse existimavit Petav. Lego sic, ut (vel sicuti ex c. 4.) illo facto, quum insc. acc., m. pars h. q. in ill. c. f. se prope captos esse existimarent. Pars cum plurali jungitur: ut solet sèpissime. Vide ad B. G. II. 23.*

iv. 4 *In conspectu] Sic Ms. Reg. Vide supra ad IV. 12. Al. IN CONSPEC- TUM. Clark. At mei omnes conspectum.*

5 *In equis recipiuntur, &c.] Pessime hic impegerunt Annotatores. Nusquam hoc superius scriptum refertur inquit Ciaceonius. Locus dubie sanus, inquit Cellarius. Goduinus emendat; EX equis recipiuntur.—loricati, &c. Quem, tanquam approbans, citat et Davisius. Perperam omnes. Nam et vera est vulgata lectio, et sensus sati manifestus. Loricatos viros fortes, inquit Auctor, cum equitatu præmisit: Qui (loricati pedites) simul in conspectu oppidi se dederunt, in equis (post equites) recipiuntur. Hoc, (scilicet quemadmodum pedites loricatos, in*

*equis suis post se recipierent equites, (a Cordubensibus) in oppido) nequaquam poterat animadeverti. Appropinquantibus, ex oppido bene magna multitudo ad equitatum concidendum (existimantes sibi cum equitibus solis rem futuram) quum exissent: loricati (pedites,) ut supra scrisimus, (hoc est, quos supra diximus in equites receptos; vel simpliciter, quos supra memoravimus,) ex equis descenderunt, &c. Fesellit Interpretes, quod voces istae, ut supra scrisimus, non referantur ad ex equis descenderunt, sed simpliciter ad loricati. Vide errorem non absimilem supra ad B. C. III. 39. Notanda et locutio similis fere, infra c. 8. ‘Inter Ateguam et Ucubim, que oppida supra,’ sunt scripta. Davis. In equis recipiuntur. Petav. Cujac. Buslid. Norv. aliique Codices cum equis recipiuntur. Legem tunc quis recipiuntur. Davis. cur. sec. Cum etiam Leid. pr. et Edd. Rom. Venet. Med. Cod. Urs. cum equis non recip. Leidens. sec. Dorvill. sine equis dant non recip. Malim simpliciter legere equis recip. Illæ reliquæ particulæ cum, non, in natae videntur; quod Librarii non intelligebant locum, bene a Clarkio expositum.*

7 *Multitudo ad equitatum conciden- dum quum exisset] Ex Petav. legas oportet exissent. Vide nos ad B. C. III. 5. Davis. cur. sec. Adde Leiden- ses et Dorv. cum Edd. Rom. et Medi- ol. quod ideo reposui. Adi notas ad B. G. III. 17. ‘Multitudo latronum, &c. convenerant.’*

v. 4 *Tenebant adversus oppidum e regione pontis trabes, ut supra scrisimus, bipartito] Nihil supra de trabibus dixit noster, ideoque locus vel mutilus est, vel corruptus. Forte tenebant, ut habet ed. Steph. adversus oppidum e regione pontis, transisse ut supra scrisimus, tripartito: sic enim Cod. Thuan. ultimam vocem exhibet. Haec sane verba a MSS. Reg. et Norv. prorsus exsulant, ac delenda censem*

**Joan. Goduinus.** Sed hanc conjecturam evertit id quod sequitur: ‘ Pompeius ex adverso pari ratione castra ponit,’ unde patet de modo, quo castra erant posita, hic loci actum fuisse; ac proinde nostrae emendationi non insirmum subest adminiculum. **Davis.** *Tenebant—trabes, ut supra scripsimus, bipartito.* Locus vel mutilus, vel corruptus. Davisius, ex Edit. Stephani, pro *Tenebant*, legit *Tendebant*, (id est, Tentoria figebant:) et pro, *Trabes, ut supra scripsimus, conjicit, transisse, ut supra scripsimus;* et ex Codice uno Goduini, pro *bipartito*, reponit *tripartito*: quod cum praecedentibus melius congruit. Siquis conjecturæ locus, in re tam obscura; equidem pro *trabes*, luctuus reponerem (quod paullo minus durum videtur, quam emendatio illa Davisiana,) *castra.* Ut adeo legatur; *Tenebant—castra, ut supra scripsimus, tripartito.* Nam de *castris* hic agi, liquet ex statim sequentibus; ‘ Pompeius—ex adverso pari ratione *castra* ponit’ quod et notavit Davisius. Et voces istas, *ut supra scripsimus*, etiam ad id, quod proxime processit, referre, huic Auctori non inusitatum. Vide paullo superius, § 3. **Clark.** *Tendebant.* Gland. Edd. Vascos. Gryph. post. et Stradæ. Sed *tenebat* recte Leid. pr. nam e seqq. patet, de Cæsare sermonem esse, atque adeo etiam *tripartito* secundo loco videatur reponendum. *Adversum* est in Leidd. Dorv. et Edd. primis. Tota hæc periodus abest quoque a Petav. Scabra hæc verba esse monet quoque Grævius ad Cicer. Catil. III. 2.

8. *Pari idem conditione Pompeius]* Ursinus omnino legendum existimat, *Pari item conditione Pompeius.* Sed perperam. Nam, ut Cæsar *brachium ad pontem ducere capit*; *pari IDEM conditione Pompeium facere conatum*, vult Auctor. **Clark.** V. de hac ellipsi ad B. Alex. c. 58. In Leid. pr. est *dein.* At Dorv. et Edd. Rom. Ven. et

Med. *Pari denique cond. Pompeius idem (id Dorv.) facit. Inter.* Hic abest quoque a Leidensi sec.

10. *Pontem]* Non illum, ut opinor, quem fecerat Cæsar ad exercitum suum transducendum; sed pontem alium oppido propinquiorem. Quanquam nihil hic dilucide narratur. *Cl.*

11. *Modo hi, modo illi]* Ursin. Petav. Scalig. Leidenses, Dorvill. et Edd. Rom. Mediol. Ven. *Modo hi, nonnunquam illi.* Quod ferendum videtur in hoc auctore, nec a librariis profectum esse. Immo sic fere Val. Max. VII. 4. 5. ‘ Modo hos (Harl. Ms. *hos modo*). obsidebat montes, paullo post ad illos,’ &c.

13. *Cominus pugna iniqua]* Critici variis modis hunc locum tentarunt. **Joan.** Glandorpius legit *comissa pugna iniqua:* Pet. Ciacconius reponit *cominus pugna inita:* sed certissimam emendandi rationem docuit Ms. Norv. qui habet *cominus pugna fiebat, in qua dum, &c.* Optime. **Davis.** Glandorpius emendat, *comissa pugna iniqua: dum, &c.* Ciacconius reponit, *cominus pugna inita: dum, &c.* Atque ita quidem in Ms. Vossii scriptum repperi. Davisius, ex Ms. Eliensi, *cominus pugna fiebat; in qua dum, &c.* Clark. *Fiebat iniqua etiam Petav.* Sed placet mihi omnino *inita:* quod jam exhibuere Vascos. Gryph. post. Steph. et Str. V. ad VIII. 1.

14. *Coangustabantur, &c.]* Petav. et Scalig. *coagulabant fluminis ripæ, ac propinquantes.* Leid. prim. *coagulabant fluminis ripas appropinq.* Leid. sec. *coangustabant, fluminis ripas approp.* Dorvill. *coangustabant fluminis ripas et prop.* Librarii non videntur concequere potuisse *adpropinquare* cum Accusativo construi. Sed vide ad B. G. IV. 10. ‘ Oceanum adpropinquant.’ Propter est hic etiam loco *τοῦ προπ.* V. ad B. G. I. 22. *Coagulari* forsitan et nove dixerit ille, ut alia multa, sic statim excubitu.

20. *De bello decernere]* Vocem ante-

penultimam nescit Norv. Lege primo quoque tempore bellum decernere, quod valet finire, statuere quæ pars vicebit. De loquendi modo vide J. Fr. Gronovium ad Livii VII. 9. Davis. cur. sec. De abest quoque a Scaligerano, ac deleri volebat Ciacconius. Sed bello decernere est præliari, bellare: de bello decernere est justa pugna definire, uter in summa belli superior futurus sit. Quare nil muto.

VI. 1 *Quum animadverteret adversarios minime velle]* Praemissa vocula lege, ID cum animadverteret, &c. Hoc certe pronomen agnoscunt Petav. Norv. Reg. Beroald. Gryph. et Lugd. 1576. Davis. cur. sec. Addidi id, MSS. auctoritate. A Davisio nominatis accedunt Ursin. Leidenses, Scalig. Dory. Edd. Rom. Med. Vasc. Steph. et aliae.

*Quos ideo a via]* Pulcherrima videtur Ciacconii emendatio; qui legit, ab Ulia. Quanquam nihil hic certum. Clark. Non solum ab Ulia cum Ciacconio legendum puto, sed et pro ideo, Cordubam. Nam ideo exsulat a Petav. et quos quoniam exstat in Seal. Leid. pr. ac Dorvilliano.

4 *Firmissimum, &c.]* Id est, ut ego quidem existimo, Cæsar Ateguam, quod erat firmissimum Pompeii præsidium, proficiscitur. Clark. De hac obsidione adi Frontin. III. 14. quem bene hic laudat Glandorpius, aliqua deesse suspicans.

5 *Ea die per viarum angustias]* Edit. Rom. Ven. corrupte repræsentant, ea die nactus facultatem et angustias; male etiam Beroald. ea die nactus facultatem per viarum angustias. Ms. Norvic. exhibit per viarum difficultatem et angustias, quæ sana ac sincera est lectio. Davis. Ut Ed. Rom. ita etiam Mediol. habet. Codd. Seal. et Leid. pr. qua die facultatem et ang. Clarkius Norvic. Codicis lectionem recepit.

6 *Multasque balistas]* Sic primus quod sciam edidit Scaliger, cum in MSS. et Edd. prioribus sit multosque

lanistas, vel multis lanistas, quomodo dant Petav. Scalig. et Leid. pr. Non male a Lipsio margini adscriptum opinor multosque lixas; qui bene cum carris sive impedimentis convenienter: unde saepè in re militari tam hodierna quam antiqua junguntur.

11 *Partim suo equitatu, partim ut pedestris copia]* Ms. Vossii habet, partim ubi (Edit. Rom. corrupte, sub) equitatus, partim ubi pedestris, &c. Quæ lectio non mala. Clark. Verissima est lectio ubi equitatus, p. ubi, &c. quam agnoscunt etiam Ciaccon. Pet. Scalig. Leid. pr. et Edd. Vascos. Gryph. post. Stephan. et aliae. Leid. sec. sub equitatu, p. ibi, &c. at Dory. sub equitatu, partim ubi ped. Ut utroque loco conjectit Ciacconius frustra. Sub eq. etiam est in Edd. plerisque ante Scaligeranam.

*Pedestrīs copia — possent]* Sic recte Ms. Norv. Vide not. ad B. C. I. 45. et II. 6. In edit. pedestres copia. Davis. *Pedestrīs copia.* Ita restituit Davisius ex Ms. Eliensi. Cui suffragatur Ms. Regius. Atque ita alibi loquuntur Cæsar atque Hirtius. Al. *pedestrīs copiæ.* Clark. Adde Pet. et Leid. pr.

15 *Circumcludunt Casaris equites, et concidunt]* Utrum Cæsareani Pompeianos, an Pompeiani Cæsareanos conciderent, ambiguum in hac locutione. Prius tamen verius videtur propter id, quod mox sequitur, ‘equitatu longe et virtute et numero nostri erant superiores.’ Clark. Pro cum aliquot Goduinus legit eum al.

VII. 5 *Aggerem vineasque agere instituit]* Vineæ quidem ogi passim dicuntur, agger non item; sed jaci, strui, duci. In Norv. est, Cæsar munitionibus — aggerem vineasque agere instituit. Forsan reponendum, Cæsar munitionibus ceterisque, quæ ad oppidum oppugnandum opus fuerunt, aggerem vineasque ADDERE instituit. Davis. cur. sec. Fallitur vir doctus; nihil enim mutandum est. Nam licet jam jun-

gerentur voces *aggerem agere*, vel sic tamen recte se haberet lectio vulgata: cum soleant duo substantiva, licet connecti non posse viderentur, saepè adhærere uni verbo. Id quod aliquoties jam monuimus: et ipse Davisius alibi notavit. Vide ad VIII. 5. Verum non opus est, eo recurrere. *Aggerem agere*, pro cespites ad *aggerem faciendum* comportare, habuimus B. Alex. c. 73. Sed et, *agere aggerem*, pro ducere, extendere non minus dici potest, quam *agere limites*; quod Tacitus, Frontinus, et alii usurparunt. Vide ad Front. I. 3. § 10. aut *agere cuniculos*, de quo adi Scheff. ad Phœdr. F. 76. Non multum dissimile est *agere radices* de arbore apud Ovidium et alios saepissime. Immo *agere turres* pro extruere videtur sumere noster c. 48.

16 *Ex fugitivis auxiliares consistebant*] Ut barbaram hanc locutionem proscribit Dodwellus. Quare Cl. Davisius legit *In fugitivis*. Posset et delere præpositionem. Adi ad VI. 22. ‘Pars virtus in lacte, caseo, carne consistit.’ Alioquin constare ex illis solet dici, cum quo verbo saepè consistere confunditur.

VIII. 3 *Propter terræ fecunditatem, inopem difficilemque habet oppugnationem, et non minus copiosam aquationem*] Buslid. habet *insecunditatem*. Recte. Nec minus recte Lipsius reponit, *non nimis copiosam aquationem*. Legas igitur velim, *propter terræ infecunditatem, inopem difficilemque habet oppugnationem, et non minus copiosam aquationem*. Vide Strabonem I. III. p. 200. *Davis.* cur. sec. Non e codice Buslidiano hoc videtur hausisse Lipsius; sed ejus esse conjectura: nam hæc in excerptis, quæ a Clar. Fabricio habuit Davis. et a me visa sunt, saepè ita dubie scribuntur, ut nescias, quid sit statuendum: immo de toto illo Buslidiano Codice aqua mihi hæret; et puto non illum indigitari a Lipsio, sed Ed. Romanam Principem. Nam

eadem sunt semper lectiones. Nequæ hic aliiquid mutandum est. *Fecunditas terre* faciebat, ut egerent materia ad aggères struendas, quia non silvestris erat regio, sed glebosa, et frumento serendo, ceterisque frugibus apta. Si tamen ita hæc capi possunt. Nam parum me hinc expedire, fateor.

8 *Sicut in Africa, rudere*] Legendum ex editt. Rom. Ven. Beroald. *Et sicut in Africa rudere, &c.* Adi I. de B. Alex. c. I. *Davis.* Reete monet Davis. scribendum et *sicut in A.* uti est etiam in Med. Ed. Verum pro *turribus* insuper legendum modo *turribus*: uti habent MSS. omnes et Editt. ante Scaliger.

14 *Ab hostibus*] Rescripsi, quod invenitur in Pet. Leid. pr. et Dorv. ab *hoste*. Quod paullo elegantius est.

*Quod in hoc contigit bello*] Ms. Norv. idque in hoc contigit bello: sed legendum cum editt. Rom. Ber. id quod in hoc contigit bello; sic enim loqui amat noster. Vide quæ notavimus ad B. C. III. 44. *Davis.* Id quod diserte existat in Pet. Leid. pr. Dorv. et Edd. Medioli. Quare cum Clarkio id resposui. Plura vide loco laudato.

ix. 1 *Qui eodem, &c.*] Codices nonnulli quod: pro *remotum* al. *remotus*; Clark.

4 *Ad subsidium submittendum se mitteret*] Sic quidem edit. Ber. ac ita etiamnum loquuntur Galli. Rom. et Venet. exhibent *ad subsidium committendum se mitteret*. In Ms. Norv. legitur *ad subsidium veniret*, quæ sane phrasis est magis usitata: hoc tamen non impedit, quo minus hic ab emendatore profectam arbitrer. *Davis.* Dele *hoc tamch* — *arbitrer*, et adde: *Quumque Petav.* etiam sic repræsentet, auctoris forte manum dant ii Codices. *Idem*, cur. sec. Scaliger secutus est Ursini Codicem. In Leidensibus et aliis, atque Edd. Medioli. Ven. Vascos. Gryphii, Stephani, Manutii et pluribus est *subsid. committ.* Non male Gland. *ad subsidium submitt.*

*se committeret. Mittere se esset dictum ut c. 4. ‘ad oppidum se dederunt.’ Ita saepe ferre sc. Immo ‘reportare se’ infra c. 40. Aliud quid tamen latere puto.*

6 *Cœpit, ut laborantibus succurreret]* Manifesto absurdum est hæc lectio, nec enim Pompeius laborantibus Cæsarianis succurrentum putavit. Omnino, mutata distinctione, rescribendum oppugnare cœpit. *Ut laborantibus succurrerent, nostri quum appropinquassent, &c.* quemadmodum ante me conjectit Joan. Glandorpius. Ineptus Joan. Goduinus, cui post ultimam vocem Cæsar videtur intelligendus. *Davis.* Locus hic mire torsit Interpretes. Manifesto absurdum lectio, inquit Davisius; ut Pompeius castellum Cæsaris oppugnaret, quo laborantibus Cæsareanis succurreret. Goduinus hoc modo accipit: *Castellum oppugnare cœpit Pompeius, ut laborantibus succurreret Cæsar: inepte prorsus.* Glandorpius igitur et Davisius, mutata distinctione, emendant; *castellum oppugnare cœpit.* *Ut laborantibus succurrerent, nostri quum appropinquassent, &c.* Atque illud forte sibi voluit Goduinus, licet distinctionem mutare omiserit. Verum neque illa emendatio stare poterit. Nam illud, *nostri quum appropinquassent,* non potest intelligi de Cæsareanis ad succurrentum venientibus, quia *postea* narrat auctor nuncium Cæsari de castello oppugnato *primum* esse allatum, eumque *tum demum* cum legionibus ad succurrentum appropinquasse. Quamobrem, re tota pensata, lectionem vulgatam veram esse existimo, atque hoc modo intelligendam: *Castellum (Cæsaris) oppugnare cœpit Pompeius, ut laborantibus (Ateguanis suis a Cæsare obcessis) succurreret. Nostri (in castello,) quum appropinquassent (Pompeiani,) — telorum jactus (eminus) facere cœperunt; — Quo peracto, quum ex castello (ominus) repugnare cœpissent, et majoribus castris*

*Cæsari nuncius esset allatus; cum iiii legionibus est profectus, &c.* Clark.

13 *In quibus]* Edit. Beroald. duabus vocibus additis, repræsentat *in quibus duo millia;* at, præterquam quod ali omnes Codd. adversantur, major est numerus quam ut hoc conveniat: proinde cum Ms. Norv. priorem etiam verborum bigam delendam arbitror, quippe quæ omnino videntur. *Davis.* *In quibus* desunt quoque Petaviano: quas voces ex Norv. Cod. audacter e textu ejecit Clarkius: at vero, *in quibus duo — m.* legitur in Leid. pr. nec non in Scalig. quomodo exprimi curavi, asterisco addito *capti,* *in quibus duo \* Multi.* Excidisse videtur vox, qua designabatur, quales hi duo fuerint, ut *tribuni vel centuriones, similesve.*

x. 1 *Arguetius]* Glandorp. in Onom. nominat *Arguentium.* Adscripsit vir doctus margini A. Vettius vel *Vargunteius.*

3 *Suo loco præteritus est]* Mira et insolens locutio; in qua subintelligi videtur, *locus,* aut aliquid simile: id quod alias dixisset, *suo loco præteritum est.* Nisi illud *præteritus* ad *Arguetium* referatur; quod est mire obscurum. Codices nonnulli, *Suo loco* (vel *quo loco*) *perterritus est;* scilicet *Arguetius.* Sed et id valde obscurum. Clark. In Norv. Ber. et Gryph. legitur *perterritus.* Sed *præteritus* rescribas oportet. *Davis.* cur. sec. *Præteritus* primus ex Ursini Codice edidit Scaliger, quo facit Leid. pr. *præteritus,* Ceteri cum prioribus Edd. *perterritus.* *Præteritum* aliquem sensum habet: sed videntur hic multa deesse. *Quo loco* Goduinus ex 2 Thuan. Codd. legit, uti et e conjectura *ex Italica.* Paullo post addidi *sua auctoribus* MSS. omnibus et Edd. primis.

xi. 2 *Persecuti]* Sic recentiores Edd. Amstelædamensis, Davis. Lugd. et Clarkii exhibent. Sed MSS. cuneti et Edd. Vett. item Scal. Jungerm.

Cellarii, &c. dant *prosecuti*. Quare id reddidi. Vide omnino ad v. 9. ‘Sed eos fugientes longius prosequi vetuit.’ Sic et statim c. 14. ‘Dum longius prosequitur,’ et ibid. ‘longius, nostris cedentibus, prosequi.’

6 *In oppido]* Ab Ateguanis se fortiter defendantibus. *Clark.* Ita bene etiam Cellar. *Ex op.* adscriptis vir doctus.

7 *Sic ut et omne genus, quibus ignis jactus solitus est mitti]* Addita vocula, ex Ms. Norv. describendum *solitus est mitti, exerceretur*, alioquin hiulea est oratio. De instrumentis, quibus ignis jaci solitus est, adiri poterit *Just. Lipsius Poliorc. Dial. v. 2, et 5. Davis.* Sealiger et Recentiorum plerique; sic *ut et omne genus*. Quæcum hiulea videretur oratio, *Davisius* (addita ex Ms. Eliensi voce *exerceretur*,) reponit, sic, *ut et omne genus, quibus — solitus est mitti, exerceretur*. Quæ lectio proba est et bona. Sed et sine ista voce (si ex *Editt. Rom. et Cellarii scribamus sicut*) integra erit oratio, sicut *et omne genus, quibus solitus est mitti. Clark.* Optime *exerceretur* addidit *Davisius* ex Ms. Eliensi; nam cum eo facit *Petavianus*: sed tum delere debuerat *et*, quam particulam non agnoscunt *Petav.* aut *Leidenses*. Ceterum in *Edd.* primis ac *Beroaldi legitur omne earum rerum genus*; et in *Scalig.* ac *Leid. pr.* abest *quibus*. Librarii scilicet non potuerunt concouere illam-synthesin *genus quibus*: sed adi ad *B. G. II. 11.* et sæpius.

xii. 3 *Cum Fabio]* Sic *Glandorp. Manut. Plantin. Scalig. et deinceps reliqui ediderunt.* At *Veteres Edd.* item *Gryph. et Steph. Babilio* habent. *Babio Leid. pr. Babio Ursin. et Petav. Bobilio Leid. sec.* Quod verum nomen sit, nescio. Nam et *Babili*, *Babili*, *Babili*, et similia nomina occurunt. Dein legit *Glandorpius ut qui a Treb. aufugisset. ad Trebonium* Ms. *Reg. et Leid. sec. male*; nec

melius *cum Trebonio transfug.* *Leid. pr. Cæsareanarum partium fuit Trebonius*: ejusque in Gallia legatus. A non adest in *Petav.* Forte et *cum Trebonio, ac transfugerant.*

6 *Eodem tempore capti tabellarii]* Ms. *Norvic. et editt. Rom. Ven. Beroald.* exhibent *idem temporis*, quod a nuperis mutari non debuit. Noster supra c. 3. ‘Erat *idem temporis Sext. Pompeius frater.*’ Ac iterum: ‘Incidit *idem temporis.*’ Nec aliter c. 20. ‘Idemque temporis centuriones loricati’ ita enim ex Ms. *Norvic.* et *editt. Rom. Ven. Beroald.* reposui, cum in vulgg. *codemque tempore* legeretur. Vide et c. 13. *Davis.* Cum *Clarkio* rescripsi *idem temporis*; nam ita quoque exhibent *Petav. Leid. pr. et Scalig. cum Ed. Mediol.* Vide ad c. 13. statim ‘Idemque temporis glans missa.’ et c. 20. ‘Idemque temporis’; ut est in *Mss. omnibus.*

15 *L. quum, &c.] Legendum ex Ms. Norvic. ii quum, &c. nam facilis est in his rebus confusio. Sic Bell. Afric. c. 87. ubi in vulgg. est *corum castra* ii equites *adorti*; Ms. *Norvic.* et vett editi repræsentant *L equites. Davis.* Optime sane emendavit *Davisius II pro L.* quod sane ineptissimum erat. In meis tamen nulla est varietas. Nil hilominus cum *Clarkio li* reposui.*

16 *Tamen virtute militum nostrorum, etsi inferiore loco premebantur, tamen repulsi adversarii]* *Mss. et editi omnes tamen virtute militum nostrorum, qui etsi, &c. sed pronomen induximus, quippe quod manifesto abundet, et ea certe minor est mutatio, quam Scaligerana, pro qua, tribus vocibus deletis, legendum esset tamen virtute militum nostrorum, etsi inferiore loco premebantur, repulsi, bene multis, &c.* Illud tamen, quod locum posteriorem obtinet, significat tandem, qua de rediximus ad *B. G. VIII. 19. Davis.* In omnibus *Mss.* et *Editis* legitur, qui etsi, &c. Sed voculam istam *qui et posteriorem illam tamen, et vocem*

*adversarii* delendas existimat Scaliger. Davisius mutationem istam nimiam arbitratus, omissa sola ista vocula *qui*, ceteras retinet, sicut et nos edidimus. In eo tamen hic uti et alibi errat vir Doctissimus; quod posteriorem illam *tamen* pro *tandem* existimet esse usurpatam. Est enim revera aliud nihil nisi repetitio, optimis auctoribus usitata, prioris illius *tamen*, post voces illas (*etsi* — *premebantur*) parenthesis inclusas. Verum tamen, ut quod res est, dicam, cum et vocula illa *qui* in codicibus omnibus reperiatur, non possum non suspicari, deesse forte aliquid, atque ita potius scribendum, *tamen* *virtute militum nostrorum* \*\*\*\* (forte *rejeciebantur*, aut aliquid simile) *qui etsi premebantur, tamen repulsi adversarii*, &c. Judicet Lector eruditus. Clark. Dele illud *tamen* et sequentia; et adde, Verum tamen legas oportet *tandem repulsi*. Davis. cur. sec. Clarkio adsentior putanti aliquod verbum ante  $\tau\delta$  *qui*, quod in MSS. meis quoque est, excidisse. *Tamen* secundo loco deest Leid. pr. *Repulsis adversariis* sine sensu dant Leid. sec. Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et Stradæ.

xiii. 1 *Brachium capit ad flumen Salsum facere*] Ms. Norvic. pro voce ultima repræsentat *ducere*, ae ita loqui amat noster. Sic supra c. 5. ‘*Brachium ad pontem ducere cœpit*.’ Infra c. 23. ‘*Brachium ad flumen Salsum ducere cœpit*;’ nec aliter passim scriptores optimi. Davis. *Facere* abest a Leidensibus. Sed optime etiam Petav. *ducere*: quod reposui. Adi ad Frontin. I. 5. 1. ‘*Vallum in modum cavae Lunæ duxit*;’ et ad III. 17. 5. ‘*brachiis ab latere ductis*.’ B. Afric. c. 51. ‘*duo brachia instituit duci*,’ et saepissime.

10 *Dum oppidum potiri posse sperarent*] Auctor B. Africani cum aliis saep ita loquitur. Adi ad c. 36. *Castellum, &c. est potitus*. Hic tamen

Mss. Ursin. Petav. Scalig. Leidenses et Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. &c. habent *oppido*. Eadem est confusio infra c. 16. § 4. Præterea pro sperarent exhibui, ut exigit Latini sermonis usus, *sperant*, atque ita est in MSS. Leidensibus, Ciacconii, et aliis. In Petav. est *sperabant*. Vide ad B. Hisp. c. 1. ‘*Dum Cæsar in Italia detinetur*,’ et quo ibi lectorem mitto. c. 14. ‘*Dum longius prosequitur*,’ et millies.

14 *Conservati — orabant*] Capti (ut videtur) nonnulli et ab oppidanis conservati, Cæsarem invicem pro Pompeianis misericordiam orabant. Clark.

17 *Qui*] Petav. Leid. sec. Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. Str. illi. Leid. prim. ibi. *Lege II.*

In *oppidum revertissent*] Ita ex Ms. Regio restitui. Estque elegantius, quam quod habent Editi, *reversi essent*. Hujus enim verbi forma passiva in temporibus imperfectis frequentius utuntur optimi Auctores, *revertitur*, *revertebatur*, *reverteretur*; forma autem activa frequentius in perfectis, *reverti*, *reverterim*, *revertissem*, *revertero*. Sed et aliud hic notandum est. Nam in Ms. Eliensi scriptum est, *quum oppido revertissent*. Quam ut veram demum esse lectionem existimemus, facit similis locutio infra c. 16. ‘*oppido represserunt*:’ quod alius dixisset, *in oppidum*. Clark. *Revertissent* cum Clarkio restitui fide Codd. Petav. et Leidensium, ut et c. 18. In *oppidum* servant mei. Vide tamen ad VIII. 12. ‘*elicerent insidiis*;’ et infra c. 24. ‘*dejecti planicie*.’ c. 38. ‘*jugo dejicere*.’

xiv. 1 *Eo præterito tempore*] In Petav. Scalig. Leid. pr. exaratur ejus *præteriti temporis*. Fors ejus *puncto temporis*. V. Brant. ad B. Civ. II. 14. 25. B. Afric. c. 15. Liv. III. 27.

2 *Falsaque illa opinione*] Ex Ms. Norv. reponendum *falsa illa opinione*, nam delenda est particula copulans,

quippe quæ sensum turbat. *Davis.* Sed perinde est. Nam pro eo, quomodo distinguas; æque erit, sive scribas, *castellum constituit*: neque a nostris prohibitus, falsa illa opinione gloriatus est: sive, *castellum constituit*, neque a nostris prohibitus; falsaque illa opinione gloriatus est, &c. *Clark.* Que tamen abest quoque a Petav. illa exsulat a Leid. pr.

8 *Simulque levi armatura]* Joanni Glandorpio legendum videtur *simulque levis armaturæ*. Edd. Rom. Ven. Beroald. exhibent *simulque cum levi armatura*. Rectius MSS. Norvic. *simul cum levi armatura*: ac ita rescribendum. *Davis. Simul cum.* Ita recte restituit Davisius ex Ms. Eliensi. Quomodo et in MSS. Vossii scriptum est. Al. *simulque levi vel simulque cum levi*, &c. Quod sententiam turbat. *Clark.* Cum addunt quoque Leidenses, et Ed. Mediol. Sed Eliensi et Voss. Codd. accedunt Petav. et Scalig. una cum Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. et Strada, quare ita edidi. Quamvis et *levis* possit legi vel *simul levi armatura*: nam *simul* ita solet cum Ablativo construi. Vide præter alios Cel. Burmann. ad Val. Flacc. iv. 88. et Drak. ad Liv. i. 31. ‘*simul patria.*’ Ceterum in Leid. pr. est *dejecti*, ac *proterriti* pro *protiti*, ut habet Ed. Ven. Quod facile defendi posset ex iis, quæ con-gessi ad B. G. iii. 9.

12 *Aliquo loco]* *Æquo loco* malim cum Lipsio. Cap. seq. *congregatur* exhibui, fide Codd. Petav. Leiden-sium, Ciacconii, loco *rōv* *progreditur*. Pro *recepti* conjicit Glandorpius legendum esse excepti.

xv. 5 *Venisserunt]* Glandorpius addi-vult auxilio. Rectius Vossius conjectit *subrenissent*. Sed *venire* alicui pro advenire tam in bonam quam malam partem adhibetur. Adi notata ad viii. 12. Cort. ad Sallust. B. Jug. c. 4. ‘*Commodum Reip. venturum.*’

6 *Complures equites]* MSS. Reg.

Eliens. et Vossii et Edd. Vett. *ex equis.* Quod idem est. *Clark.* *Ex equis* etiam Ciaccon. Pet. Leidenses. Scalig. et Edd. primæ. Quod cur mutaverint, nescio. Retinuere tamen Vasc. Gryph. post. Steph. et alii.

11 *Sunt reducti]* Rectius forsitan Leid. pr. habet *reducti*: nisi placeat magis Heinsiana conjectura *rejecti*. Verum *reducti* hoc sensu noster quoque c. 34. ‘eruptionem fecerunt; at, bene multis interfectis, in oppidum sunt redacti.’

14 *Nostris defendantibus]* Defendantibus se scutis suis vel sub musculo, &c. *Clark.*

16 *Hospites jugulare]* Pompeiani milites nimirum, jugulabant oppidanos, qui eos hospitio exceperant: ut patet ex infra dictis c. 16. ‘*Jugulatione oppidanorum:*’ c. 18. in f. et c. 22. ‘*Quum viderent hospites jugulari.*’ *Clark.*

xvi. 1 *A Pompeianis clam nostros tabellarius est missus]* Mire hic cæcūtierunt Editores omnes; qui exhibent, *a Pompeianis clam ad nostros tabellarius est missus*: sensu plane nullo. Cum e. contrario mens Auctoris manifesta sit, *a Pompeianis* (Pompeii exercitu extra oppidum) *clam nostros* (vel *clam nostris*) *tabellarium* in oppidum missum. Quare vox illa *ad*, ut cuncte libris reclamantibus, necessario rejicienda est. Nisi forte (quandoquidem in uno libro repperi *ad clam nostros*) legendum sit *ad OPPIDANOS, clam nostris*, &c. *Clark.* Cum Cl. Clarkio legendum *clam nostros*, deleta voce, quam respuit mens auctoris. Illius constructionis exempla dedimus ad hujuscet libri c. 8. *Davis.* cur. sec.

7 *Culcatas ad fossas complendas]* Ms. Thuan. et edit. Rom. *culcatas*: Ms. Norvic. *cultatas*, unde forsitan legi possit *culcitas*, cuius diminutivum *culcitala*, licet in aliis sit *culticula*, notante Festo, *fusticulus* quidam ligneus in sacris dicebatur. Ad oram nonnull-

lorum Codicum legitur *erates*, quæ vox, hujus explicandæ gratia, margini est adscripta. *Davis.* *Cultatus* est etiam in MSS. Leid. pr. Thuan. et Scalig. Quare *culeitas* non displicet.

8 *Stramentitiae adficiatae*] Hoc reperatum in Ursini Codice exhibuit primus Scaliger. Reete. Confirmant enim Petav. Leid. sec. Voss. et Dorv. Estque hoc Adjectivum apud Petron. c. 63. et in Glossis. In Scalig. est *stramine*. Sed Leid. pr. servat ante vulgatum *stramentis*: quod etiam defendi potest ex VIII. 5. ‘*tecta, quæ stramentis erant inædificata*’.

12 *Existimabat*] Pompeius. Rhellicanus ad tabellarium refert. Inepte. De locutione *oppido represerunt* vide supra ad c. 13. § 6. Clark.

19 *Jugulatione oppidanorum facta*] Hanc locutionem plus vice simplici adhibuit noster, eam tamen Joan. Brantius barbarismi insimulat. Sed perperam; eodem enim modo occasionem facere dixerunt scriptor ad Herennium l. IV. p. 38. A. et Cicero de Invent. l. II. p. 66. ed. Lambin. *Davis.*

xvii. 1 *Catone*] C. Antonio ex cap. seq. emendavit Glandorpius, cum tamen in omnibus MSS. sit *Catone*. Alterum etiam recepit jam Clarkius. Sed et *Catone* habet Celsus, et ex cap. seq. non patet clare, *Antonium* hic innui. Vide ibi notas.

5 *Cujus funestæ laudes—exspectantes*] Hæc Librariorum vitio videntur corrupta, aut mutila, ut sine meliorum Codd. ope sanari non possint. Ejusmodi tamen libros sperare non licet, cum hicce locus Julii Celsi tempore æque fuerit vitiatus. Vide vit. Cæs. p. 241. *Davis.* Hoc est quippe *cujus funestæ laudes, &c.* Quam verborum transpositionem quoniam non animadverterat Davisius, locum hunc multum existimavit. Clark. At MSS. Ursin. et mei omnes habent cum Edd. primis quoniam seu qm̄. Et pro deda-

mur statim Leidenses, Scalig. Dorvill. et Edd. pp. *dedimus*. Pro eo male Glandorpius vult scribi *habemur in h. numero*. Adi tu notas ad vi. 6. ‘hostium se habiturum numero.’

15 *Et quadem, ait, gentibus me præstisti, similem in civium deditione præstabo*] Hoc responsum, quod a vulg. aberat, ex Ms. Thuan. addidi. Ms. Norvic. locum sic exhibit: *ut clementiam, quam victis gentibus præbueristi, calamitosis civibus tuis non deneges.* Cui Cæsar, *se non acerbiorcm in cives fugatis; non male, si pro voce ultima futurum reponamus.* *Davis.* Idemque responsum in Ms. Regio repperi. Cæterum in Ms. Eliensi totus hic locus ita exhibetur, (quod et idem notavit Davisius;) *Ut clementiam, quam victis (Ms. Vossii, aliis) gentibus præbueristi, calamitosis civibus tuis non deneges.* Cui Cæsar; “*se non acerborem in cives (Ms. fugatis; sed emendat Davisius) futurum.*” Clark. Totus autem locus ex Petaviano Msto, sic est constituendus: *Oramusque, ut clementiam, quam rictis gentibus præbueristi, calamitosis civibus tuis non deneges.* Cui Cæsar, *se non acerborem in cives futurum, quam in hostes venia donatos fuerit,* respondit: *remissis itaque legatis, &c.* *Davis.* cur. sec. Responsum Cæsaris abest a MSS. meis quoque, et cetera habent, ut legitur in vulgatis. Cum Petav. et aliis facit Celsus scribens: ‘*finis autem fuit, se a Pompeio desertos, victos a Cæsare, seque et oppidum dedere atque orare, ut clementiam quam victis gentibus præbueris, suis civibus non negaret.*’ Additque Celsus, ‘*Multa præter hæc locutus est, quæ scriptorum vitio confusa vix intelligi possunt,*’ &c.

xviii. 1 *Quum ad portum—apprehendit*] In Ms. Norvic. legitur *quum ad portam venissent Ti. Tullius, quum introirentem C. Antonium secutus non esset, revertit ad portam.* Optime, si interpongas *quum ad portam venissent,*

*Ti. Tullius quum introeuntem, &c.* nam ex seqq. liquet *Ti. Tullium ab Antonio apprehensum fuisse. Davis. Venissent.* Sie Ms. Eliens. Al. venisset. Dein *Tib. Tullius quum introeuntem C. Antonium insecurus non esset, revertit ad portam et hominem apprehendit.* Quod *Tiberius quum fieri animadvertisit, &c.* ex Ms. Eliensi restituendum optime vidit Davisius. Id enim velle videtur Auctor; quum *Tib. Tullius* introeuntem *C. Antonium insecurus non esset, revertisse Antonium ad portam et Tib. Tullium apprehendisse: quod Tiberius quum fieri animadvertisit, &c.* Vulgg. habent, *Tib. Tullius, quum eum introeuntem C. Antonius insecurus non esset, (Ms. Reg. insecurus esset) reversus est ad portam, et hominem apprehendit: quod Tiberius quum fieri animadvertisit, &c.* Verum ista lectio fieri non potest; quia isto modo dicitur *Tib. Tullius* revertisse ad portam, et *C. Antonium apprehendisse: id quod non convenit cum sequentibus verbis, Quod Tiberius quum fieri animadvertisit, &c.* Clark. Cum Eliensi facit Petav. venissent est etiam in Leid. sec. et Dorv. Dein et quum int. Leid. pr. et cum Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. Str. et quum eum Leid. sec. bene. *Eum abest a Dorv. quoque. Nihil in ceteris muto. Nam et vox Tiberius potuit inrepsisse pro Antonio. Potest pro et etiam legi is.*

*3 Revertit]* Sic Ms. Reg. Eliens. et Vossii. Vulgg. *reversus est.* Minus eleganter. Vide que supra ad e. 13. Clark. Adde Pet. Scal. Leid. pr. et Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et alias. Gland. conjicit: *Quidam reversus ad p. hominem, &c.*

*4 Simulque pugionem eduxisset]* Repone statim ex Ms. Norvic. *simu pugionem eduxit, et manum ejus incidit.* Davis. *Simu pugionem eduxit, et manum, &c.* Ita ex Ms. Eliensi recte restituit Davisius. Ms. Vossii exhibet, *simul pugionem eduxit, et manum,*

*&c.* Scaliger aliique; *simulque pugionem eduxissent, manum, &c.* Clark. *Simu dat etiam Petav. Codex.* Ut apud Apulei. I. II. in fine, ‘*Gladium simu liberatum ad ripio.*’ Sed ceteri simul retinent, quod non damno; nisi quod in Leid. pr. sit *semel.* Cetera constitui, ut Davisius et Clarkius voluerunt, auctoribus MSS. et Edd. primis. In Vasc. Gryph. post. Steph. et Stradæ est *simul et p. eduxit, et m. Simulque eduxisset* jam Aldus, Gryph. Manut. aliique ante Scaligerum exhibent.

*5 Refugerunt ad Cæsarem]* Videtur legendum, *refugit, vel refugere;* scilicet *Tiber. Tullius.* Nisi post istam conflictationem uterque (et *Tib. Tullius* et *C. Antonius*) ad Cæsarem deinceps refugerunt. Aut forte alius quispiam, *Tib. Tullium* comitabatur; ut *Cato Lusitanus*, qui supra, c. 17. in MSS. Codicibus, pro *C. Antonio Lusitano*, legitur. Obscure enim admodum haec narrata sunt omnia. Clark. V. God.

*6 Nunciavit]* Petav. Leid. pr. non timuit. Leid. sec. Dorv. Edd. primæ innotuit. An et eo innotuit?

*7 Suo signo]* Unicuique manipulo suum erat signum. Varro L. L. I. iv. ‘*Manipulus, minima exercitus manus*’ (erant in singulis legionibus manipuli xxx.: vide A. Gelium N. A. XVI. 4.) ‘*quæ unum sequitur signum.*’ Quidam tamen singulis centuriis singula dant signa. Adi Just. Lipsii Mil. Rom. Dial. II. 8. Davis.

*12 In Pompeii castra]* Ms. Reg. *In Pompeii castris.* Vide supra ad IV. 12. Clark.

*Discessit, et indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Cæsar, quæ in oppido ad defendendum compararentur]* Liquet servum istum non hoc ideo fecisse, quod Cæsaris partibus secreto faveret. Infra enim mox a Cæsare in oppido captus, et vivus combustus narratur; c. 20. Aut igitur hoc, de glande inscripta missa

*per ostentationem factum intelligendum est, quod fortius esset oppidum, quam ut id servus iste expugnari a Cæsare posse existimaret: aut pro Cæsar, scribendus est Pompeius; ut intelligatur servus iste, postquam in Pompeii partes discesserat, se in oppidum contulisse, et inde indicium glande scriptum in estra Pompeii misisse, quo certior fieret Pompeius, quæ in oppido ad defendendum compararentur: aut denique, quod potius arbitror, forte deest hic aliquid; et scribendum, in Pompeii castra discessit; et \*\*\* (non servus iste qui in Pompeii castra discesserat, sed alius aliquis ex oppido) indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Cæsar; quæ in oppido ad defendendum compararentur. Firmat hanc ultimam conjecturam id, quod sequitur: *Ita, litteris acceptis, quum in oppidum revertissent, qui mittere glandem inscriptam solebant, &c.* Quicquid est, totum hunc locum intactum prætermiserunt Editores. Clark. Vocem Cæsar simpliciter delebat Lipsius.*

15 *Revertissent]* Sic MSS. Reg. et Eliensis; nisi quod posterior habeat, revertisset. Vulgg. reversi essent. Vide quæ supra ad c. 13. Clark. Revertisset etiam Pet. et Leid. sec. Sed revertissent Seal. et Edd. Vaseos. Gryph. post. &c.

*Inscriptam]* Sic MSS. Reg. et Eliensis. Al. scriptam. Clark. Adde Petav. Leid. pr. et Dorv. ut c. 13. Vide tamen ad Veget. 1. 8.

17 *Quam Pompeius concionem habuisset]* MSS. Reg. et Eliensis, *Pompeium concionem habuisse.* Quod idem est. Clark. Item Petav. et Leid. pr. Qui tamen habet nunciaruntque. *Pompeium* etiam Leid. sec.

20 *Potius—jugulatum]* Ms. Norv. exhibet *potius ad dimicandum* descendere, *quam signum fugæ ostenderet;* eum, qui *ita locutus esset, jugulatum.* Ad vocem ultimam quod attinet, melius, ut opinor, et rectius. Davis. Sic

et Petav. Quare *cum accendentibus insuper* MSS. Ursin. Leid. pr. Dorvill. Sealig. et Edd. Rom. Med. Ven. restituo: neque aliter Celsus.

24 *Objicit]* Malim, quod inveni in Petav. et Leid. pr. *abjectit:* et vide, quæ scripsi ad v. 48. ‘*Ut tragulam intra munitiones abjiciat:*’ et Cl. Burn. ad Suet. Ner. c. 34. et in Add. ‘*abjecto clam pugione:*’ ubi eadem varietas.

27 *Ita \*\* facturus de ligno]* Locus mutilus. Deesse videtur, *ignem.* MSS. plurimi habent corrupte, *Ita fune crure de ligno.* Unde ex conjectura reponit Goduinns, *Ita fune crure deligato,* ne scilicet in oppidum interea transfugeret: sed ea conjectura non multum probabilis. Clark. Duo Thunanei, Petav. et Norvic. dant, *ita fune crure de ligno.* Unde Goduinns legit, *ita fune crure deligato.* Quod nulla verisimilitudinis nota tingitur. Legas velim, *ita facturus, turri ligneæ cum proprius accessisset.* Davis. cur. sec. D. Vossius adscripsit olim margini, *Ita face turrim de ligno, &c.* Certe verius aliorum conjecturis. Lipsius *rā de ligno* expungebat. In Ms. Urs. Petav. Leid. pr. Sealig. etiam, *Ita fune crure de ligno.* At Leid. sec. et Dorvill. *Ita facturus crure de ligno.* Vide num fuerit *face sulphurea turrim de ligno cum proprius accessisset:* vel *Ita turrim (vel turri) faci fune sulfureo deligato, quum: aut face sulfurea turri deligata.* Phalarica, erat telum ardens, *sulfure stuppa et pice involuta.* Talem videtur intelligere auctor, unde *facis, funis, et turris ligneæ* hic potest mentionem fecisse. Adi Lips. de Poliore. Dial. v. 5.

xix. 7 *Se cum familia]* Ita hæc refert Jul. Celsus vit. Cæs. p. 241. ‘*Matrona e muro desiliens dixit se cum ancilla sua statuisse transfugere;*’ legit igitur in nostro, *se cum familia,* &c.; licet enim *familia* de pluribus servis dicatur, unicus eo nomine non designatur. Vide Tit. de verb. sig-

nif. § xl. *Davis.* Si unus tamen totam *familiam* efficiat, ita dici posse, patet e Phaedro III. 9. ‘Solus cum esset familia;’ ubi adi viros doctos. Nihilominus ita simpliciter *familium* dici de uno servo servave non puto. Verum et potuit mulier illa plures habuisse; licet Celsus in suo codice invenerit *fanula*. Mei nihil mutant: quod si fieret, ego quoque *fanulan* præferrem.

11 *L. Minutius]* *Mutius* est in Celso, Leid. sec. Dorvill. sed Miss. Urs. Petav. habent *Minutius* et Leid. pr. *Minutius*. Bene, ut docent Ciaccon. et pluribus Cel. Perizon. Epist. T. iv. p. 788. a Cl. Burmanno editarum.

*Tribuis]* Lege *tribues*; prout in Petav. et Norvie. recte scribitur. *Davis.* cur. sec. *Tribues* etiam Sealig. *tribuores* Leid. pr.

13 *Futurum me in te esse]* Glandorpius delet *futurum esse*. Ciaccon. mavult *const. me tibi etiam pr.* Delevi ego τὸ *esse* fide MSS. Leid. pr. et Celsi; ubi legitur *talem virtute ac constantia facturum (pro futurum) me in te præstabo*.

17 *Præstiturum]* Sic quidem Leidenses, Amstel. et Davis. ediderunt; et est in Cod. Petav. at Leid. pr. *præbiturum*. In MSS. et Edd. reliquis *præstaturum*. Quod revocavi. Cicero Fam. I. 8. 8. ‘Quod ii præstaturi videntur.’ Val. Max. v. 6. 8. ‘Seque præstatos,’ ut edidit socer, quem vide, aliosque.

xx. 2 *Sed circum ea loca]* Discretiva conjunctio hue non convenit. Scribe ex Ms. Norvie. et *circum ea loca*, quod etiam Joan. Glandorpius ex conjectura placuit. *Davis.* Et ita optime iterum Davisius. Forte, transposita vocula scriptum fuerat, sed Pompeius — et *circum, &c.* *Clark.* Pro et Pompeius in Petav. Scalig. Leid. pr. et Dorv. legas *quod*: unde quis suspicetur, illa *deditioñem oppidi factam esse* e Glossa inrepsisse: sed vel sic ea stare possunt. Sæpe *quod*

ita quasi abundare vidimus ad B. Civ. III. 17. Frigide hic vulgo nova periodus incipit per *et*. Rectius tum fuisset *at*: quod vidi etiam Clarkius. Dein *pro sed* habet quoque *et optimus ille Leid. pr. ut cum viris doctis rescripsi.*

9 *Hoc præterito tempore]* Non necesse est, ut cum Joan. Glandorpio, eumque secuto Joan. Goduino repomanus *hoc præterea tempore*; nam (præterquam quod phrasis altera nostro est usitatissima, vide supra c. 11. et 14.) redit auctor ad id quod accidit, oppido in deditioñem recepto. *Daris.*

17 *In crucem]* Ms. Reg. *in cruce*, quæ forte verior lectio. Vide supra ad iv. 12. *Clark.* *Cruce* etiam, ut solent recentiores, Leid. sec. et Dorvill.

*Militibus cervices abscissæ]* At unus tantum captus est miles. Rependum igitur ex edit. Rom. Ven. Berroald. *militi cervices abscissæ*, more antiquo, quo *cervices* pluraliter tantum efferebant. Quintilianus Institut. Orat. VIII. 3. p. 392. ed. Oxon. ‘*Cervicem* videtur Hortensius primus dixisse, nam vett. pluraliter appellabant.’ In eandem sententiam dixit Varro L. L. I. VII. p. 87. et l. ix. p. 142. Sic etiam loquuntur boni auctores. Scriptor ad Herennium III. 15. ‘Si erit in demonstratione sermo, paululum corpus a *cervicibus* demitteremus.’ Vide et Terentium Heaut. act. II. sc. 2. 131. *Davis.* *Militi* ita pulcherrime restituit Davisius ex Edit. Vett. Firmant MSS. Reg. et Vossii. Scaliger et Recentiores pessime *militibus cervices abscissæ*. Nam *Unus* tantum fuit. *Clark.* *Cervices* uni tribuit passim Valer. Max. Vide Indie. et VII. §. 5. Adi etiam Drak. ad Liv. IV. 12. *Militi* ergo revocavi e MSS. Leid. sec. Dorv. et aliis: atque ita et Cellarius edidit. Primus Ursinus e suo Cod. *militibus legendum esse credidit*: dein *abscissæ* etiam Leid. pr. ut debet.

Vide si vis Doct. Arentz. ad Aur. Viet. Epit. c. 23. *abscisa Dorv.*

**xxi. 7 In oppidum**] Petav. Leid. pr. et Edd. Rom. Mediol. Ven. *versum oppidum*: quod notandum pro *in oppidum versus*, vel *versum*. Celsus *intra oppidum inclusit*. Ucubim intellicit.

**xxii. 2 Bursavolenses**] Recte emendare videtur Ciacconius, Ursuonenses. Quia infra dicitur oppidum *Ursao*, et *Ursaonensium* civitas c. 26. Clark. Ursuonenses placuit etiam Glandorpio: quia Plinio III. 1. *Urso* dicitur. *Urgao* in Tarrocensi est urbs Plinio ibid. et in Inscript. *Urgavonenses*. Vide ad c. 28. Hic sane Pet. Leid. prim. dant *Bursavonenses* et *Bursavonensis*. In Dorv. est *Bursavonientes* et *Bursavonientibus*.

**6 Ad oppidum**] *Bursavolam* sive *Ursaonem*. Rhellicanus ex præcedentibus et consequentibus, *Ateguam* intelligi colligit. Ineptissime prorsus. Ut mirum sit, etiam Cellarium de re manifestissima dubitasse. Venerunt enim *Ateguam*; *Bursavolam* sive *Ursaonem* proficisebantur. Clark. Nihil ego definio. Quum abest a MSS. meis eunctis. Sed rectius abesset qui. Pro fuissent non bene Glandorpius conjicit erant. Alter enim solet ineptulus hic auctor.

**13 Et speculatores — miserunt**] Glandorpius reponit, *Ursaonenses* vero, *speculatores miserunt*. Sed nihil opus, subintelligi enim potest, ut in hoc Auctore, iste *Nominativus*, ex præcedentibus colligendus. Clark. Haec et sequentia vix intelligi possunt, adeo confusa et intricata sive auctoris vitio sive librariorum circumferuntur.

**14 Legatorum responsa ita esse gesta**] Joan. Giandorpio legendum videtur *juxta legatorum responsa omnia ita esse gesta*; Ios. autem Scaliger, eumque secutus Joan. Goduinus duas primas voces ex interpretatione natas arbitrantur. Potius scribendum existimat *legatorum responso*, quæ minima-

ma est mutatio, ex ea tamen sensus commodus exsurgit. Davis. Locutio admodum inusitata; nec tamen, ut opinor, mutanda. Scaliger delet *legatorum responsa*. Sed deerit isto modo, quod cohæreat cum voce *gesta*. Glandorpius emendat, *juxta legatorum responsa*, omnia *ita esse gesta*. Quæ est mens quidem ipsa auctoris, sed πάραφραστικῶς Davisius scribendum existimat, *legatorum responso*, &c. Sed aberrat et a Latinitate et a mente auctoris: non enim id dicitur *speculatores comperisse*, *legatorum responso*, *ita esse gesta*, quemadmodum illi retulissent. Quod neque Latinum est, neque mens auctoris. Sed, *speculatores comperisse*, quæ *legati responderant*, ea *ita esse gesta*, quemadmodum illi retulissent. Quamobrem vulgatam lectionem retinendam existimo. Clark. Dele ab *ex legatorum responso* (nam sic edi debuit) ad finem notæ; et illorum loco hæc repone: *Qui cum verum comperissent legatorum responsum, et ea esse gesta, quemadmodum illi retulissent*. Clar. quidem Clarkius vulgatam lectionem tueretur, quæ mihi parum videtur Latina. Sit autem Latina, mera tamen est ταυτολογία. Davis. cur. sec.

**18 Perisse**] Deesse *Vociferantes* ait Glandorp. vel simile *participium*; facile tamen τὸ dicentes hic subintelligi potest. V. ad B. Civ. I. 69.

**19 Ei liceret legatum**] Nobilissimus Heinsius rursus margini adscripsit *legato*, inter alia loca, alibi jam adducta, addens Flor. III. 12. 6. et Catull. ad Licinium: ‘Ut convenerat esse delicatis,’ e Vet. Cod. *pro delicatos*. Contra ei exsulat a Leid. pr. Adi ad B. Civ. III. 1. ‘ei Consulem fieri liceret.’ Statim nec cui licere, &c. nisi disinctum: ubi Heins. cum Davis. et Glandorpio rursus distincto.

**22 In oppidum**] Ms. Reg. *in oppido*. Vide supra ad IV. 12. Clark.

**21 Oppidum in suam potestatem recipit**] Sic restitui ex Ms. Norv. et edit.

Rom. Ven. Beroald.: nam in vulgg. *recepit*. Scio &quidem in verbis eadem *tempora* non semper esse coniuncta. Virgilius *Æn.* ii. 12. ‘Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit.’ Ad quem locum Servius ita notat: ‘Propter metrum, pro præsenti præteritum posuit.’ Silius Italicus vi. 265. ‘Torsi telum, atque ingentia velox In memet sœvi serpentis prælia rerto;’ ubi tempora, κακοφωνας vitandæ causa, mutavit. Quoniam igitur id perraro factum, et præcipue quidem a Poëtis, nos veteribus Codd. nixi, χρόνων discrepantiam hic et alibi sustulimus. *Davis.* *Facit—recipit.* Ita edidit Davisius, ut constaret Temporum ratio. Atque ita quidem habet Ms. Vossii et Edit. aliquot Vett. Vulgg. *facit, recipit.* In Ms. Eliensi contra est *fecit, recipit.* In Ms. Regio *fecit—recipit.* Quæ postrema æque proba est, ac illa Davisiana lectio. Nam in hujusmodi narrationibus, ubi res præteritæ tanquam præsentes exhibentur; neque fere est, sive præsenti Tempore utaris, sive præterito. Judicio tamen hic opus est. Quod enim ex Virgilio citat Vir docissimus, ‘Quanquam animus meminisse horret, luctuque refugit,’ hujus loci non est, sed aliam prorsus habet explicandi rationem. Neque enim Latine ibi dicere potuisset Virgilius, *refugiebat*, si id passum fuisset metrum; neque (quod voluit Servius,) propter metrum pro præsenti præteritum posuit; neque non cognata revera tempora coniunxit. Nam in istiusmodi constructione, *Tempus præteritum*, quod vocatur, tam est *Præsens Tempus rei perfectæ*; quam quod *Præsens* simpliciter vocatur, *præsens* est *Tempus rei imperfectæ*. Exempli gratia: *Canari*, vel *cænatus sum*, tam est *præsens Tempus*, cum quis *cænatus* loquatur; quam, *Cano*, *præsens* est *Tempus ei qui loquatur inter cænandum*. Neque minus nunc *præsenti Tempore* utitur, qui ait, *Gallia*

divisa est in tres partes; quam *Tempore præsenti usus* esset is, qui tunc temporis scribens, cum divideretur Gallia, dixisset; *Gallia dividitur in tres partes.* Quod quoniam non animadverterunt Grammatici, in miras nonnumquam tenebras inciderunt. Clark. Parum attendisse ad subtillem hanc differentiam credo auctores, et pro lubitu hæc variasse; cum millies Historici et Poëtæ præteritam rem in tempore præsenti describant. *Recepit* hic primus edidit Scaliger, atque ita Leid. sec. et Dorv. Adi ad B. Gall. i. 46. ‘loquendi finem facit, seque ad suos recepit: fecit et recipit dant Leid. pr. Ceterum omnes MSS. quos inspexi habent bene *Principibusque*.

26 *Oppidanorum bona vendere, ne cui, &c.*] Ms. Norvic. exhibit *oppidanorum bona vendi*, ne cui, &c. Legendum puto *oppidanorum bona vendi*, nec cui extra vallum licere exire, nisi disincto, seu laxis vestibus, quod ut parum virile, ita inter pœnas militares numeratum. Vide Just. Lipsium Mil. Roni. Dial. v. 18. p. 389. *Davis.* *Oppidanorum bona vendi*; nec cui—licere, &c. Ita optime exhibit Davisius. Nam et in Ms. Eliensi scriptum est, *vendi*. Alii ediderant, *oppidanorum bona vendere*, ne cui—liceret, &c. Quæ minus apte cohærent. Veruntamen, quoniam illud, *vendere*, in plerisque Codicibus reperitur; retinere fortasse poterit, etiam una cum posteriori emendatione nec—licere: ut adeo legatur, *Oppidanorum bona vendere* (eum nimirum qui oppidum in suam potestatem receperat,) nec cui—licere, &c. Clark. *Vendi* legitur etiam in Reg. Gall. Petav. Leid. sec. et Dorvill. Quod idecirco facile admitti potest; nisi quis malit cum Lipsio venire, hoc est *vendi*. Egregie autem Davisius emendavit nec licere; quod et Lipsius sive non licere adscriperat margini, et confirmatur a Dorvill. Cod. in quo clare licere.

27 *Iccirco quod*] Ultima vox prorsus est otiosa, quare vel delenda ex fidè editionum Rom. Ven. Beroald. vel potius legendum *idcircoque*, ut habet ed. Rob. Stephani A. D. 1544. *Davis.* *Iccircoque—conterritos complures profugere.* Ita iterum optime Davisius, ex Editione Stephani. Quomodo et in Vossii Ms. scriptum repperi. Scaliger aliique oscitanter; *iccirco quod—conterritos complures profugere, &c.* Quod Latinitas nulla est, nulla sententia. *Clark.* *Quod abest etiam a Leid. sec. Dorv. et Edd. Mediol. Ven.* Sed prætuli *idcircoque* cum aliis: ut olim jam edidere Vascos. Gryph. post. Steph. et plures. Istud *quod* non a Scaligero, sed jam ab Aldo, Basil. Venet. Gryph. Manutio et pluribus insertum est.

29 *Bethuriam*] Perperam ita edunt vulgo. MSS. *Beturiam.* Unde recte Vasc. Steph. Gryph. post. Cellar. et alii *Beturiam*, ut apud Plin. III. 1. Straboni *Bætrupla* l. III. p. 142. quod et Glandorpius monuit.

30. *Ut—conjici*] Vix hoc Latine dicitur, nisi mutila sit sententia. Reputare, quod in Vossii Ms. repperi, ET —*conjici.* Quomodo et Glandorpius reponendum conjecterat. *Clark.* *Ut si quis ex nostris transfugerit, &c.* Lege at si qui ex nostris transfugerunt, in lerem armaturam conjici, eosque non amplius XVI. accipere. Sic diserte Petav. et Norvic. nisi quod in prima vocula nihil mutent. *Davis.* cur. sec. Lipsius adscripsit aut. Sed et edidere jam Vasc. Steph. Gryph. post. ac Strada. An fuit ut et? Dein MSS. omnes et Edd. qdd. si qui. quorum plerique habent *transfugerunt* vel *transfugerint* et pro *cumque* eadem Edd. eosque. Sed *eumque* retinent Scalig. Leiden-ses, et Dorv. Quod mutarunt librarii, non memorcs, si qui dici pro *si quis*. Adi ad B. Gall. I. 48.

xxiii. 4 *Detinentibus*] Ms. Vossii habet, *desinentibus.* Quod et ex conjectura reposuit Glandorpius. *Clark.* *Desi-*

*nentibus* ediderunt Vascos. Gryph. post. Steph. et alii. *Pro nostris vero in Petav. Scalig. Leid. pr. est nostros.*

5 *Hic tamen, ut ait Ennius, nostri*] Ennius citatur quoque c. 31. *Hic vero* MSS. mire turbant. In Cujac. *Hic dum ut ad Ennius nostri.* Petav. simpliciter *Hic nostri.* Leid. sec. et Dorvill. *Hic dum ut hactenus nostros* (Dorvill. *nostris*) Leid. pr. *Hic dum ut ait Ennius, nostri.* Quare pro *tamen* videtur legendum esse *tum*; ut conjectit Glandorpius.

11 *Ita cum is compar.*] Glandorp legit *Alter cum his compar.* Favent Leidenses et Dorvill. in quibus est *eis.* Lipsius unus. Forte *quun unus* *compar.*

12 *Animum advertisset*] Ita Ms. Norv. In vulgatis erat *animadvertisset.* *Davis.* Sic etiam Pet. et Leid. pr. Vide ad B. G. I. 24.

14 *Viri casu passim auditio*] Corruptissime Pet. Leid. pr. Scal. temporis aquari fortis (*fortes Pet.*) insignia. In iis tamen latere videtur verior lectio; quam eruant, quibus plus otii est.

18 *Et turmis*] Legendum a *turmis* consentientibus Codicibus. *Clark.* A reposui e MSS. omnibus et Edd. Vett. etiam Scalig. aliisque. Nil est et nisi typothetarum error.

20 *Ut equites spatio intercluso vix se defendere possent*] Legendum ex Ms. Norv. et edit. Venet. Beroald. *ut eques spatio intercluso vix se defendere posset*, quod elegantius est, quam fert Librariorum captus. *Davis.* Accedunt Petav. Leid. pr. Dorvill. et Edd. Rom. Mediol. ac recepit Clarkius. Recte. Vide ad I. 53. *posset* etiam Leid. sec. qui habet itidem *coangustabatur.* Immo Dorvill. *munitio coangustabatur.* Sed, ut puto, perperaram.

23 *Aquitius*] MSS. et Edd. Vett. *Arquitius:* nisi quod Scal. et Leid. sec. *Arquitinus.* Ed. Elzev. *Aquirius.* Glandorp. *Equitius.* Manut. ex Inscriptionibus *Avitus.* Sed ex illis eti-

am *Aquilius* et similia probari possunt.

**xxiv. 1** *Utræque conv. copiæ*] Petav. Leid. pr. Dorvill. et Edd. principes habent *utrorumque*: sine dubio vere, ut statim § 4. ‘Utrorumque copiæ’ et c. 29. Adi ad B. G. I. 52. ‘Utræque perierunt.’ Nec male itidem per Infinitivum Leid. pr. dat *convenire*. Præterea quod est ab *Ucubi*, deleto verbo *distat*, rescripsi auctoribus MSS. meis omnibus et Edd. iisdem primis.

**4** *Vocabat*] Petav. Leidenses, Dorvill. et Edd. antiquissimæ exhibit *devocabat*. Verissime. Proprium hoc est verbum in rebus dubiis et periculosis. Consule Cel. Burmannum, ad Phædr. F. 20. ‘Sed ad perniciem quoque mortales devocat’; ac Davis. ad B. G. VI. 8. ‘Exercitus fortunas in dubium non devocaturum.’ Vedit id quoque acutissimus Heins. ad Ovid. Metam. v. 102. ubi consule Comment. Pro *hæc* rectius videtur legi *huc* in Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. Stradæ, aliisque.

**10** *Dejectique planitie*] Joan. Glan-dorpius, et Joan. Goduinus reponunt *dejectique in planitem*; sed scribendum *dejectique planitiae*, quod idem est ac *in planitem*. Virgilius Æn. v. 451. ‘It clamor cœlo.’ Noster hujusce libri c. 16. ‘Multisque vulneribus affectos oppido represserunt.’ Sic et c. 13. ex Ms. Norvic. legerim, quum oppido revertissent, ubi in vulgg. quum in oppidum reversi essent; nam paullo infrequentiores loquendi formulas semper mutarunt Librarii. *Davis*. Ceteris longe præstat Davi-siana lectio, utpote a Codicibus pa-rum discedens. *Clark*.

**11** *Cedentibus adversariis nostri m. in cæde versabantur: quibus*] Glandorp. et Goduin. pro quibus legunt *hostibus*. In Ms. Reg. est *cedentes adversarii*. In meis vero cunctis codicibus et Ciaccon. legitur *non parum magna*. i. e. *bene magna*, ut aliter solet hic auctor loqui. *Versari in cæde enim*

tam passive, quam active, sumi pos-set. Immo et ablativus ille ad verbum *versabantur* posset referri, ut Ablativus ponatur pro nominativo, seu cum cederent adversarii. V. ad B. Afric. c. 10. Putem tamen hic potius scribendum *nostri non pa-rum*.

**15** *Præterquam quorum, &c.*] In MSS. Dorvill. et Leid. sec. exaratur *præter quorum*. Vide ad B. G. I. 5. ‘Præter quod secum portaturi erant.’ Cl. Græv. ad Cic. pro L. Man. c. 23. et Drakenb. ad Liv. v. 52. § 13.

**xxv. 9** *In aquo loco*] Ita ex MSS. Reg. et Vossii restitui. Editi, *iniquiore loco*. Quod minus videtur hic convenire. Quod mox sequitur, *iniquum in locum*, c. 30. alia res est: ibi enim planities *extrema* dicitur, scilicet, proxime loca superiora. *Clark*. *Et planitia iniquiore loco constiterunt*. Gryphius exhibet, et in *planicie in aquo loco constiterunt*. Sic etiam nonnulli Codices; et ad sensum quidem non male. Ex aliorum tamen librorum ductu malim, et in *planicie in aquo loco constiterunt*. Nam copiæ Cæsaris *ex humili convalle*, qui locus est iniquissimus, egressæ sunt. *Davis*. cur. sec. *In planicie in aquo loco* ha-bent Vascos. Steph. Gryph. post. et aliae. *In aquo loco* etiam Aldus, Gryph. Manut. Plantin. sed *planicie iniquiore* MSS. Urs. et in Leid. pr. Scalig. Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *planicie vel in planicie iniquiori*. Petav. vero *Iniquo*. *In aquo* Leid. sec. et Dorv. Malim omnino cum Davisio *In aquo loco*. Nam *planicie* restitui e MSS. cunctis et Edd. Vett. etiam Scaligeri. Adi ad B. G. I. 42.

**12** *Cogitare cœpit*] Ms. Norvic. *agitare cœpit*, quæ rarer est locutio, ac proinde recipienda. Curtius VI. 4. 9. ‘Agitasse Darium, custodiam corporis sui, contra jus fasque, peregrino militi tradere.’ Plinius Pan. c. 4. ‘Sæpe ego mecum, P. C. tacitus agitiavi.’ Vide et Livium xxi. 26. *Davis*.

*Agilare confirmatur a Petav. Scal. et Leid. pr. quare reposui. Eadem varietas in Apuleio Met. l. i. p. 8. ‘si qui aliud agitarit.’ Dein Glandorpius legit *Hic ut fertur, de A. M. congressu.* Placet magis Davisii restitutio, cui accedit Pet. in *contra quem*. Ms. Reg. *Hic fertur.* Voss. et Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. &c. *congressus fuit.* Locum distinctione mutata clariorem reddidi.*

*Hic, ut fertur, Achillis Memnonisque congressus. Q. Pompeius Niger, &c.]* Ms. Norvic. exhibit *hic, ut fertur,* *Achillis Memnonisque congressus. Contra quem Pompeius Niger, &c.* unde, ut sensus eliciatur, transpositis sententiis, legendum agitare cœpit; *contra quem Pompeius Niger:* — ad congregandum progressus. *Hic, ut fertur,* *Achillis Memnonisque congressus;* quo proverbio pugnam inter fortissimos institutam denotari existimo; Memnon enim, licet tandem ab Achille trucidatus, maximarum virium summaque animi fuisse perhibetur a Quinto Smyrnaeo, qui hoc prælium fuse et eleganter describit Iliad. 11. 395. seqq. *Davis.* Sed, ut in hoc inculto Auctore, ferri poterit etiam vulgatus verborum ordo. *Clark.*

19 *Quisque partium, \* expertorum virorum — nisi propter equitum \* consensum]* Hæc omnia adeo sunt corrupta et mutila, ut *demonium* sit, non homo, qui ex iis sensum aliquem possit extundere. Quod solum possum, variantes lectiones exhibebo. Ms. Norvic. *Quisque ex partium virorum, fautorumque voluntate habebantur.* Quorum virtute alacri quum ad dimicandum in planitiem se contulissent, scutorum laudis insignia præfulgens opus cælatum, quorum pugna esset profecto directa, nisi propter equitum consensum: nihilo quidem sanius, quam vulg. a quibus editt. Rom. Ven. Beroald. non abeunt. *Davis. \*\* expertorum — constitisset.* Manca adeo hæc et corrupta omnia, ut medicinæ spes nulla

*Delph. et Var. Clas.*

sit. Observandum tamen, *pro voluntas habebatur*, in Ms. Eliensi legi *voluntate habebantur*; *pro cœlatum*, in Ms. Regio scriptum esse *opponerent*, et in Ms. Vossii *cœlatum* *opponerent*; *pro consensum*, in Ms. Eliensi et Vossii *consensum*; et *pro levem armaturam — constituissent*: si quis ex his quicquam elicere possit. *Clark.* Pro *quisque* in Petav. et Leid. pr. ex. Deest in Urs. ac Dorv. *expertorum. Virorum factorum* Leid. pr. *fautorumque voluntate* Pet. Dein *insignia* Pet. Leid. pr. Scalig. Dorv. Post *cœl.* addunt *opponerent* MSS. Ciacc. Leid. sec. Dorv. et Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. &c. *pro quorum in Dorv. eorum,* et in Ed. Rom. quocum. Tum *direpta* Leid. pr. *directa* etiam Petav. Mox *levem armaturam* dant præter Petav. MSS. mei omnes; et Ciacc. et Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. ac Stradae, in quibus et *constituissent*, uti et in Leid. sec. ac Dorvill. sed *constituisset* sine *ut est* in Petav. *constituit* Leid. pr. Scalig. Qui cum Petav. habent *castra, loco castrorum.* Omnes etiam MSS. *pro nostros* dant *nostri.* *Dum abest* a Leid. sec. et Dorv. et *dederant* in Petav. Leidd. Dorv. Non me expedio: nec magis Glandorpius et Ciaccon. quos adi, si lubet.

xxvi. 4 *Argento prope tecti equites]* Joan. Glandorpius reponit *argento prope tectis equis*; sed ex Ms. Norvic. legendum *argento prope tecti equos*, qui notissimus est Hellenismus. Non interim sum nescius, *equites pro equis* ponи posse. Vide quæ notavit vir clarissimus Janus Broukhnius ad Propertii Eleg. IV. 3. 38. Id tamen hic loci durissimum videtur: eandem enim vocem diverso sensu paullo ante adhibuit noster. *Davis.* Veriore existimo lectionem eam, quam in Ms. Vossii repperi *equites argento prope tecti*; *ad Cæsarem, &c.* *Clark.* Expressit tamen Clarkius Eliensis Cod.

*Cæsar*

5 N

lectionem *tecti equos*. Mei *equites* retinent: at Vossianam lectionem jam expresserunt Vascos. Gryph. post. et Steph. cum Strada. Non displicet tamen *equos*. *Equites Romani Astenses* dicuntur, ut supra *eques Romanus Italicensis*.

10 *S. V. G. E. V.*] Hæ litteræ de-notant, *si valetis, gaudeo, ego valeo*. Sic Dolabella in Epist. ad Ciceronem Fam. Ep. ix. 9. *S. V. G. V.* ut frustra sint Barn. Brissonius Form. l. viii. et Pet. Ciacconius, qui reponunt *S. V. B. E. E. V.* licet ea quidem usitatio formula. Vide et Just. Lipsium Inst. Epist. c. iii. *Davis*.

13 *Opinio fert*] Ita legendum videtur ex Ms. Eliensi et Edit. Rom. qui habent *opinio fere est*. Scaliger et Recentiores *opinio est*. Clark. Verissime ita emendavit Clarkius: *quod et egi, eo nondum viso ad Front.* l. ii. in Praef. *ut mea fert opinio: fere* addit etiam Pet. et Edd. Med. Ven. *fere* Leid. pr. sed *fert* diserte Cod. Ursin. Similia vide ad viii. 36. ‘*fert consuetudo*’

14 *Exercitum tironum*] Non dubitate quis potest de veritate scripturæ codicem Leid. pr. et Scalig. *tironem*, qui confert cum hoc loco Front. i. 3. § 1. ‘*Veteranum exercitum haberet, sed hostium tironem esse sciret*.’ Vide et infra c. 28. ‘*Partem exercitus tironem*.’ Mox *circumsederunt edidi, auctoribus MSS. omnibus et Edd. principibus*.

19 *In animo habeo*] Ex Cod. Ciaccon. et Edit. Steph. præpositionem restitu, quam omittunt vulgg. *Davis*. Cum his faciunt MSS. Reg. et Voss. ac editiones Gryph. et Lugdun. 1576. Adeo ut, quamvis alter loquendi modus non sit incommodus, quemadmodum docet J. Fr. Gronovius ad Liv. xliv. 25. ad illum tamen, quem recepi, ducat optimorum librorum fides. *Idem*, cur. sec. Adde Leid. sec. et Edd. Vascos. ac Steph. et Clarkii. *Nihilominus male*; et præferenda est

antiquiorum Codicum scriptura. Adi Cortium ad Sallust. B. Jugurt. c. 11. ‘*Ea animo habere*.’

xxvii. 4 — *Nonarum Martii, prælio, ad Soriciam quod factum est, ex eo tempore, &c.*] Quamvis ferri possit hæc lectio, tamen, cum in MSS. Reg. et Vossii scriptum sit, *Nonas Martius*; et in plerisque Codicibus, *pro prælio, prælium*: conjecterim equidem potius legendum, — *Nonas Martias, prælium ad Soriciam quod factum est, ex eo tempore, &c.* Clark. *Nonas Martias* Edd. aliquot. Sed, ut plerique cum Edd. primis ediderunt, exhibent mei, vel *Noñ. Martii*. Dein *prælium affre ad Sor.* dant omnes Edd. ante Seal. qui e Ms. Ursini in quo debeat *affre, prælio rescripsit*. Sed omnes etiam mei *prælium*; quod reposui. *Affre pro ad Soriciam* est in Leid. sec. et Dorvill. unde patet, id ex illis verbis natum esse. Nam *affre* abest a MSS. reliquis. *Prælio multos angusisse ad Sor.* legit Glandorpius. *Quo est in Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. et Stradæ*.

*Soriciam*] Forte, *Soricariam*: ut supra, c. 124. Clark. Per c. scripsi e Petav. *Soricam* Leid. prim. *Siricam* Scalig. Nullus dubito cum viris doctis, quin *Soricaria* et *Soricia* idem sit locus. Sed quid præferendum sit, nescio.

7 *Contra Hispanim*] In vulgg. *circa Hispanim*; sed lectionem a me receptam exhibent MSS. Norvic. et edit. Rom. Ven. Beroald. quam etiam Gerardus G. J. F. Vossius ad Velleii Paterculi II. 76. ex Cod. Petav. recipiendam censuit. *Contra Hispanim* idem notat ac e *regione Hispanis*. Caesar B. C. I. 56. ‘*Hæ ad insulam, quæ est contra Massiliam, stationes obtinebant*.’ Ac B. C. III. 23. ‘*Insulamque; quæ contra Brundisium portum est, occupavit*.’ Sic et inter alios, Virgilius Æn. I. 17. *Davis*. Ita etiam Seal. Leid. pr. Ed. Med. Adi ad viii. 41. ‘*Contra montem*’

*Constituit]* Non hoc damno: sed optimi Codices Ursini, Petav. et Leid. pr. *constituit*. Vide ad VIII. 46. ‘Hiberna constituit.’ Quare cum Ursino præfero: sequitur enim in fine rursum, ‘castra contra Pompeium constituit’ et c. 28; ac sæpius. Ad de Vegetum I. 4.

8 *Hora]* Scilicet diei. Inmerito id suspectum est Glandorpio. J. Obsequens c. 103. ‘Luna interdiu adparuit.’

10 *Jussit ut incenderent]* Leid. sec. et Dorvill. *Jussit incendi*. Sed sequitur *deciperent*. Cui succurrere tentat etiam Dorvill. librarius pro et dans ut. Optime Pet. Cod. delet *ut*. Consule omnino notas ad B. Alex. c. 73. ‘Agerem servitia agerent jussit.’

11 *Ventisponte]* *Ventiponte* Leid. pr. Dorvill. Edd. pp. *Ventiponti* Sealign. *Ponti* Petav. mox præpositio deest Leid. sec. Dorv. Et *Conruncum* habent Edd. pp. *Carruncam* Leid. sec. *Caurasiam* ex Plin. I. III. Gland. reponit. Rectius *Carulam* censem Cl. Wesseling. ad Anton. Itin. p. 410. ubi junguntur *Hispali*. *Basilippo* (hic *Ventisponte*) et *Carula*.

13 *Contraque Pompeium]* Sic reposui ex MSS. Reg. et Vossii. Editi, contra *Pompeium*. Quod erat liuicum. Clark. Accedunt Dorv. et Leid. sec. cum Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. et aliis. Edd. primæ contra *Pompeius*. Aldi, Gryph. et multæ, *Pompeii*.

xxviii. 4 *Quod Versaonensium civitati fuissent fautores]* Legendum credo: *Quod Versaonensium civitati ut sibi essent fautores*. Educebat enim copias extra vallum, ut confirmaret, quod litteris scripserat, per Cæsarem stare, quo minus averteretur. Hanc enim si teneret opinionem, sperabat opidanos sibi fautores. Ciaccon. Joan. Glandorpius reponit *quod Ursaonensium civitati, qui erant fautores, &c.* Jos. autem Scaliger et Joan. Goduinus *vocem ultimam cum penultima e mar-*

*gine in textum irrepisse contendunt.* Edit. Rom. Ven. Beroald. exhibit, *quod Versaonensium civitati fuissent fautores*. *Fausto antea litteras, &c.* Eadem lectionem in suo Cod. invenit Jul. Celsus, qui p. 242. ait, ‘Pompeius Fausto scripserat, qui, quantum intellegi datur, intra oppidum erat, Cæsarem,’ &c. Nec sane causa est, cur ea vox rejicula habeatur. Davis. *Ursaonensium* etiam legit Rodericus Carus (Ant. I. III. c. 53.) ‘Qui erant fautores.’ Ita emendavit Glandorpius. MSS. Vossii cum Edd. Vett. *civ. fuissent fautores*. Quæ verior sit lectio, non satis constat. Clark. De *Ursaone* vide etiam cap. 41. *Fausto* addunt etiam Med. Vascos. Gryph. post. Steph. et aliae. Temere Glandorpii conjecturam in textum recepit Clarkius. Nam *fuissent fautores* retinent MSS. cuncti. Puto scribendum: *Quod, qui Ursaon. civ. præfuerint, Fausto antea l. m.* Quid enim illi fautores hic faciant non video. Sexcenties, ut ita dicam, hic auctor *fuisset* pro *esset* vel *erat* adhibet. Quod et alibi monitum.

7 *Exercitum tironem]* Sic Scaliger et Recentiores. MSS. et Edit. Vett. *majorem partem exercitus tironum*. Si quid mutandum, existimarim equidem legendum, *majorem partem exercitum tironum*, &c. Quod enim reposuerunt nuperi, *tironem*, minus placet. Clark. Cum Edd. Vett. consentiunt MSS. Leid. sec. Dorvill. et forsitan Petav. Sed optime Leid. pr. et Scalig. *m. partem exercitus tironem*. Ut supra c. 25. ‘exercitus tiro,’ sic hic *pars exercitus tiro* eleganter dicitur. Vide loco cit. Ni MSS. cederem, Scaligeri lectionem unice verum putarem.

9 *Totum se facere]* Id est facere, quæ vellet: quæ locutio apud Ulpianum occurrit; et de ea agit Cl. Duk. de Latin. Juris. p. 353. Hinc talis homo vulgo dicitur *fac totum*; et apud optimos quosque *omnia esse*. Consule celeberrimos viros Heins. et Burm. ad Petron. c. 37. ‘*Trimalchionis tapanta*

est.' At tamen MSS. Scal. et Leid. pr. exarant *totos facere*: immo Petavia-nus habet *totos facere posse suos*. An vere, an ex interpolatione non facile dixerim. Sed prius credere malo.

12 *Tumulis contineri; interim nulla planitia dividit. Sed rat. nulla placuit taceri id, quod eo, &c.]* Mire hic turbant MSS. et Ed., quibus me non expedio. Ed. Romana *tumulis continet. Interim nulla planicie dividitur. Sed, &c.* Edd. Med. Ven. *tumulis contineri inter vallum provinciam dividit. Sed, &c.* Atque ita Edd. cunctæ ante Seal. nisi quod Vase. Steph. Gryph. post. dent *tumulus continet*, et pleræque habeant tacere. At vero MSS. longe minus præbent. Ursin. Cod. *tumulus continet: interim nulla planicia dividit: quod eo incid. &c.* ceteris rejectis. Petav. Scalig. Leid. pr. *tumulis contineri: interim nulla* (Sealig. *nullam*, Leid. pr. *in illa*) *planicie dividit* (Petav. *dividi*) *id quod, &c.* Dorvill. *tumulus continet: interim nulla planicie dividitur quod eo inc. &c.* At contra Leid. sec. *tumulis continet. Sed ratione nulla placuit tacere id quod.* Videant Docti, quæ inde verior lectio sit excudenda. Glandorp. legit *tumulis continentur. Suspecta omnino sunt verba interim nulla planitia dividit.* Subdit enim *planities, &c.*

xxix. 4 *Oppidi excelsi et loci natura]* Conjecerim equidem legendum; oppido excelsi et loci natura. Sed sine Codicibus nihil muto. Clark.

8 *Currebat ad dextram partem]* Reponendum crediderim ex Ms. Norv. *currens erat*, qui Hellenismus est, optimis scriptoribus non ignotus. Cicero in Orat. p. 204. ed. Lambin. 'Est enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phædri his verbis *loquens Socrates?*' Vitruvius Archit. II. 1. 'Phryges vero, qui campestribus locis sunt habitantes.' Adi et Is. Casaubonum ad Capitolini Anton. Philos. c. 20. Davis. *Currens erat. Optime. Quomodo et in Ms. Regio scriptum repperi. Clark.* Mei etiam MSS. omnes *currens erat ad*

*dextrum: quod idecirco restitui. In Petav. tamen et Leid. pr. est erant: in Dorvill. et Ciac. erant autem. Vide ad Miscell. Obser. Vol. II. p. 305. 'Considerans sum.' Ceterum pro partem et, MSS. omnes mei habent id quod, et in Ciaccon. Ms. idque: forsitan recte.*

*Ad dextram partem]* Pro his vocibus Cod. Ciaccon. repræsentat ad extremum; Ms. autem Norvic. ad *dextrum*, cuius Glossema est vulgata lectio. Davis.

16 *Casus tribuisset]* Sic edidit primus Sealiger, cum antea excusum es-set *castris fieret: quomodo* habent etiam Leid. sec. et Dory. In Ursin. Cod. *Cras fieret. In Petav. Cras tribuisset. In Leid. pr. curas tribuisset.* At in Sealig. Cod. *causas tribuisset supraser. casus.*

20 *Adversarii constituebant]* Ms. Norvic. vocem interponit, qua in textum recepta, integer est sensus. Ex eo igitur lege adversarii præliandum constituebant. Davis. Recepit præliandum, suffragante Petaviano, qui tamen cum Leid. pr. habet *adversariis.*

24 *Decedebant]* Sic legendum, non discedebant, quod in edit. Davis. *Decedebant.* Sic ex conjectura reposuit Davisius. Atque ita in Ms. Regio scriptum reperi. Editi discedebant; Quod est valde κακόφωνον, discedebant ut-discederent. Clark. Mei omnes discedebant retinent.

xxx. 3 *Prope alterum tantum]* Ita ut auxiliares reliquarum copiarum numerum tantum non adæquarent. Livius I. 36. 'Alterum tantum adje-*cit.'* Minucius Felix Octav. p. 37. 'Mox alterum tantum admonitus ad-junxit.' Vide et Corn. Nepotem Eumen. VIII. 5. Davis. Ad Livii lo-cum adi J. F. Gronov. et Drakenb.

4 *Præsidia LXXX cohortibus, et VIII millibus equitum]* Scilicet constituta. Ut supra, 'Erat acies XIII aquilis constituta.' Quamobrem minus recte Codices nonnulli; *præsidia LXXX co-*

hortes et VIII millia equitum. *Clark.* *Cohortes* est in Leid. sec. et Edd. Vascos. Gryph. post. et Steph. Rec-tius et abjiciunt Pet. Leidd. Dorv. qui etiam cum Scal. et Leid. sec. habent IX. m. eq.

6 *Ut transeundi superius iter]* Norv. habet *transire*, quod melius videtur. *Davis.* cur. sec. Rescribendum omnino videtur *transire* cum Petav. vel *transeundum* cum Leid. pr. ac MSS. 2. Thuanesi.

8 *Culpa sua sequius]* Ita edidit Scaliger. Olim expresserant *secus*. Quod inducere maluit Ursinus. Abest sane a Leid. sec. et Dorvill. ac Petav. qui non agnoscit etiam *culpa sua*. Deest *sua* in Scal. et Leid. pr. qui dant etiam *secus*.

12 *Cæsaris copias timore impediri ad committendum prælium]* In Norvic. est *Cæsarem timore impediri*. Si cum terso scriptore res esset, omnino scriberem, *Cæsarem Ratos timore impediri a committendo prælio*. Sed tam horridus et inceutus est hic auctor, ut an aliquid tentandum sit dubitem. *Davis.* cur. sec. *Copias* abest a Dorvill.

14 *Ut magno tamen periculo]* Adversativam particulam hoc non convenire advertit Joan. Glandorpius, qui reponendum duxit *ut magno in periculo*, Ms. autem Norvic. exhibet *ut magno cum periculo*, quæ lectio sana est et sincera. *Davis.* Cum *periculo*. Ita reposuit Davisius ex Ms. Eliensi. Sed et ferri posset vulgata lectio, *magno tamen periculo*. Loco nimirum iniquo sui potestatem faciebant, ut quamvis accessus ad eos haberi quidem posset, at *magno tamen id cum periculo*. *Clark.* Sic etiam bene exponit Rhellicanus.

xxxi. 2 *Defendebantur]* MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Rom. *defendebant*. Ms. Eliens. *se defendebant*. Utrumque rectius quam vulgata. *Clark.* Gryphius et Lugdunenses ediderunt *defendebant*. Omnino reponendum, *Adversarii se e loco superiore defendebant acerrime*; prout diserte repræsentant Pet. et

Norv. *Davis.* cur. sec. *Defendebant* est etiam in meis omnibus et Edd. Med. Ven. Vasc. ac Steph. aliisque.

3 *Telorumque missu concursus]* Sic recte exhibit Ms. Norv. et edit. Rom. Ven. Beroald. cum in vulgg. *telorumque missus* perperam legeretur. *Davis.* *Missu* recte, quomodo et in Ms. Vossii scriptum repperi. Vulgatum *missus* nihili est. *Clark.* *Missu* etiam mei cuncti et Edd. Med. Ven. Vascos. Gryph. post. Steph. atque ita jam Ursinus emendavit. Mox, ‘pi-lorum missu:’ et ita ‘*telorum missus*’ supra c. 17.

11 *Quod a suo loco]* Nonnulli *quod suo loco*. Tumque significabit *sua in parte*. *Clark.* A abest ab Edd. Aldi, Gryph. Manut. Plant. Scalig. et Cell. Sed cuncti manu exarati libri a re-tinent eodem tantum nou sensu.

12 *Ne ab latere nostri occuparentur]* Sensus postulat, ut scribamus *occuparent*, quemadmodum est in Ms. Norvic. et edit. Rom. Venet. Eadem lectio e II. MSS. Thuan. hausta, Joan. Goduino placuit. *Davis.* *Occuparent*. Sie Goduinus ex 2. MSS., re quoque ipsa clamante; et Davisius ex Ms. Eliens. et Edit. Vett. Scaliger et Recentiores, *occuparentur*: quod sententiam turbat penitus. *Clark.* A Beroaldo usque *occuparentur* legitur, non male, si nostris scribas. Sed *occuparent* etiam est in Petav. Scalig. Leid. sec. ac Med. Edit. et prætulit quoque Cellar. Mox *a dextro* mallet Gland. minus bene.

15 *At ii—facere incipiunt]* Pet. Scal. Leid. pr. Edd. Rom. Med. *Ita uti—facere possent*. Unde suspicor *incipiunt* et *possent* esse a Glossa. V. ad vii. 81. Gland. legit atque ita—f. *incipiunt*.

18 *Gladiorumque crepitus]* Ut pas-sim, ita hic quoque *strepitus* exaratur in Leid. primo. Adi quæ copiose de his olim disserui ad J. Obseq. de Prodig. c. 104. ‘*Ancilia cum crepitu sua sponte mota*.’ Apud Sallust. quo-que in Jug. c. 60. ‘*Clamor permixtus*

gemitu, &c. Item strepitus armorum ad cœlum ferri,' defendit ex iis, quæ ibi notavi, Cl. Cortius. Verum cum in Sallustio non potest significare cœcum quoddam murmur, et illie quoque præfero *crepitum*: ut ubique voluit etiam scribi summus Burnmannus ad Ovid. Met. xv. 784. Contra ubi Cicero scribit 'crepitum plagarum,' Or. v. in Verr. c. 62. malui olim *strepitum*. Sic apud Curt. iv. 15. in f. 'strepitus habernarum' at nunc nihil etiam illie muto. Prudent. Hymno 1. περὶ στεφανῶν, 56. 'Verberum post vim crepantum.' Ceterum cum pro *clamori* hic in MSS. quatuor (vide Varias Lect.) reperiatur *clanor*, posset videri locus expressus esse e Salustio, et *gemitu* esse rescribendum quoque.

19 *Timore]* Lege *timor præpediebat*, ac ita dant a Gryphio et Lugdunensibus editi libri. *Davis.* cur. sec. *Timor* etiam Vasc. et Steph. cum Strada. Exsulat hæc vox ab Edd. Rom. Med. Ven. Placet mihi quoque *timor*. Adi III. Heinsium ad Ovid. Ep. xiv. 18. 'Præpedit ossa tremor' ut 'incitat tubæ cantus' de qua locutione adi Pric. et Brant. ad Apuleii. I. viii. p. 466. 731.

*Hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis teruntur arma]* Ennianum mihi locum consultus ostendit vir interioribus litteris eruditissimus And. Schottus, quem honoris causa nomino, ex Homericò conversum esse Iliad. N. Ἀσπὶς ἦρ' ἀσπὶδ' ἔρειδε, κόρυς κέρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Quomodo et A. Furius apud Macrobius Sat. vi. 3. ex eodem Homero: 'Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir;' Maro quoque Æn. I. x. vs. 360. 'Hæret pede pes, densusque viro vir.' Sed neutrum Homero hic parem esse Critici judicarunt, auctore eodem Macrobius v. 13. Brant. Imitatur et Silius Italicus iv. 354. et ix. 322. Metri autem gratia Paulus Merula fragm. Enni p. 40. rescribit, 'Pes premitur pede, et arma teruntur Ar-

mis.' Sed sexcentis exemplis demonstrare possum, solitæ orationis scriptores, cum Poëtas laudent, metri esse negligentiores, adeo ut, an manu critica sit opus, nesciam. *Davis.*

22 *Liberalibus]* *Liberalia*, dies Libero patri sacer. Rhellicanus hic ineptissime: 'Liberalibus,' inquit, 'hoc est, iis qui liberaliter, ingenue, ac fortiter pugnantes occubuerant.' Clark. Vide et Ciac. Gland. et Manut.

25 *Præterea, &c.]* Turbant hic rurus MSS. In Petav. et Leid. pr. et 2 Gallicanis tantum legitur *præterea* (hac etiam voce caret Leid.) quos (Leid. *hos*) *habuit ex f. hac qui opp.* Leid. sec. in quo *qui cum opp. et Dorv. non agnoscant hos habuit res exitus.* Et facile e Glossa in textum inrepere potuerunt. Similem Glossam notavi supra. Certe duces belli XVII isti omnino suspecti sunt.

XXXII. 3 *Ex hostium armis—circumplexi]* Hæc φῆσις tam corrupta est et mutila, ut auctoris verba conjiciendo assequi non sit meum. Ex iis tantum colligitur *e congestis cadaveribus aggerem effectum esse, quæ pilis jaculisque confixa inter se tenebantur*, quæ verba sunt Flori iv. 2. 85. Vide et Valerium Maximum vii. 6. 5. ac Julium Celsum p. 244. seq. *Davis.* Hæc adeo mutila sunt, ut sine melioribus Codicibus restitui omnino non possint. Clark.

4 *Occisi et gladii et mucrones, &c.]* Gland. legit *occisis et g. et m. infixi, et c. omnium ordinatim ad op. c. ut un. t. h. augerent, cum virt. &c.* *Occisis* certe est in Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *ut muc.* in iisdem. In Petav. *ut mucro.* At Leid. pr. legit *in gladio, ut in veru.* Unde conjicio scribendum *abscisa in gladio, vel in gladii mucrone, ut in veru, c. hominum (hostium Dorv.) ordin.* Lucan. viii. 680. 'Pharioque veruto Subfixum caput est.' Pro universa idem univeras. Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. Strad. *ad op.*

*host. conv. univ. ut timorem, &c.*

10 *Fugiens, Sex. &c.]* MSS. Reg. et Eliens. *fugit: Sext., &c.* Quod idem est. *Clark.* *Fugit rescripsi fide Petav. Leidensium et Dorr.*

12 *Quos equites, quod pecunia secum habuit, eis distribuit]* Haec barbara prorsus et incondita est constructio. Editt. Rom. Venet. Beroald. representant, *quos equites secum habuit, quod pecunia secum habuit, eis distribuit,* ac ita etiam testante Joan. Goduino, MSS. II Thuanæ; nec sane illa lectio in scriptore tam horrido prorsus est aspernanda. Ms. Norv. exhibet *quos equites secum habuit, his quod secum pecunia, eis distribuit,* unde minima mutatione rescribendum putem *quos equites secum habuit is, quod secum pecunia, eis distribuit,* qui rotundior, nisi me fallit animus, et auctore Romano dignior est loquendi modus. *Davis.* Sed et haec durior locutio. Atque Ms. quidem istum, minus accurate transcripsit Vir doctissimus. Sic enim ego in isto Codice scriptum repperi; (quam demum et veram esse lectionem existimo;) *quos equites secum habuit, his, quod habuit secum pecunia, distribuit.* *Clark.* Cum Eliensi de more consentit Petavianus: cum Ed. Rom. facit Mediolanensis. In Leid. pr. *Quos eq. secum, quod.* bene, si modo *his* ponas ante *quod pec.* nam *habuit* satis subintelligitur.

19 *Antea Pompeii]* Nonnulli, ante a Pompeio. Quod idem est. *Clark.* *Ante a P.* est in Ms. Ursini. *Pompeii antea Leid. pr.*

20 *Ut mitterent lecticam]* Sic reposui ex Ms. Norv. eademque lectionem in Cod. Thuan. reperit Joan. Goduinus. In vulgg. *ut mitteret lecticam;* male: non enim singulari cuiquam homini, sed ipsis Cartejensibus hunc nuncium misit Cn. Pompeius. *Davis.* *Mitterent* et in Ms. Regio scriptum repperi. Scaliger et plerique, *mitteret.* Qui sensus est

nullus. *Clark.* *Mitterent quoque Leid. pr. et Petav. mittat Leid. sec. et Dorr.*

23 *Erant]* Sic Ms. Reg. Al. essent. Atque utroque quidem modo loqui solet hic Auctor. *Clark.* Male ita Clarkius, licet et Dorvill. et Leid. sec. ac 3 Gallic. etiam dent *erant.* Sequor potius vetustiores libros. Subjunctivum enim multo magis amat hic auctor; ut c. 37. &c. Statim pro *clanculum Lipsius margini adlevit Calvitium.*

25 *Quæ vellet]* Ita ex Ms. Reg. restitui, clamante et ipsa re. Editi omnes, *quæ vellent.* Longe minus venuste; et sensu minus commodo. *Clark.* Accedit Leid. sec. *qui v.* Leid. pr.

XXXIII. 1 *Munda]* Deest hoc nomen in Codicibus Ms. et Editis. Sed ad sensum necessarium est; et forte, ob initii similitudinem, in vocem sequentem, *munitione,* absorptum fuit. *Clark.* Obsecutus sum viris doctis Rhellicano, Glandorpio, Ciacconio et Clarkio *Mundam* deesse censemibus, eamque vocem sensui necessariam addidi.

9 *Opimam]* MSS. plerique, *optimam.* *Clark.* Etiam Leidenses, Pet. et Dorr. et Edd. aliquot male, at sollempni errore. Inepti Goduinus, qui *optimam* præfert ex 3 Gallicanis. Passim *dapes opimæ, &c.* occurunt.

*Insterndam]* Huic voci spatium in Ms. Norvic. vacuum relinquitur: edit. autem Rom. Venet. Beroald. exhibent *insternandum,* quod melius, ut opinor, et rectius. *Davis.* In MSS. Reg. et Vossii loco ejus scriptum est *superadditis.* *Clark.* In Edd. vulgo ante Scal. exhibetur *superadditis.* Sed *insternit* est in Ciacc. Ms. *Insternitur* dant Dorvill. et Leid. sec. at *insternandam* Petav. cum Cod. Ursini. Sed *insternandum* bene Leid. pr. Scalig. et Edd. Med. Ven. Nec opus ut cum Ill. Heinsio suppleas, item *lectum opt. insternandum v.* Sic

enim et Apul. l. ii. p. 30. Ed. Pric. ‘puero extra limen distratum erat.’ ἐπέστρωτο Luciano.

11 *Resinam et nardum*] Codices alii, *Vinum et nardum*. Alii, *vinum, resinam, et nardum*. Clark. *Vinum et nardum* e 3 Goduini, qui probat, Codicibus recepit Cellarius; atque ita Edd. ante Ursinum. Nisi quod Be-roaldus *Vinum et resinam et n.* exhibeat. *Vinum* habent etiam Leid. sec. et Dovr. sine dubio et Glossa. Nam *resinam* MSS. Urs. et Latinus cum Petav. et Var. Lect. Cuj. servarunt; nisi et hoc videatur e Glossa: nam in Scalig. et Leid. pr. est *situm vel siccum*. Unde lego *stactam*, vel *stactam resinam* i. e. Stillaticiam, adjecti-  
ve vel potius *stactam resinam*; ut στακτὴ intelligatur *myrrha*. Utraque facit ad ebrietatem. Vide omnino Comm. ad Lucret. II. 846. ‘Stactæque liquorem,’ et Salmas. Plin. Exerc. p. 367.

14 *Se jugulare*] MSS. Reg. et Vossii cito se, &c. Clark. Adde Leid. sec. Ciaccon. et Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. et Stradae.

xxxiv. 3 *Perveniret fere, inter, &c.*] Ita interstinguendum. Vulgg. *per-veniret, fere inter, &c.* Sensu minus commodo. Clark.

4 *Quæ ex profugis conscriptæ*] Lege *conscripctæ fuerant*; quam vocem addendam docet Msti Norv. auctoritas. Davis. cur. sec.

13 *Detinetur; ex prælio quos, &c.*] Ita hic quoque omnino distinguendum. Scaliger aliisque ediderant. *Dum hic detinetur ex prælio, quos, &c.* Quod sententiam turbat penitus. Quos post proelium in *Munda* circum-  
munitos, &c. Supra c. 33. ‘Ex prælio *Munda* munitione circumda-  
ta.’ Clark.

xxxv. 2 *Tueri*] Hoc est sese tui-  
turum dixisset. Vide supra ad VII.  
36. Clark. Adi et ad B. G. II. 32.  
‘facere dixerunt.’ Verum optimi codices aliud quid hic exhibent.

Nam Pet. simpliciter dat *ad oppidum tuendum Can.* Leid. prim. Scalig. Edit. Rom. Med. Ven. *ad oppidum sese tuendum Can.* Glandorpius no-  
tat in quibusdam Codd. reperiri *ad oppidum sese tuendum ire* dixisset. Recte.

4 *Erat bene magnum—hic clam præ-  
sidia in Lusitaniam proficiscitur*] Locum hunc tentarunt varii, sanavit nemo. Joan. Glandorpius legit. *Erat intus bene magnum præsidium Pompeianorum admissum, quod Cæsaris præsidium receptum indignabatur; clam ergo quendam Philonem, illum qui Pompeianarum partium foret defensor acer-  
rimus, emisit, &c.* Pet. Ciacconius reponit erat bene magna manus intra Pompeianarum partium, quæ præsidium, &c. Ms. Norvic. exhibit erat bene magna multitudo intra Pompeianarum partium, quæ præsidium receptum indignaretur. *Clam quod Philone illo qui Pompeianarum partium fuisset defensor acer-  
rimus. Hic clam præsidio Lusitanianum proficiscitur;* ex quo Codice haec βῆστις sic legenda et interpu-  
genda: *Erat bene magna multitudo intra Pompeianarum partium, quæ præsidium receptum indignaretur; clam quod Philon ille, qui Pompeianarum partium fuisset defensor acer-  
rimus, (is tota Lusitania notissimus erat) hic clam præsidio Lusitaniam proficiscitur.* Men-  
dum procreavit ejusdem sensus post Parenthesin repetitio, qua de re dixi-  
mus ad B. G. III. 20. Davis. *Erat bene magna intra Pompeianarum par-  
tium multitudo, quæ, &c.* Sic Ms. Eliens. Ms. Vossii et Edit. Vett.: *Erat bene magnum intra (Ms. intus) Pompeianarum partium præsidium, quod, &c.* Quæ lectio eodem redit. Scaliger et Recentiores ediderant, *Erat bene magnum intra Pompeianas partes præsidium quod, &c.* Minus recte. Clark. Cum Norvicensi con-  
sentit rursus Petavianus. At Leid. pr. et Ciaccon. habet *Erat b. magnum intra R. partiumque præsidium recep-*

*tum indignaretur. Quod Cæsaris præsidium desunt quoque Leidensi sec. et Dorvill. qui dat *receptumque*. Indignaretur etiam Leid. pr. et Edd. primæ, qui Pompeianarum partium cum Vascos. Steph. et aliis bene exhibent: *intus* etiam Edd. multæ. Placet magis Ciacconii emendatio magna manus.*

6 *Clam quod Philo quidam, ille qui—hic clam præsidio, &c.] Ita fere restituit Davisius, nisi quod is vocem quidam omiserat, quam vocem ex Ms. Vossii, (ubi corrupte scriptum reperti Philo quidem) reposui. Scaliger et Recentiores ediderant, *clam Philonem quendam, illum qui, &c.* quæ est sententia suspensa et imperfecta. Emendari autem potest, scribendo; *quod* (præsidium,) vel *quaæ* (multitudo) *clam* emisit Philonem quendam, *illum, &c.* Vel, ex Edit. Romana, (*quaæ* habet corrupte, *clam erga;*) legendo, *Clam ergo* (emisit, *vel* emiserunt,) *Philonem quendam, illum, &c.* Sed præstat prior lectio, utpote a Ms. optimorum vestigiis propior. Clark. *Clam quemdam Philonem illum ex Ursini Codice* reposuit Scaliger. Suffragaturque ejus codex et Leid. pr. (nisi quod is det *illuc*) et Edd. Rom. Venet. ac Mediol. quæ interponunt *erga*. *Cuidam Philoni illi* Leid. sec. Dorvill. Edd. Ald. Gryph. Manut. &c. *quodam Philone illo Pet. quidem Philo ille* Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. et Stradæ. Nihil muto. *Receptum* potuit esse Cæsaris præsidium *clam Philonem*; sicut ille rursus *clam præsidia* (nam ita habent Ms. Urs. Scalig. Leid. pr. Dorvill. non *præsidio,*) profectus est. Vide ad c. 3. ‘*clam præsidia.*’ De repetitione post Parenthesin egimus quoque ad B. G. 1. 55.*

8 *Præsidio]* Sic Ms. et Edit. Vett. Scaliger aliisque, *præsidia*. Clark.

*In Lusitaniam proficiscitur]* Delevi præpositionem fide Ms. Petav. Scal. Leidensium, Dorv. item Edd. Vaseos.

Gryph. Stephani, aliarumque. Adi omnino notata ad B. G. III. 7. ‘in Illyricum profectus est.’

11 *Reversus]* Sic Ms. Reg. et Vossii. Editi exhibent, *Rursus*. Sed præstat ea, quam reposui, lectio; et propter sequentem, *denuo*, et quo Syntaxis minus fiat hiulca. Clark. Accedunt Ciaccon. Leid. sec. Dorvill. et Edd. Vascos. Gryph. post. Stephani et Stradæ. Omnes autem Codices carent  $\tau\phi$  in: scribendum suspicor *Hispalim in oppidum*.

xxxvi. 2 *Quod]* Unicus hic locus est in hisce omnibus Libris, ubi vocabulum, *quod*, hoc significatu usurpetur. Vide supra ad B. Civ. 1. 26. Clark.

4 *Hispalim oppugnare]* Joan. Glandorpius emendat *Hispalim propugnare*, nec sane mala est conjectura; *Hispalim* enim in sua potestate habuerunt Pompeiani: sed potior est Ms. Norvic. auctoritas, ex quo scribendum *Hispali pugnare*. Joan. etiam Godunus hanc lectionem in II Codd. Thuanæis inventam merito probavit. Davis. et Clark. *Propugnare* adscriptum quoque Heinsius. Sed *Hispali pugnare* exstat in Petav. et *Hispali* occurrit etiam in Leid. pr. Putem fuisse olim *Hispali in oppido pugnare*.

9 *Ita irrumpendo]* Sensus docet legendum *ita erumpendo*, licet omnes præter ed. Stephan. vulgatam lectio nem retineant. Davis. et Clark. Rescripsi confidenter *erumpendo*, auctoritate Cod. Leid. pr. et Edd. Vascos. Gryph. post. ac Stradæ: de hac confusione vide ad VII. 69.

10 *Detinentur]* Rectius Vossii. Ms. et Edd. Vascos. Steph. Gryph. Stradæ *distinentur* sive *occupati* erant. c. 27.: ‘*in opere distenti sunt:*’ atque ita passim Cicero et alii.

19 *Concisi Mundenses duces. Cæsar, &c.]* Omnino, mutata distinctione, ex Cod. Norvic. rescribendum *occisi. Carteientes*, dum Cæsar in itinere reliqua oppida oppugnat, propter Pompeium,

&c. Pompeius enim paullo ante Carteiam erat delatus, ex qua post hanc seditionem sauciis profugit. Emen-datio est manifeste vera, et extra omnem dubitationis aleam posita. *Davis.* Puleherrima emendatio, quam repperit Davisius in Ms. Eliensi. Alii omnes, sensu parum congruo exhibent, *omnes sunt concisi* (*Mundenses duces*) *Cæsar in itinere reliqua oppida oppugnat*, quæ propter Pompeium, &c. Quamvis enim voces istæ, *Mundenses duces*, non male convenient; at ut vox, *Carteenses*, omittatur, id demum ferri non potest. Non enim oppida illa *reliqua*, sed oppidum *unum*, (ut ex sequentibus manifestum est,) nimirum populos *Carteenses*, quo Pompeium confugisse supra est narratum, c. 32. de *Pompeio* dissentire cœpit. *Clark.* Vedit hoc jam Glandorpius, qui legebat *Mundensium duces*. *Cæsar Carteiam petens.* Sed optime Petav. et Leid. pr. cum Thuan. habent *concisi. Carteenses duces, dum C. in i. r. o. obp. propter, &c.* Quod idcirco reposui.

**XXXVII. 3 Pars, qui essent f.]** Sic per cerebrimam Synthesin ex Glandorpii conjectura reposuit Scaliger, cum vulgo et in Edd. primis legeretur pars erat quæ essent: atque ita est in MSS. Leidensibus. Edd. Aldi, Manutii et aliae pars erat, qui. Vaseos. Steph. et plures pars, quæ. Recte Pet. Pars qua, &c. pro in qua: quo etiam facit Dorv. pars erat, in qua p. p. erant. Ceterum fautores essent, cum aliis edidi fide MSS. plurimorum pro ess. fuit.

**6 Didius, qui Gadis classi præfuisset; \*\*\* ad quem—, caput; partim—iter faciens]** Aut deest aliquid post præfuis-set, (quod tamen non adverterunt Editores,) ne sententia plane sit nulla: aut, pro faciens, scribendum ex Ms. Eliensi, faciebat vel faciebant: ut ni-mirum isto modo exhibetur tota periodus, *Didius, qui Gadis classi præfuisset;* (ad quem simul nuncius allatus est, confessim sequi caput;) partim pedi-

tatibus—celeriter iter faciebat. Sed mihi potior videtur prior illa conje-c-tura, quemadmodum et edidi. *Clark. Didius, qui Gadis classi præfuisset, ad quem simul nuncius allatus est.* Norv. dat Gadi. Lege *Didius, qui Gadibus classi præfuisset, ad eum simul nuntius allatus est, &c.* Nam Clarkius in eo fallitur quod aliquid excidisse censuerit. *Davis.* cur. sec. *Gadibus emenda-runt etiam Gland. et Heins. quorum hic ad quem delet; ille simul que legit.*

**8 Peditibus et equitatibus]** Ms. Reg. *peditatus et equitatus.* Ms. Vossii, *peditibus et equitibus.* Ms. Eliensis *pedi-bus et equitatu.* Ut forte legi debeat *peditatu et equitatu.* Sed hoc parvi est momenti. *Clark.* Petav. Leid. pr. *par-tim pedibus et equitatus.* Leid. sec. Dorv. *partim pedibus partim ad equitatus.* Edd. Vascos. Gryph. post. Steph. Strad. *partim peditibus et partim equitibus.* Celeriter abest a Petav. et pro faciens idem cum Leid. prim. faciebant. Ill. Heinsius emendat *partem peditatus et equitatus, &c. ccl. inmittens.* Mili non plane liquet. Verisimillimum tamen videtur, si non unice verum *partim peditatus et equitatus, &c. iter faciebant.* Ipse navibus partim persequi cœpit, partim, &c. Quod clarissime patet e c. seq. Semel vocem *partim solere omitti*, et quidem frequenter ab aucto-re nostro, vide ad Bell. Alex. c. 29. Confidentes itaque hoc, ut sensus constet, e MSS. in textum recepi.

**10 Insequuntur]** Ms. Norvic. *conse-quuntur; quod melius. Davis. Cons.* melius quam quod habent vulgati *in-sequentur.* In Edit. Rom. est *consequutus eos.* Ut forte, legi possit *consequitus est.* *Clark.* *Consequuntur Pe-tav. consequentes Scalig.* Leidenses. *Consequitus eos* Edd. Rom. Medioli. Ven. aliae *insecuti.* Sed rescripsi *consequitur eos;* quomodo vel *ins.* Gland. et Heinsius etiam conjecterunt. *Quod pro qui dedi ex MSS. omnibus. Supplet Gland.* At Pompeiani.

XXXVIII. 1 Quæ missæ] Ms. Reg. Qui missi. Utrumque recte. Clark. Sic et Leid. sec.

5 Ita lectica a turre qua esset allatus, in ea ferebatur] Ita loquuntur Hebraei et ad eorum morem N. T. scriptores. Gryphius exhibit ad turrem, sed quid verbis opus est? Cum Petav. et Norvie. legas velim, ita in lectica ferebatur, et reliqua verba pro spuriiis ac insiticiis habeas. Davis. cur. sec. Adturrem Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. Str. In qua erat, Leid. sec. qua erat Cod. Gall. cum esset oblatus Leid. prim. Ut videantur, omnino hæc esse spuria. Gland. legit: Ita lectica a turri, in quam erat allatus ferebatur.

6 Lusitanus] Pompeius habitu Lusitani militis; inquit Rhellicanus. Mibi illud potius videtur, ut Lusitanus positum sit pro Lusitani milites Pompeium stipantes. Sic enim infra c. 40. ‘Lusitani, qui ex pugna superuerunt,’ &c. Clark. Gland. legit Lus. autem m. mil. procedens.

8 Erat accessus loci difficultas] Joan. Glandorpius reponit erat accessus loci difficilis, et sic disertim exhibit Ms. Norvic. Ac recte quidem; nisi forsan proxime ad veteres editi legendum sit erat, accessu loci, difficultas. Davis. Sed perinde est. Clark.

11 Multitudine \*\*\* deducti, &c.] Manifesta lacuna, quam quoniam non adverterunt Editores, sententiam pesime turbarunt. Clark. Dubito, an quidem hic sit lacuna, licet intelligi nequeant. In Petav. est at munitionem. In Leid. pr. Ad m. l. n. quem ceperat s. Pomp. Pro quemvis Pet. Leid. pr. Dorvill. habent quamvis, quæ vera est lectio. Gland. conjicit in quem vivit, &c. descendere possent. In Leid. pr. Dorvill. et Edd. Rom. Ven. Mediol. possunt. Dein subeunt habent Ms. et Edd. omnes ante Scalig. Unde patet, ni fallor, clarissime, ex Leid. pr. esse legendum, munitionem locum n., quem ceperat sibi P. quamvis magna

multitudine d. h. ex s. c. def. possent, subeunt. In adventu nostri depelluntur. Si quis vero malit ex codem Leid. et Petav. ad munitionem subeunt legere, per me licet: nam subire locum, ad locum, in locum, æque Latine dicuntur. Videtur tamen potius Accusativus ille, tam procul a verbo suo sine præpositione, corrumpendo hunc locum ansam dedisse. In Ms. vero Pet. Leid. pr. Dorvill. est nos depellunt. An ergo subeunt. In adventu nos depellunt telis?

16 Opere circumunire instituit] Ms. Norv. capta locu opere, &c. ac ita supplendum videtur. Davis. Quamquam loca nondum capta potius dici videntur circumuniri ad oppugnandum. Instituit scilicet Cæsar. Clark. Mihi illa capta loca, quæ etiam in Pet. adparent, e Glossa nata videntur. Intelligit enim locum a Pompeio captum.

18 In jugo dirigunt] Leid. pr. a manu pr. in jugo non habet, sed jugum a manu sec. At Petav. Leid. sec. et Dorv. non agnoscent in. Recte. Dirigere jugo notat, promovere in jugum versus sive per jugum, quo magis magisque hostibus accedant; ut compellere hibisco et similia innumera. Quam locationem noster in primis adhibere amat. Vide supra ad c. 13. ‘In oppidum revertissent;’ ut et ad c. 16. 24.

XXXIX. 6 Locum, ut in speluncam] Sic Ms. Regius: melius, quam quod edidit Scaliger et Recentiores locum, ut speluncam: Ms. Eliens. et Vossii et Editt. Vett. exhibent locum in spelunca. Clark. Ut in speluncam edidi, confirmantibus eam lectionem Ms. Latinii, Leid. sec. et Dorv. in speluncam Leid. pr. ut speluncam itidem non male est in Cod. Scalig. In spelunca ediderunt omnes ante Scalig.

8 Ita ibi interficitur] Narrant. Florus iv. 2. 86. eumque secutus Jul. Celsus p. 245. Cu. Pompeium adolescentem apud Lauronem oppidum a Cesonio fuisse interfectum, quem

*Kεσέννιον Λέντρωνα* vocat Dion Cassius I. xliii. p. 233. ed. Hanov. *Davis.*

*Quum Cæsar gradiebatur Hispalim, pridie Id. Aprilis]* Miror, unde factum, ut ita ediderit Jos. Scaliger, cum non solum MSS. Ursin. et Nerv. verum etiam impressi vett. Rom. Ven. Beroald. exhibeant *quum Cæsar Gadibus fuisset, Hispalim pridie Id. Aprilis*, quæ vera proculdubio est lectio; patet enim ex c. 40. *Cæsarem Gadibus tum fuisse. Idem. Gadibus esset.* Ita recte restitutus Davisius ex MSS. et Edd. Vett. quibuscum facit Ms. Regius, et liquet ex c. 40. Quare minus recte hoc in loco Scaliger alii que ediderunt *gradiebatur. Clark.* Non primus Scaliger, sed Aldus, Vascos. Gryph. Stephanus, ceterique jam ediderunt *gradiebatur*: idque inveni in Leid. sec. ac Dörvill. qui habet *ab Hispali*: ut etiam legit, *ac Gadibus erat Vir Doctus.* Verum ab Hispali caput non est adlatum. *Ad Hispalim* habet Leid. sec. Ut statim *ad Hispalim* recurrat. Quod jam sæpissime habuimus. Reliqui mei Codices et optimi servant cum Edd. Med. Ven. *Gadibus fuisset, Hispalim*: quod idcirco reposui: licet non admodum placeat. Celsus ait, *Cæsarem Hispalii digressum Idibus Aprilis Gades petuisse. Inde rursum Hispalim rediisse*; et caput ei allatum esse, Hispali quum esset, et antequam Gades ivisset. Vide ergo, num legendum *Gadis ire statuisse*, vel subintellesto verbo *ire. Gadis* veteri more pro *Gades*: quæ ansa corruptionis fuerit.

*XL. 7 Ex castello ejiciebatur]* In eptam hanc lectionem tam diu tolerari potuisse miror: cum jam Glandorpius monuerit scribendum esse eliciebatur: quod sequentia omnino confirmant.

*10 Repellerent]* Quid sibi velit haec vox, equidem conjicere nequo. Scribendum existimo repellerent. Erant parati, qui naves incenderent, quique ab incensis subsidium repellerent.

*Clark.* *Repellerent* optime etiam emendarat jam Glandorpius, quod, invitum licet libris, pene reposuisse: sed forsitan pejus hic latet uetus vel lacuna. *Qui abest a Petav. et omnia hæc incensisque, &c. repelerent* non comparent in Edd. Rom. Ven. Med. Possent et legi rejicerent. Utrumque vide ad B. Afric. c. 6.

*11 Ut a nullo conspectu omnium]* Sic quidem editi omnes; sed legendum *ut a nullo conspecti omnium*, quæ minor est mutatio, quam Glandorpiana, pro qua scribendum esset, *ut a nullo conspecti omnino. Davis. Conspecti.* Ita recte restitutus Davisius. Alii omnes MSS. et Editi *a nullo conspectu omnium.* Quæ sententia est nulla. Ms. Regius corrupte habet, *Li sic dispositi* (omissis quinque vocibus, erant, *ut a nullo conspecti) omnium, &c.* Unde in eo Codice, ex quo iste transcriptus est, videtur scriptum fuisse, *conspecti*; adeoque, propter ὄμοιοτέλευτα, *dispositi* et *conspecti*, voces istas intermedias excidisse. *Clark.*

*14 In castello]* Scribe *ex castello*, ut habet Ms. Norv. vel *e castello*, ut ed. Steph. A. D. 1544. *Davis. E castello.* Ita Davisius ex Ms. Eliensi, et Edit. Stephani. Sed et ferri potest quod habent Codices plerique, in *castello*. Ut adeo dicantur ii, qui *in castello* relieti fuerant, et ipsi deinceps post Didium processisse ad pugnam. *Clark. E castello* ediderunt quoque Vascos. Gryph. post. et Strada. Præpositionem non agnoscit Leid. sec. eodem sensu. Malum tamen cum Clarkio retinere vulgatum. Distinguit enim hos ab iis, qui *ex castello* jam cum Didio processissent.

*22 A Gadibus]* Sic Ms. Regius. Quomodo et alibi loqui solent Cæsar atque Hirtius. Vide jam infra, c. 42. Alii præpositionem omittunt. *Clark. A Gadibus* exhibent jam Vascos. Steph. Gryph. post. et Strada cum Leid. sec. qui contra non agnoscit *ad.* Non temere contra optimos Codices

præpositio ubique inculcanda est : licet supra sæpius viderimus ita locutos Veteres, et in his horum commentariorum Auctores. Vide Indicem.

**xli.** 1 *Quem ipse ad Mundam præsidium oppugnandum reliquerat*] Edit. Rom. Ven. Beroald. omissa voce, exhibent quem ipse ad præsidium oppugnandum reliquerat : Ms. Norvic. representat quem una ad præsidium oppugnandum reliquerat : unde legerim quem Mundæ ad præsidium, &c. Nam hæc Mundæ gesta suis ex seqq. liquet. Davis. et Clark. Mundam primus intexit Scaliger. Ipse abest a Leid. pr. Petav. et Scal. Mundam contra deest etiam Leid. sec. et Gall. Dorv. sed una ad pr. Petav. ad Munnam Scalig. ad Mundam Leid. pr. Fors ad Mundam ad pr. vel ad M. præs. obpugnaturum ; aut ad Mundanum præs. obpugnandum ; quod non displicet : nec enim adsentior Goduino et Cellario, qui Glossam esse censem.

2 *Assiduis \*\*\* ; hostesque, &c.*] Deesse videtur aliquid. Quod tamen non adverterunt Editores. Clark. Id monuit jam Glandorpius. Hostes habet Dorv. sine que. At Petav. Leid. pr. Scalig. Adsid. diurnisque (lurnisque Leid. et Scal.) circum se interclusis.

6 *Capiunt*] Ms. Eliensis addit. XIV. MSS. Reg. et Vossii et Edit. Rom. addunt, XIV millia. Clark. MSS. Pet. Scal. Leid. pr. Dorv. et Edd. Rom. Med. Ven. XIV milia : sine ac deinde. Bene scilicet Leid. sec. et Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. ac Stradæ vivos capiunt XIV milia ; ac deinde : quod idcirco restitui. Vide ad B. Civ. III. 4. sagittarios, IV milia. Pro Ursanem vero hic et infra Ursanem habet Codex Dorvill. quomodo haec urbs Straboni, Plinio, et Appiano vocatur. Vide Casaub. ad Strab. I. III. p. 208. Versaonem Edd. pp. sed recte infra. Adi ad c. 28.

8 *Ad oppugnandum hostem abverte-*

*ret*] Emendat Goduinus, (quod et Davius probare videtur,) ab oppugnando. Sed nihil opus. Est enim locutio similis, atque illa sæpius a Cæsare usurpata, ad insequendum tardabat. Clark. Goduino ita parnit Cellarius, ut in textum repperit ejus conjecturam ab obpugnando h. averteret. Averteret est Scaligeri inventum : nam MSS. cuncti et Editi priores appeteret : quod non intelligo.

9 *Quod aqua—non erat, nam c. rarus nusquam reperiebatur*] Sic constanter edunt : sed invitis codicibus. Nam Petav. et Eliens, dant ut aqua pr. in ipso op. circ. nusquam reperiatur : deletis non erat nam rarus. At Leid. pr. et Scalig. ut aquam (aqua Leid. pr.) pr. in i. op. nam c. nusquam reperiatur. Ut aquam est etiam in Dorv. sine τοῖς non erat. Rirus abest ab Edd. Rom. Ven. et Mediol. Unde patet luce clarioris rescribendum Ut aqua præterquam in ipso oppido Munda (hoc enim depravatum est in nam) circum circa nusquam reperiatur. Quomodo exhibui.

*Accedebat, ut — non reperiebantur*] Barbare hoc prorsus, et nequaquam Latine. Legendum omnino, vel, accedebat, quod—non reperiatur, quomodo jam supra, § 3. Vel, accedebat, ut — non reperirentur. Qnemadmodum supra, (in eodem illo loco,) quod Codices plerique exhibent, accedebat, quod aqua—non erat, id in Ms. Eliensi est accedebat, ut aqua—non reperiatur. Clark. Ut agger materiesque non reperiabantur. Barbare scripsit Hirtius, si hoc modo scripsit. Legendum quod agger materiesque—non reperiabantur ; vel ut agger materiesque —non reperirentur ; quemadmodum etiam Cl. Clarkius animadvertisit. Davis. cur. sec. Haec rursus prodigiose corrupta sunt. Aggerem Leid. pr. et Dorv. in quo etiam materiemque : pro solita Leid. pr. soluti : soliti Edd. Rom. Med. loco τοῦ agi habent et Scal. et Leid. sec. sed vide ad c. 7.

'Aggerem vineasque agere.' *Paszuum* deest in Leid; sec. non male. Sic enim sœp̄ alibi. *Reperiebatur ex stat in Petav.* Edd. Rom. et Mediol. *reperiabant Ed.* Ven. In Cod. Dorvill. additur *habebant, non invenirent.*

14 *Ut oppidi oppugnationem tutiorem efficeret]* Aut reponendum, *propugnationem:* aut vulgata lectio ita accipienda, ut dicat oppidum, *quod oppugnationem,* vel *ab oppugnatione,* tum effici. Quo pacto locutio similis erit fere, ac illa supra, § 2. 'ad oppugnandum, hostem averteret.' Clark. *Ut oppidi oppugnationem tutiorem efficeret.* Probe intelligimus Hirtium velle, ut oppidum difficilius oppugnat redderet. Sed, an id sonent verba, maxime dubium videtur. Itaque legimus *Ut oppidi oppugnationem intutiorem efficeret.* Davis. cur. sec. Latet aliud quid: nam MSS. omnes habent *ad oppidum.* Petav. *ut ad oppidum.* Forte *ut ad oppidum opp. lentiorem* vel simile quid; *ut diuturniorem.* Sic *tutius et diutius confunduntur* in MSS. Valer. Max. VI. 6. in f. sine dubio enim sensus auctoris est Pompeium curasse, ut retardaret hostes, quo minus celeriter oppido accedere possint possent.

17 *Quam proxime c.]* Petav. Leid. pr. Dorv. Edd. Rom. Med. Ven. Beroaldi, Gryphii *quod.* Rectissime. Sci-licet *oppidum.* Quod frustra addere tentabat Glandorp. Consule Grammaticos.

**xlii. 7 Eis pecuniis]** Leid. sec. ejus *pecuniis provincium se.* Leid. pr. *eis pecunia.* Petav. *ejus pecunia.* Dorvill. *ea pecunia se pr.* Addunt se etiam Vascos. Steph. Gryph. post. Strada. licet id necessarium non sit, videtur tamen initio fuisse *ea se pecunia pr. lib.*

8 *Simulque patrocinio suscepto]* Vir summus Is. Casaubonus ad Suetonii Julium c. 18. reponit *provincia patrocinio suscepto:* sed non opus est, ut eum audiamus, nam illa vox facile subintelligitur. Davis.

9 *Multis legibus ab se in senatum inductis]* Omnino rescribendum *multis legationibus,* ut recte Rhellicanus ex editione Beroaldina faciendum judicavit. Ita certe dant Petav. Buslid. et Norvic. Davis. cur. sec. Accedunt Leid. pr. Scalig. Edd. Rom. Mediol. Ven. Vasc. Gryph. post. Steph. et Stradæ; *legibus inductis,* pro quo *inductos male voluit Ciacconius,* defendit Casaub. ad Suet.

10 *Publicas privatasque caussas]* Sic Aldus, Manut. Plant. Scalig. et Reliqui, non male, edidere. MSS. tamen et ceteræ Edd. dant publicis *privatisque caussis:* ut ad verbum *defendisse sub-intelligas provinciam.*

13 *Ingratos in se et in populum]* MSS. Vossii, *ingratos eos in se et in populum,* &c. Clark. *Eos addunt quoque Leid.* sec. et Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. Stradæ: *esse et desunt Pet.* Scalig. et Leid. pr. ac Dorv. qui duo pro iis habent *etiam:* et abest ab iisdem Edd. et Leid. sec. Fors. com. *tamen et ium.*

15 *Gentium, inquit, et, &c.]* Verbum *inquit,* quum non agnoscat ulius Codex, nec Edd. principes, aut Vascos. Gryph. Steph. et aliae, exsulare jussi.

16 *Populi R. magistratibus sacrosanctis manus]* Sic emendarunt Beroaldus, Glandorpius, Ursinus, qui et conjectit *Prat.* *Tribunisque sac.* vel *Trib. pl. sac.* In Petav. *Pop. R. magna transore Sanctis Romanis.* Leid. pr. et Ed. Gryph. *Pop. R. magna transiero sanctis Romanis.* Leid. sec. P. R. *magna transitio sanctis Romanis.* Cujac. P. R. *magistratus sacrosanctis Romanis.* Edd. Vasc. Steph. Gryph. post. Str. P. R. *magistratui sacro sancto manus.* Forsan. *Prat. magistratibusque sacro sanctis Romanis manus* vel *P. Ri. manus.*

17 *Sæpe]* Codices nonnulli, semel. Quod hoc in loco perinde est. Clark. *Sæpe et sapius attulisti;* omnes nostri semel et sapius attulisti, quod probum est. Davis. cur. sec. MSS. cuncti et Edd. primæ, item Vasc. Gryph. ac

Steph. et aliae *semel*: quare id reposui.  
Apulei. Metam. l. vii. p. 34. Ed. Pric. ‘Verbum quidem præcedens *semel* ac sœpius inmodice clamitavi.’ Sic enim MSS. et Edd. Vett. præter Bertin. Gland. hic legit *non semel sed sœpius*: uti apud Nepot. in Epam. c. 7. dein *ad tulistis et l.* rescripsi auctoribus MSS. et Edd. plerisque: vulgo abest *et*: *ad tulissetis* est in Petav. Scalig. a m. pr. Leid. pr. *attulisset his Dorv.*

20 *Legiones desint Populi Romani in hac provincia haberi*] Lege *legiones Populi Romani* desitæ *in hac provincia haberi*. Vocem *desitæ* præstat Ms. Petav. Ordo verborum est a Norvic. Davis. cur. sec. Non dubitandum est de veritate lectionis *desitæ*, quam et inveni in Scaligerano. Nisi malis tamen *desitæ sint*. Cicero in Bruto c. 32. ‘Orationes legi sunt desitæ.’ Glandorpius conjiciebat *desierint*, et *habere* Manut. pro *habitare*. Paullo post ad vocem *tempore deficit manus antiqua* Leid. primi Cod.

27 *Vestrangue provinciam*] Deleta voce, legendum, *agros provinciamque restro impulsu depopulavit*; prout exhibent MSS. Petav. et Norvic. ac editi. Beroald. Gryph. et Lugdun. 1576. Davis. cur. sec. Adde Leidenses, Dorvill. Scalig. et Edd. Rom. Mediol. Ven. Vascos. Steph. aliasque; quare *restrum* delevi.

*Depopulavit*] Hanc ultimæ vocis formam barbarismi insimulat Joan. Brantius. Immerito sane. Virgilii Georg. I. 185. ‘Populatque ingentem farris acervum.’ Et Æneid. IV. 402. ‘Ac veluti ingentem formicæ farris acervum Cum populant.’ Vide etiam Æn. XII. 263. ac G. J. Vossium de

Anal. III. 7. p. 36. Davis. *Depopulatus* Leid. sec. et Edd. Vasc. Gryph. post. Steph. Stradæ male. Plura vide ad B. Gall. VII. 77. ‘*Depopulata Galilia*.’

28 *In quos*] Ita primus exhibuit Scalig.; cum in MSS. et Edd. prioribus sit *In quo*: ni fallor rectius: sed et pro *existimabatis* in Petav. Scalig. Leid. pr. scribitur *extubatis*. Edd. Rom. Mediol. Ven. *excitabatis*.

29 *Non animum advertebatis*] Sic ex Ms. Norvic. restitui, cum editi minus eleganter exhiberent *animadverbatis*. Davis. Sic etiam Petav. V. ad B. G. I. 34.

*Legiones*] MSS. Ciacc. Reg. Voss. Leid. sec. Dorv. Edd. Vasc. Gryph. post. Stradæ *lectas quidem legiones*.

\*\*\* *Desunt reliqua*] In Leid. sec. scribitur *Amplius non reperitur*. In Cujac. et Petav. *Cetera desiderantur*. Addunt Leid. pr. Edd. Rom. et Mediol. totus *in orbe terrarum mundus exultat*. Subdit post haec Celsus *Multa hujus historiæ in loco scriptorum ritio confusa prætereo ad finem properans*. *Hic ergo bellorum civilium in Hispania finis esto*. Unde recte censem Heinsius, liquere, jam olim hunc librum adeo corruptum fuisse, ut medicina ex Ms. sperari vix debeat. Ceterum Belli Hispaniensis fragmentum, quod in Cujac. et Petav. Codd. exstat, ediditque Jungermannus, cuiusque meminit Casaub. ad Sueton. Jul. c. 56. frustum esse scias Julii, quisquis ille fuerit, Celsi, ut patet ex Ed. Grævii p. 185. et seqq. Immo diu antequam Celsus Grævius recudi curasset, id jam monuit δ πάντα Vossius in Hist. Lat. I. 13. quare illud omisi.



## NOTE

*Manu exaratorum, et typis impressorum J. Cæsaris, &c. exemplarium, aliorumque,  
quorum mentio in observationibus et variis lectionibus occurrit.*

Mss. O. a m. pr. sec.	Manuscripti libri omnes, a manu prima, secunda.
VV. LL.	Variantes lectiones.
B. Bong. pr.	Bongarsianus primus.
L. Leid. pr. sec. tert.	Leidensis primus, secundus, tertius.
V. Voss. pr. sec. tert.	Vossianus primus, secundus, tertius.
D. Duk.	Dukeranus.
D. Dorv.	Dorvillianus.

*Hos nominatos ipse oculis lustravi. Ceterorum qui sequuntur, excerpta tantum  
nancisci mihi contigit.*

A. And.	Andinus.
B. Bong. sec. tert.	Bongarsianus secundus, tertius.
C. Cuj.	Cujacianus.
D. Voss.	D. Vossii collatio.
E. Egm.	Egmondanus.
G. Gott.	Gottorpensis.
L. Lov.	Lovaniensis.
O. Ox. Oxon.	Oxoniensis.
P. Pal.	Palatinus.
Sc. Scal.	Scaligeranus.
Aic.	Aicardi.
Bouh. pr. sec.	Bouherianus primus, secundus.
Busl.	Busidianus.
Ort.	Ortelii.
Pulm.	Pulmanni Schedæ.

*Qui sequuntur, corum præter alios in notis suis passim faciunt mentionem viri  
docti, et a me citantur.*

Br.	Brantii.
C. Carr.	Carrariensis.
Ciac.	Ciacconii.
El. Norv.	J. Mori codex, Norv. et dein Eliens. Episc.
Gall.	Gallicani Codd.

<b>Hot.</b>	Hotomanni.
<b>Reg.</b>	Regius Anglicanus.
<b>Samb.</b>	Sambuci.
<b>Steph.</b>	Stephanicus.
<b>Th.</b>	Thuanæi Codd.
<b>Urs.</b>	Ursini Codd.
<hr/>	
<b>Edd. qdd. pp. o.</b>	Editiones quædam, primæ, omnes.
<b>R. Rom.</b>	Romana <b>MCDLXIX.</b> <b>MCDLXXII.</b>
<b>Inc.</b>	Incerti loci <b>MCDLXXIII.</b>
<b>M. Med.</b>	Mediolanensis <b>MCDLXXVII.</b>
<b>Tarv.</b>	Tarvisina <b>MCDLXXX.</b>
<b>V. Ven.</b>	Venetæ <b>MCDLXXXII.</b> <b>MCDXCIV.</b> <b>MDXVII.</b> &c.
<b>Ber.</b>	Beroaldi <b>MDVIII.</b>
<b>Fl. Flor.</b>	Florentina, <i>a M. Bruto adhibita.</i> F. <b>MDXII.</b> <i>vel</i> <b>MDXIV.</b> apud Juntas.
<b>Aldi</b>	Aldina <b>MDXIII.</b> <b>MDXIX.</b> &c. et P. Manut. <b>MDLXI.</b>
<b>Bas.</b>	Basileenses <b>MDXXXI.</b> &c.
<b>S. Gr. Gryph. pr.</b>	Seb. Gryphii prima 8vo. <b>MDXXXVI.</b> <i>vel</i> <b>MDXXXVIII.</b>
<b>S. Gr. post.</b>	Seb. Gryphii posterior 12mo. <b>MDXLVI.</b>
<b>Vasc.</b>	Vascosana <b>MDXLIII.</b>
<b>R. St. Steph.</b>	Rob. Stephani <b>MDXLIV.</b>
<b>Man.</b>	Manutii P. F. A. N. <b>MDLXXI.</b>
<b>Ros.</b>	Rosseti <b>MDLXXI.</b>
<b>Urs. sive Plant.</b>	Ursini <i>sive</i> Plantiniana <b>MDLXXIV.</b>
<b>Str.</b>	Stradæ <b>MDLXXV.</b>
<b>Raph. sive Lips.</b>	Raphelengiana <i>sive</i> Lipsii <b>MDXCIII.</b>
<b>Scal.</b>	Scaligeri <b>MDCVI.</b>
<b>Jung.</b>	Jungermanni <b>MDCVI.</b>
<b>Elz.</b>	Elzevirii <b>MDCXXXV.</b>
<b>Mont.</b>	Montani <b>MDCLXX.</b>
<b>God.</b>	Goduini <i>in usum Delphini</i> <b>MDCLXXVIII.</b>
<b>Amst.</b>	Amstelædamensis <b>MDCXCVII.</b>
<b>Cell.</b>	Cellarii <b>MDCCV.</b>
<b>Dav.</b>	Davisii <b>MDCCVI.</b>
<b>Lugd.</b>	Lugdunensis <b>MDCCXIII.</b>
<b>Cl.</b>	Clarkii <b>MDCCXX.</b>
<b>Al.</b>	Alii <i>vel</i> aliae.
<b>Aim.</b>	Aimoinus.
<b>Cels.</b>	Celsus.
<b>Glar.</b>	Glareanus.
<b>Gland.</b>	Glandorpius.
<b>Gr. vel Met.</b>	Græcus Metaphrastes.
<b>Or.</b>	Orosius.
<b>Rhell.</b>	Rhellicanus.

JULII CELSI  
C O M M E N T A R I I  
DE VITA  
JULII CÆSARIS.

---

---

EX EDIT. J. G. GRÆVII,  
AMST. 8vo. 1713.

---

---



# LECTORI

S.

J. G. GRÆVIUS.



CUM mecum ageret anno superiore, nomine Societatis Amstelodamensis, Henricus Boomius, vir spectatae fidei et industriæ, de Julii Cæsaris editione nova, quam dare constitisset, ei ostendi Dionysii Gerardi Joannis F. Vossii notas et observationes in Cæsarem servari ab ejus patruo, Viro Nobiliss. et Ampliss. Gerardo Joanne Vossio, Senatore supremæ Curiæ Flandriæ, quæ est ditionis foederatorum Belgarum; nec me dubitare, quin hujus lucubrationis copiam ei sit facturus Vir humanissimus. Istius voti non longe post compos petiit a me ut, quem in musæo meo viderat, Julium Celsum, ut vocatur, de vita et rebus Julii Cæsaris secum communicarem, quem librum esse rarissimum intellexerat, cum in nulla Galliæ bibliotheca, illum reperiri testatus sit Joannes Godwinus V. Cl. Professor Regius, in editione Cæsaris in usum Sereniss. Delphini adornata. Nam cum is disputasset de Floridi Sabini et Ludovici Carrionis opinione de commentariis, quos habemus de bello Gallico et Civili, ac si illi falso Julio Cæsari tribuerentur, cum illorum parens sit Julius Celsus, quia hinc ascribantur in nonnullis MSS. ut et a Joanne Salisberiensi, Vincentio in speculo, auctore Margaritæ poëticæ, qui non pauca ex Cæsare de-promserint, quæ Julio Celso assignent, subjicit, hunc scrut-

pulum sibi exemisse Gerhardum Joannem Vossium. Eum enim docere Celsi commentarios ὅτι διὰ πατῶν a Commentariis Cæsaris differre, ut sciunt, verba sunt Vossii, qui cum Cæsare contulerunt editionem Celsi anni MCCCCLXXIII. paulo post subnectit his Godwinus: *Ego vero fateor me ejusmodi Celsi editionem anno cīo CCCCLXXIII. factam, quamvis sedulo in celeberrimis Bibliothecis requisitam, non invenisse.* Accipis igitur nunc hic illos quæsitos, et a multis viris doctis expeditos Julii Celsi commentarios. Nam hunc indicem magni Vossii auctoritatem secuti præfixerunt, quamvis nec in fronte illius, unde hæc prodit, editionis auctoris nomen, aut ipsius libri et ejus argumenti inscriptio conspiciatur, nec in calce, in qua tantum legitur: *Explicit liber. Deo gratias. Anno Domini cīo CCCCLXXIII.*, ut rectius scriptorem hujus commentarii Dionysius Vossius anonymum vocet. Certe Julius Celsus in illo laudatur, ut Celsi esse non possit. Nam cum is commemorasset cladem Romanæ legioni ab Ambiorige illatam: *admonuisse, inquit, lectorem vellem, quod Suetonius Tranquillus, auctor certissimus, Germanorum hoc in finibus accidisse ait: Julius autem Celsus comes, et qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum censem.* Meminit etiam Celsi in aliis locis, in primis in illo, ubi narrat Cæsarem Bibracte hyemare constituisse, de quo ipse Cæsar agit in Commentarii septimi de bello Gallico fine. *Hic, inquit, incipit octavus Commentariorum liber quem fecit Julius Celsus; septem autem primos et usque ad hunc passum fecit ipse Cæsar, quamvis hic auctor (leg. auctor) aliquot in locis contradicit, et male Cicerone teste, et ipso Celso in prologo suo.* Hæc tamen non videntur ipsius anonymi esse, sed ab imperito homine ascripta, qui hunc anonymi librum credidit esse ipsos Cæsaris Commentarios, cum anonymus Julio Celso illos tribuat, ut ex verbis his videre licet, *Julius autem Celsus comes, et qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum censem.* Nam in Cæsare legimus, victoriae illius Ambiorigem potum esse in Eburonibus sui juris populis. Si anonymus est auctor illorum, quæ de octavi libri scriptore apud illum prodita modo cognovimus, æque suum commen-

tarium in VIII libros divisit, ut Julius Cæsar. In editione tamen vetere nulla est librorum distinctio, quam hic ut in aliis sumus secuti. Sed quicquid sit de scripto et auctore, liquet utique anonymum esse, quem Vossius Julium Celsum vocat, quo auctore ignoro, nisi forte, cum legisset, libri octavi scriptorem haberi Celsum, ut vidimus, nec tamen alius esset illius libri auctor, quam qui sit præcedentium, quod nemo iverit inficias, qui vel dictionem vel sententias attentius consideret, animum induixerit ut crederet totius hujus operis conditorem esse Julium Celsum. Fuit autem anonymous hic Christianus. Laudat testimonium sancti Augustini de morte voluntaria Catonis, et non raro damnat et irridet gentilium, Romanorum præcipue, in auspiciis et sacris superstitionem. Nulla in illo antiquitatis sunt vestigia. Quin vix quadringentorum, summum quingentorum annorum æfatem fert. Nam, ut omittam alia, Morinos dicit suo tempore Flandros appellari, et Reges Germaniæ Cæsares. Quamvis vero Julii Celsi non sint hi commentarii, si ulli unquam Celsi commentarii extiterunt, de quo valde dubito, ac non potius decepti sunt omnes, alii, qui emendatorem operum Cæsaris Julium Celsum habuerunt pro illorum auctore, alii, qui hunc anonymous crediderunt et Celsum illum, qui sæpe laudatur a scriptoribus, qui ante trecentos annos vixerunt, quorum supra meminimus, quia, ut in editione vetusta nostra liber octavus Celsi nomen gerit, sic forsitan in nonnullis manuscriptis codicibus omnes libri hoc nomen ostentarunt, quod viri docti observarunt in Cæsaris quoque commentariis manuscriptis; sunt tamen digni hi anonymi commentarii, qui ex istis latebris in celebritatem protrahantur. Sic enim satisfiet eruditorum desiderio, qui olim eum videre gestiunt, inter quos fuit Vir probitate, doctrina, et cum superesset studio benemerendi de præclaris artibus, illarumque cultoribus in primis nobilis Emericus Bigotius, cuius epistolam ante multos annos ad Nicolaum Heinsium datam legi, in qua petebat quædam sibi ex hoc anonymo describi, optabatque totum aut solum, aut cum Julio Cæsare, si quando typis iterum mandaretur, publicari,

ut scrupuli nonnullis a Sabino et Carrione injecti, inter quos et Tanaquillus Faber fuit, ex animis hominum penitus evelerentur. Nec equidem indignus est anonymous hic lectione, cum multas graves sententias aspergat, quae lectorem possunt erudire, ut non est in cognoscendis causis, cur quæque gesta sint, obtusus, nec inutilis aut legentibus aut edentibus Cæsarem. Non fuit enim imperitus rerum humanarum, nec pro captu illius ætatis indoctus, quippe qui in scriptis Tullianis, præcipue in epistolis ad Atticum minime fuerit hospes, ex quibus non pauca excerptis, quæ faciunt ad Julianum Cæsarem defendendum, quem admiratur unice, et ad refelenda quæcunque in illo criminabantur. Editio illa unica anni **ciccccclxxiiii** mendis infinitis inquinatur, et præcipue foedissime dedecoratur compendiis syllabarum et vocum, quæ illius temporis librariis et primis typographis erant familiaria. Præter hæc expressimus eam in omnibus fere, intactosque reliquimus errores sive scribarum sive auctoris in orthographia vocum, tum hominum et locorum, quam aliarum rerum, quæ facile poterant emendari, ut Lector hanc editionem legens se primam legere sciat. Conjecturas et correctiones, quas exigebat sententia, singulis paginis subjecimus. Speramus hujus libri paucis cogniti, Simlero certe et Gesnero, diligentissimis illis librorum indagatoribus ignorati, nec in bibliothecis locupletissimis Gallicis reperti, ut in dubium vocaretur, num unquam extitisset, aut lucem vidisset, editionem non ingratam futuram hominibus belle curiosis. Vale. *Anno MDCXCVII.*

JULII CELSI  
C O M M E N T A R I I  
DE VITA  
JULII CÆSARIS.

---

*Cum Cl. J. Daviesius in notis ad Cæsarem ubique secutus sit editionem J. Celsi Londinensem; his in margine notis numeralibus ejusdem editionis paginas annotare visum fuit, ne ad aliam editionem recurrere lector cogeretur.*

---

[7] **G**AII Julii Cæsaris dictatoris exordia, ut pleraque mortalium fragilia: progressus magnifici: finis præceps: adolescens haud sane fuit dives, quamvis nobilissima de stirpe. Siquidem ab ipso Romanæ urbis initio et ante urbem conditam præclarum nomenJuliae gentis invenio. Accessit ad domesticam difficultatem intempestiva mors patris! qui illo annum ætatis sextum decimum agente obiit. Cujus aliquando de nomine a meipso et ab aliis dubitatum memini. Crediturque quod ut sol stellas, sic paternum nonen filii claritas obscurasset: legendō tamen comperi (quod nescientibus prodo) patrem hujus Lucium Julium Cæsarem fuisse: sed ut revertar ad filium, accessit et quartana febris; iners tedium longæque molestiæ, et omni febre periculosius Sullæ odium dictatoris: qui civili bello victor, tam crudelis vir, tam potens jam tum Cæsarem inter adversarios numerabat, et de illo loquens sæpe his verbis et Pompeium et nobiles admonebat: *Male præcinctum puerum cavete.*

[8] Etsi enim Cæsar circa ornatum corporis multus esset, fluxe tamen cingebatur; mos illa ætate reprehensibilis: unde est illud Ciceronis; a quo dum post bellum civile quæreretur, ut quid ita in electione deerrasset, Pompeium Cæsari præferendo: *præcinctura,*

inquit, *me decepit*. His ille simul vexatus incommodis; pœne quotidie latibula permutabat, seque nonnunquam ab inquisitoribus pecunia redimebat; futurus regum dominus ac regnum: et tam diu hoc in statu fuit, donec <sup>1</sup>Mamercus Æmilius et Aurelius Cotta viri nobilissimi et affines ejus, Sullæ vero amicissimi; simulque Vestales virgines (quarum summa tunc erat auctoritas) multis ac validis precibus sibi veniam quæsierunt: ubi illud memorabile, quod cum Sulla diutius obstetisset, neque ullus <sup>2</sup>peccandi modus esset; victus ad ultimum exclamavit, vel divino instinctu vel humana tantummodo conjectura; et *vincite ait, atque habetote vobis cunctisque nobilibus hoc damnosum donum*. *Prædico autem vobis,*<sup>\*</sup> *hic, quem enixe adeo salvum vultis, optimatum partibus, quas vos mecum defendistis, quandoque erit excidio.* *Cæsari enim multi insunt Marii.* Hæc sane minutiora viri hujus his fortasse profuerint, qui laboriosam adolescentiam degunt, ne desperent vigilando ac intendendo ad altiora condescendere! dum virum principem, tantis obsessum difficultatibus prima audiverint ætate. Militavit adolescentis in Asia, Græciaque et Cilicia, fama nunc clara, nunc obscura: audita autem Sullæ morte, <sup>3</sup>iterum novandarum spe trahente, Romanum rediit: sed civili motu præter spem compresso, ne nihil ageret, Cornelium Dolabellam consularem ac triumphalem virum repetundarum accusavit. Quo judicio magnam sibi famam eloquentiæ, sed et multum quæsivit invidiæ: quam ut leniret absentia, absoluto reo, [9] rebusque undique citra vota fluentibus, in insulam Rhodum se conferre dispositus: simul ut otio operam daret ac literis, apud Apollonium <sup>4</sup>Milonem clarissimum tunc facundiæ præceptorem, sub quo Cicero ipse Romanæ princeps eloquentiæ didicisse creditur. Sed dum eo navigat a piratis captus, familiaribus omnibus, præter tres remissos ad redemptionis suæ pecuniam procurandam; mansit cum prædonibus dies circa quadraginta, non sine tristitia et indignatione gravissima. Cumque illi cum ex convictu familiaritate orta percunctarentur: quid eis si in sua potestate essent, faceret, respondebat jocanti similis se illos crucibus affixum, idque ita fore jurejurando tacito confirmabat. Cum vero comitibus ac servis Roma redeuntibus et quinquaginta talentis pro

\* Interseritur hic *qui* in editis, hoc est *quum* aut *quantum*, quod sententia respuit.

1 Lege, *Marcus*.—2 Lege, *precandi*.—3 Lege, *rerum novandarum*.—4 Lege, *Molonem*.

ejus pretio persolutis libertati redditus fuisse; classe illico conquisita illos attigit apprehenditque. In quibus jam tum secuturæ levitatis ac clementiae gustum dedit. Nam cum et sontes plectere et juramentum servare fixum esset; modum excoxitavit quo utrumque leviore suppicio completeretur. Itaque jugulari illos primum, post examines crucibus jussit affigi; nec per otium tamen publicas res neglexit. Mithridate enim Asiam infestante continentem transgressus, congregatis auxiliis, etiam præfectum regis Asia pepulit et provinciam conservavit.

His actis Romam rediit, primusque illi honos fuit tribunatus militum, in quo quidem imminutam a Sulla tribunitiam potestatem restituere summo studio natus est. Inde quæstor ulteriore sortitus Hispaniam, apud Gades in templo Herculis forte Alexandri Macedonis contemplatus imaginem, vehementer indoluit, quod cum ætate illa, quam ipse tunc ageret, Alexander in fines terræ famam sui nominis extendisset, a se nihil adhuc dignum gloria gestum esset: missionem igitur a senatu petiit, cupiens esse ubi majoris famæ materiam inveniret. [10] Romam reversus fœdo illico turbatus est somnio, visus sibi dormiens cum matre <sup>6</sup>concubere. Est hæc quidem una miseriarum humanarum: ut quamvis verum sit, quod ait Cicero, quodque de Homero scribit; <sup>7</sup>ejus plerumque ea videre dormientes de quibus sæpiissime vigilantes sint soliti cogitare et loqui: tum illud quoque verissimum est, solere se quieti <sup>8</sup>homini ingerere visiones fœdas ac turbidas et a somniante anima peregrinas, ut quod nunquam vigilantes cogitarent, et quod potius quam facerent mori optarent, consopiti <sup>9</sup>facere videantur, rejecta ad conjectiones visione. Illi, ut quorum vafrum fallaxque est artificium, extimatis credo viri moribus ac natura, consentanea interpretatione, magnalia, terrarumque orbis imperium significari somnio dixerunt, quod ea scilicet quam sibi subditam habuisset, nil esset aliud quam terra parens publica, sic, ut perhibent, ad amplissimam spem incitaverunt. Quod ego potius narro, quum sic ab aliis scriptum scio, quam quod verum credam, virum tanti animi, tantæque prudentiæ, ad immensam spem somnio inani, et nocturno fantasmate, aut omnino circulatorum <sup>10</sup>fataciunculis incitatum; ad quam implendam quanto ingenio, quantis bellicis artibus, quantis laboribus,

5 Lege, lenitatis.—6 Lege, concubere.—7 Forte, homines.—8 Forte, hominum.—9 Lege et distingue, facere videantur. Rejecta ad conjectores visione, illi, ut.—10 Forte, vaticiniolis.

quantis denique rebus aliis opus fuisse quam somnio, quis non videt? Dehinc ædilis factus est: quo tempore in suspicionem magnam venit: non semel modo, sed pluries conspirasse creditur cum viris insignibus, ut totum statum reipublicæ perturbaret. Sed nunc seu pœnitentia, seu metu, nunc morte conspiratorum effectu consilium caruisse. In ea ædilitate multa fecit ac magnifica ad ornatum urbis, quorum omnium ipse solus excluso collega populi gratiam consecutus, speransque nil sibi negatum iri, [11] tentavit extra ordinem Ægyptum provinciam adipisci, quod Alexandrini regem suum solio dejecissent: sed ab optimatibus impeditus, ut quo poterat modo se de illis vindicaret, in illorum contemtum Gaii Marii novi hominis trophyæ de Jugurtha scilicet et Cimbris ac Theutonis, quæ Sulla hostili superbia dejecerat, reparavit. Idemque dum quæstionem de sicariis exerceceret, eos qui proscriptione Sullana relatis capitibus civium Romanorum ex ærario pecunias accepissent, quamvis legi Corneliae tunc exemptos, pro sicariis duxit: quod et si adversariorum odio faceret, <sup>11</sup>in se tamen juste quidem ut arbitror faciebat: non enim potest naturæ legem lex humana evellere. Perdita spe Ægypti, pontificatum maximum petiit, non absque fluxu munerum ingenti. Ita jam tunc ambitio Romanum orbem invaserat: jam pontificatus pecunia vendebantur, minus malum quod deorum erant. Qua in re non ipse sibi sufficiens, alienum non modicum æs contraxit: quod ipsum secum extimauis, dum in campum candidatus mane descenderet, matri se deosculanti domum, inquit, *nisi pontifex non revertar.* Reversus est autem pontifex duobus clarissimis competitoribus superatis, ætate licet ac dignitate præstantibus. Inde prætor factus est: quo tempore cum Catilinæ conjuratio erupisset, et complices scelerum tenerentur; universo senatu supremum in eo supplicium decernente, solus est ausus suadere non morte illos affici expediens esse; sed publicatis bonis, per custodias municipiorum dividi ac servari: persuasissetque fortassis; tantum omnibus terroris incusserat, invidiæque eis imposterum imminentis, si tales cives contra legem Porciam permisissent, ut Decimus Sullanus consul designatus sententiam suam, quam mutare <sup>12</sup>prohibebat, interpretari non erubesceret, atque in sensum mitiorem fando reflectere. Denique alii atque alii inter <sup>13</sup>certos Ciceronis consulis frater, eloquio capti, illius in sententiam ibant:

11 Forte, ipse.— 12 Forte, pudor prohibebat. Suet. ait cap. 14. *quaæ mutare turpe erat.*—13 Lege, ceteros.

[12] poterantque sceleratissimi cives linguae unius auxilio pœnam justissimæ mortis evadere, nisi Marcus Cato vir gravissimus oratione contraria pessimam in partem inclinatos animos erexisset. Extat utraque oratio apud Crispum Sallustium temporis illius historicum. Neque tamen cœptis abstinuit, donec Romani equites ad præsidium senatus armati mortem sibi strictis mucronibus minarentur. Ita ut proximi metu pœnæ omnes effugerent, paucique eum complexu togæque simu obvolutum periculo mortis eriperent. Quo permotus non modo cœptum obmisit, sed ad tempus ipsam curiam intermisit: nec diu tamen valuit quiescere quoniam tribuniciis procellis se ingereret. Itaque Cæcilio Metello tunc tribuno plebis novis legibus et collegium tribunorum et rempublican perturbanti, non fautoreni modo se præbuit, sed auctorem: novarum ubique rerum aucupans materiam, donec ab administratione publica jussu senatus uterque prohiberetur. Neque vel sic magistratum gerere et jus reddere destitit, donec in armis esse, qui eum vicogerent parere senatui, deprehenderit. Enimvero tunc dimissis lictoribus clam discessit, statuitque tantisper pro tempore, ac rerum qualitate quiescere. Cumque certatim multi ad eum diebus proximis convenirent, ad laccositæ præsidium dignitatis opem illi atque operam offerentes; seu modestia seu diffidentia recusavit, atque effrenatus instantes sobria oratione coercuit: quæ res <sup>14</sup>ea gravior omnibus, quo ab omni opinione remotior fuit: unde est effectum, ut senatus ei per illustres viros grates ageret; et in curiam evocato, ac verbis honorificentissimis collaudato præreptum restitueret magistratum. Non multo post graviori nunc etiam suspicione laboravit: accusatus apud Nonium Nigrum quæstorem a Lucio Vectio quod fuisset inter complices Catilinæ, qua nulla major esse posset infamia. In senatu autem a Quinto Curio delatus, cui eo plus esse fidei videbatur, quo conjurationem illam ipse primus revelasset, [13] atque ob id decerni sibi de publico præmia meruisse, et hic quidem ex Catilina didicisse, alter se chirographum Cæsaris Catilinæ datum ostensurum asserebat: contumeliam hanc tantam, <sup>15</sup>tanquam acres livoris aculeos nullatenus preferendos ratus Cæsar, Ciceronem suæ innocentiae testem fecit: seque illi tunc consuli de ea ipsa conjuratione, quam loquimur, aliquid denuntiasse monstravit: atque ita confutatis adversariis, ut decretis præmiis Curius privaretur obtinuit; Vectius vero ut pignoribus captis

14 Lege, eo.—15 Lege, tamque.

direptaque suppellectili, gravi multa affectus pro rostris pâne a concione discerperetur atque in carcerem mitteretur; similique constantia et Nonium ultus est, quando quaestor apud se prætorem, majorem scilicet potestatem passus esset accusari. Adhuc prætor Hispaniam petiit, et tanta erat viri illustris inopia, ut a creditoribus profectio ejus impeditur, nisi illos datis fidejussoribus quietasset. Rebus autem illic gestis compositaque provincia festinanter, et successore non expectato ad consulatum pariter et triumphum rediit, sed cum legibus aibos simul assequi non liceret, omisso inprimis triumpho, consulatum maluit, rerum cupidus gerendarum. Comitiis quidem consularibus non collegam nactus quem volebat; obstante optimati factio, cum Marco Bibulo factus est consul. Quem exorta postmodo quæstione legis Agrariae, dissentientem foro armis ejecit, et de hoc in senatu queri ausum, nullo se ultiorem, aut saltem cognitorem injuriæ offerentem, eo pavoris impegit, ut quisvis mallet esse quam consul, totoque tempore consulatus domi metuens latitaret, et siquid decernendum esset, per edicta decerneret, et Cæsar solus rempublicam gubernaret, nenime prorsus obstante; et si quis obstetisset, non tantum minis, sed factis exterrito. In quibus Marcum Catonem tantæ virum sapientæ ac virtutis, actis obstrepatem suis, [14] manu lictoris extractum curia, mitti fecit in carcerem. Quo euntem illum senatus omnis persecutus est, non aliter quam si unius in persona omnes capti viderentur: sunt qui dicant, vestem quoque velut in luctu publico permutasse. Qua quidem tanta veneratione ac pietate, nisi fallor, injuria carceris compensata est; ut optabile fuisse videatur Catoni sic in carcerem duci, unde mox sic educeretur: siquidem <sup>16</sup>hic senatus tanta consensione Cæsarem ipsum movit; utque ait Valerius, divini animi perseverantium flexit: præter hæc Cæsar initio consulatus, sentiens contra se invidiam laborantem et consulibus a senatu provincias nullius laboris et gloriae decretas, idque in se unum fieri cogitans, et ad suam, sicut erat, injuriam trahens, quod collegam scilicet ista non tangerent, atque incensus cupiditate vindictæ; Cneum Pompeium Magnum, tunc senati infensum, quod Mithridate perdonito ad ipsius honores silentiis<sup>17</sup> habuisset, omni obsequio promereri studuit; utque solidior nexus esset Marci Crassi et Pompeii amicitiam vetusto odio interruptam ex consulatu, quem simul diffidentissime gesserant, resarcire nitus est, efficitque sollicito ac solerti

16 Forte, *hæc senatus tanta consensio Cæsarem.*—17 *Lege, silentium.*

ingenio, ut ipsi tres <sup>18</sup> qui republica unum essent; fore ratus, ut quod eis placuisset nullus infringeret: nec fecerit spes: utque amicitiam consanguinitate firmaret, filiam suam Julianam Pompeio conjugem dedit: et undique sibi adminicula coacervans, ipse Calpurniam L. Pisonis successuri sibi in consulatu filiam in matrimonium accepit: generisque ac socii suffragiis fultus, ex omnibus provinciis Gallias atque Illyricum prælegit, amplissimam seilicet opum viam atque uberrimam materiam triumphorum: non quod senatus ei Transalpinam Galliam libere daret, sed veritus ne a se negatum populus largiretur, et quod suum nollent munus <sup>19</sup>fieret alienum. Nec dum invidia quiescente, jam <sup>20</sup>provectus in provinciam, [15] accusatus ab æmulis procuravit ut absens reipublicæ causa vocari ad judicium non posset, posuitque in animum, omnes qui ad magistratus <sup>21</sup>assensuri essent, sibi amicos efficere, atque ex illo nullum adjuvare, sed pro viribus impedire, nisi qui sibi pollicerentur se ejus absentiam defensuros; ut a nonnullis hac de re jusjurandum ac chirographum non <sup>22</sup>veretur accipere. Audiens vero L. Domitium consularem candidatum qui eum prætor anno alio vexare voluerat, jactare solitum se, quod prætor nequivisset, consulem effecturum, sibique exercitum crepturum; illius consulatum impediendi viam unam meditatus, novos amicos Pompeium et Crassum ad se Lucam jure amicitiae in colloquium evocatos, induxit ut anni instantis consulatum peterent: quatenus tantis competitoribus ille succumberet; providensque in posterum, ne quid in se livor possit hostilis, illud quoque suffragatoribus tantis obtinuit, imperium a senatu sibi in quinquennium prorogari: quæ quidem et in Gallia, et in Italia, et in toto orbe magnorum motuum causa fuit. His enim ad vota fluentibus jam securior, et despexit adversarios, et legionibus novis pro arbitrio conscriptis, omne quantumlibet periculosum et grave belli genus aggressus illa gessit de quibus ipse jam hinc agere aggrediar.

Scripturus res Julii Cæsaris gestas in Galliis, primum esse mihi credidi Galliarum situm ubi res gestæ erant describere: quod a quibusdam confuse adeo factum est, ut legentis ingenium a notitia rerum arceat ipsa descriptio. Quæ res eo facilior mihi esse debet, quo regionum illarum distantissimos fines fere omnes, nunc ex

<sup>18</sup> Forte, *in.*—<sup>19</sup> Forte, *fieri.*—<sup>20</sup> Lege, *profectus.*—<sup>21</sup> Lege, *ascensuri.*—<sup>22</sup> Lege, *vereretur.*

otio et solo videndi noscendique studio, nunc ex negotio circuivi: quamvis ipsa nominum mutatio in his terris, ut in aliis fere omnibus, multum novae difficultatis et scribenti objiciat et legenti: sed emergam ut potero. [16] Gallia ergo <sup>23</sup>in omnes primis diffusa magnam Europæ partem occupat, bisariam distinguitur: et nomina a Romanis imposita vel hinc patet, quod eam partem quæ propinquior Romæ erat Cisalpinam <sup>24</sup>dicit ut, quod eis Alpes ipsi etiam essent. Illam vero quæ remotior, Transalpinam, quæ distinctio et in Hispaniis observata est, ut hanc scilicet ob causam, hæc citerier, illa autem ulterior diceretur: unde horum nominum auctores fuisse illos, qui rerum potirentur facile quidem ingeniosus lector intelligat: et Cisalpina quæ fuit olim Gallia terminosque habuit hinc Apenninum ab occidente ac meridie, illinc Alpes a Septentrione, ab oriente autem sinum maris Adriatici, fluviumque exiguum Rubiconem, qui haud procul Arimino ipsi Adriatico mari et Apenino infunduntur; quæ multis magnisque urbibus insignis, multis clara fluminibus ac lacubus per medium Pado, quem Græci Eridanum vocant, regio amne distinguitur. Hic inquam ambitus terrarum jam non Galliæ sed Italiae pars est. Transalpinam vero sive ulteriore Galliam Cosmographi et Historici varie divisorunt; quam rem, quod et apud eos satis obscura est, et ut clarior fieret, plurium indigeret verborum, transeo. Quod inter omnes convenit, et, quod verum reor, attigerim, universæ Transalpinae Galliæ fines ac spatium, fuisse in longum ab Alpibus Italiae ad Oceanum Britannicum <sup>25</sup>Pirivesque montes qui Gallos dirimunt ab Hispanis; in latum vero annibus Rheno ac Rhodano geminoque mari in quod flumina ipsa descendant, Oceano scilicet ac Tyrrheno, patuisse, at in circuitu, ut Suetonius Tranquillus ait, ad bis et tricies centena millia passuum. Ex omnibus sane divisionibus ejus ac partibus, unam Galliam Belgicam dictam constat. De eujus finibus etsi variant scriptores, hoc tenendum, habitasse Belgas Gallos ad sinistram Rheni ripam, ubi maxime ad Oceanum appropinquit, qui enim dextrum latus accolunt, jam non Galli <sup>26</sup>erant sed Germani. Incipiens ergo Belgarum regio ab Oceano, qui inter <sup>27</sup>archon et occasum Britanniae a continentibus separat, adverso fluminis alveo inter septentrionem et orientem tendebat, quibus hodie in fini-

<sup>23</sup> Videtur legendum: *quæ in omnes partes diffusa.*—<sup>24</sup> Lege, dicerent.—<sup>25</sup> Lege, Pyrenæosque.—<sup>26</sup> Forte, sunt.—<sup>27</sup> Lege, arcton et occasum Britanniam.

bis Flandria et Brabantia est atque <sup>28</sup>Pannonia, plurimæque aliæ, et regionum decus adjacentium a Marco Agrippa postmodo fundata, et conditoris sui nunc etiam nomen servans, sedet illa nobilis Agrippina Colonia. Et hos quidem cunctis Galliarum incolis tam corporum viribus, quam morum experientia atque omni bellica præstantes industria, et fuisse olim legimus et nunc scimus: ea vero tota natio paulatim, nec vetuit Rhenus, in nomen Germaniæ linguamque concessit, ut jam se Gallos dici nesciant, si audiant indignentur. Belgis proximi Helvetii fuere pari propemodum et belli gloria et virtute: horum fines ab occasu Jura mons præaltus a Sequanis discriminat, a septentrione autem Rhenus adhuc proximus fonti a Germaniis, quamvis et ii quoque, quemadmodum de Belgis diximus, in Germaniæ nomen tempore labente transierint: atque ita Galliæ Transalpinæ magnas partes sibi Germania vindicavit. Sicut totam Cisalpinam sibi vendicavit Italia: ab oriente autem claustra Alpium <sup>29</sup>per Helvetios ab Italia secernunt jugis aëriis et <sup>30</sup>nunc perpetua: a meridie Lemannus lacus et Rhodanus, qui lacum intersecat, inter eos atque Allobroges limes erat. Quorum finium, ut Julius Cæsar affirmat, milia passuum ducenta quadraginta; latitudo autem centum octuaginta patebat, et tamen prouinchorositate hominum, ac bellorum studio, angustis sibi carceribus circumscripti et clausi videbantur. Ex præmissa descriptione nisi fallor patet, horum in finibus fuisse, quos Burgundiones ab Burgis modo dicimus, ad meridionalem plagam: ad <sup>31</sup>archoam vero illam Rheni ripam, ubi Argentina nunc et illæ Basilea et Constancia urbes sedent. Cis Rhodanum Allobroges tenuere lævam amnis: ad ripam quorum, ut idem Julius Cæsar extremum proximumque Helvetiis angulum <sup>32</sup>Genua olim oppidum tenebat, nunc Gebenam civitas tenet exigua et Lemano imminens et Rhodano, ipso ibi de lacu auctiori quidem, quam intraverat, erumpenti. <sup>33</sup>Pono illic haud magnus est hodie, fueratque olim Julii Cæsaris ætate, qui a muro civitatis incipiens in finibus Helvetiorum desinit, adeo nullum gentibus inter se ea tempestate discordibus nisi adhuc parvi fluminis obicem <sup>34</sup>naturæ posuerat: sed huc postea revertar. Nunc descriptionem cœptam paucis expedio. Igitur ad occiden-

<sup>28</sup> Lege, *Hannonia*.—<sup>29</sup> Delendum illud per.—<sup>30</sup> Forte, *tectis nive perpetua*.—<sup>31</sup> Lege, *archoam*.—<sup>32</sup> *Gebenam* etiam infra nominat auctor hanc civitatem, quam tamen Cæsar semper *Gencram* appellat.—<sup>33</sup> Lege, *Pons*.—<sup>34</sup> Lege, *natura*.

tem proprius, et a Rheno longius Sequani fuere, qui nescio an fluminis patrii nomen acceperint an dederint: his ad dexteram Belgæ, Helvetii a tergo erant: ad laevam provincia Lugdunensis, ad Helvetios illa quidem pertinens: itemque Arelatensis ac Narbonensis; ante autem occidentalis Oceanus,<sup>35</sup> fluminique Garumna: cuius dexteram ad ripam<sup>36</sup> Aquitania est gens mitis et tranquilla, Bituricum; Pietavia; Petrogoricum; Cadurei; Lemovices et<sup>37</sup> Alumni: supra ipsum flumen est Tholosa ampla civitas: extra vero flumen<sup>38</sup> Vasconia gens immittis ac subita, Galliarum limites ad extremos,<sup>39</sup> Pirenium scilicet et Oceani littora extenta. Sequanorum vero ut sic dixerim in gremio Parisii fuere, et<sup>40</sup> Satanae amnis in medio parva insula que Parisiorum Lutetia dicta est: ubi ab ipso Julio Cæsare tunc fundata creditur, civitas nunc famosa Parisius; haec hactenus.

Nunc ad historiæ seriem atque Allobroges redeo: hi quidem non multo ante Cæsaris consulatum pacati, et in fidem [19] populi Romani recepti erant. Ex Gallis vero trans Rhodanum habitantibus aliqui fœderati Romanis erant,<sup>41</sup> quidem sine fœdere suis sibi legibus vivebant. Helvetiorum gens virium fiducia maximarum, simulque desiderio exæstuans Galliarum omnium imperio potiendi, Orgetorige primum duce, mox ubi ille affectatae tyramidis suspectus in carcere diem obiit, coepit nihilominus insistentes, per se ipsos, nullo duce, armis expeditis frumentoque quantum visum est itineri satis esse; quidquid reliqui erat, (tanta illos non audacia, sed rabbies invaserat) una cum ædificiis suis, vicisque et oppidis<sup>42</sup> eruerunt, ut spe reditus prærepta obstinatiores in omnem pergerent fortunam. Idque ipsum facere finitimis quibus potuerunt populis persuaserunt: sic in proximos facile serpit amentia: sic stultorum sunt periculosa colloquia. Junctis ergo copiis, conspiratione acerrima atque ardenti<sup>43</sup> irreditura patrios fines egredi parant, quasi nihil pejus patria; nihil melius exilio: sane<sup>44</sup> digressurus iter erat duplex; alterum sub montem Juram in Sequanos, arctum quidem ac difficile et hinc impendentium asperitate rupium, illinc rapidi vicinitate fluminis tanto suspectum exercitu; alterum per pontem Rhodani cuius supra mentionem feci:<sup>45</sup> quidam ab Allobrogum gente facile se vel vi vel precibus impetraturos confidebant, inde se longe lateque quo tulisset impetus effusuri. Altero

<sup>35</sup> Lege, fluminque.—<sup>36</sup> Lege, Aquitania.—<sup>37</sup> Forte, Ausci.—<sup>38</sup> Lege, Vasconia. —<sup>39</sup> Lege, Pyrenæum.—<sup>40</sup> Lege, Sequana.—<sup>41</sup> Lege, quidam.—<sup>42</sup> Puto, exusserunt.—<sup>43</sup> Lege, irredituri.—<sup>44</sup> Lege, digressuris.—<sup>45</sup> Forte, quod quidem.

igitur itinere omisso diem statuunt quo armati omnes ad Gebennam adsint, qui dies erat <sup>46</sup>ad quinto kalendas Aprilis L. Pisone, Cæsar's socero, atque Aulo <sup>47</sup>Gabino consulibus. Et <sup>48</sup>hic quidem ab Helvetiis majore animo quam consilio parabantur. Imperitabat tunc Germanis Ariovistus <sup>49</sup>quidem, vir bellicosus ac ferox, magna quidem potentiae, majorisque superbiae: qui tamen ante paucos menses in ipsius Cæsar's consulatu, [20] rex atque amicus a senatu appellatus cum populo Romano amicitiam barbaricam <sup>50</sup>contraxisset. Inciderat autem in hoc tempus <sup>51</sup>Eduos atque Alumnos, de summa rerum grave bellum; quo gerendo pars utraque stipendiarios de more Germanos adhibuit. Et primo quidem adventu non supra quindecim milia Germanorum in Gallias pretio conducti transierant: ac mox capti <sup>52</sup>suaviores cœli et uberrimos soli dulcedine quod olim in Italia fecerant, faciuntque continue, ultra alios atque alios arcessendo ingenti multitudine cuncta compleverant, erantque jam in Galliis ad centum viginti Germanorum milia. Quamobrem qui illos evocaverant Edui auxiliorum nimietate perterriti cum poenitere jam cœpisset incepiti, finibusque illos pellere tentassent, multis fracti prœliis, nobilitatem vero omuem senatumque et equitatum miserandis ac variis amiserant casibus: ac statu veteri immutato, quo prosperrimo usi olim summa inter omnes Gallos majestate floruerant, in extremas miseras delapsi facile a Sequanis Gallis, hostibus antiquis, <sup>53</sup>edomito datis obsidibus et jurejurando interposito in illorum ditionem ac pene in servitutem venerant: neque illis aut *virtus* propria, aut Romanus favor in tanta calamitate <sup>54</sup>posuerat: quamvis pridem senatus decrevisset ut quisquis provinciam Galliam obtineret quantum posset amicos populi Romani, nominatim Eduos, armorum ope protegeret. Ceterum nihilo melior Sequanorum post victoriam, quam Eduorum post ruinam conditio facta erat. Siquidem Ariovistus cum ingenti manu fines eorum ingressus lateque victor magnam soli natalis partem illis eripuerat, seque et reliquam crepturum minabatur. Jamque ob sides <sup>55</sup>nobilitas extorserat, et pro levi qualibet causa <sup>56</sup>inhumanos illos suppliciis atterebat. [21] Quibus ita se habentibus, jam tempus instabat, ut Germanis assidue Rhenum transeuntibus Galli

<sup>46</sup> Forte, *a. d. quintum*, ut apud Jul. Cæsarem.—<sup>47</sup> Lege, *Gabinio*.—<sup>48</sup> Forte, *hæc*.—<sup>49</sup> Lege, *quidam*.—<sup>50</sup> Lege, *contraxerat*.—<sup>51</sup> Videtur deesse, *inter*, et *legendum*, *inter Aeduos atque Arvernos*, vid. Cæs. de bello Gall. I. 31.—<sup>52</sup> Lege, *suavioris cœli et uberrimi*.—<sup>53</sup> Lege, *edomiti*.—<sup>54</sup> Lege, *profuerat*.—<sup>55</sup> Forte, *nobilitati*.—<sup>56</sup> Forte, *inhumanis*.

omnes aut cederent, aut perirent: hic in præsens Galliarum status erat, et imposterum timeri poterat, ne Gallis expugnatis Germani victores in provincias populi Romani transmisso Rhodani gurgite penetrarent, et proxima quæque vastantes, quod multis ante seculis fecerant, in Italiam irrumperent. Horum tamen omnium motuum nullus periculo proximior Romæque vulgatior quam Helvetiorum apparatus et dies ad Rhodani transitum publico præfixus edicto. Idque Julianum Cæsarem ut ad rem redeam celerare compulit; reputantem quanti diseriminis esset quantulacumque cunctatio, atque id præcipue recolentem qualiter gens eadem quondam L. Cassio consule obtruncato, Romanum fudisset exercitum, misissetque sub jugum. Eapropter omnibus impigerrime comparatis profectus ab urbe atque in Galliam ulteriorem mira velocitate transgressus Gebennam ad periculi locum venit, statimque provinciæ quanto maximum pati posset militum numerum imperavit. Cognito Cæsaris adventu Helvetiorum legatio ex primoribus gentis illico eum adit, orant iter per provinciam Romanam, iterque sibi nullum<sup>57</sup> adesse testantur, seque sine cujusquam damno, sine injuria transituros spondent. Cæsar etsi male meritis placere nollet et pollicitis nullam fidem haberet, atque ideo jam responsi certus esset, ne tamen exercitum itinere fatigatum seque<sup>58</sup> tamen maxime conquærendis militibus occupatum repentina hostium turbaret incursio; deliberandi spatium poposeit. Jussis legatis Idibus Aprilis ad se redire, medio tempore suorum pariter et incolarum fretus opera ab ipso lacu ad montem Juram, quem prædiximus decem<sup>59</sup> milia passuum murum, altitudinis pedum sedecim fossamque perfecit: præsidiis armatorum oportune dispositis; castellisque et propugnaculis impositis: [22] opus mirum, vix credibile, nisi a Cæsare factum esse et a claris auctoribus scriptum, mandatumque memoriæ qui ipsis rebus interfueru<sup>\*</sup> magnum<sup>60</sup> tamen nihilominus animosæ, sed incautæ gentis judicium: <sup>61</sup> provide legatis redeuntibus ad præfixum diem, negat aliquid de iis quæ peterent se facturum Cæsar: neque sibi Romano more licitum dicit per amicorum fines armatis exercitibus viam dare. Illi responsione habita se delusos ubi intellexerunt mœsti et irati per vada fluminis alia atque alia, ubi profunditas minor esset, nunc pedibus nunc junctis navigiis, et sæpe per tenebras aditum tentaverunt: <sup>62</sup> his comatus tamen frustra fuit,

<sup>57</sup> Forte, *aliquid esse.* — <sup>58</sup> Forte, *tum maxime.* — <sup>59</sup> Lege, *milium.* — <sup>60</sup> Sic infra, *tamen nihilominus.* — <sup>61</sup> Forte, *proinde.* — <sup>62</sup> Forte, *hic.*

Romanis omni tempore ac loco ad resistantiam paratis : hac necessitate ad iter aliud, quod inter consilia prima damnaverant, redire compulsi sunt ; quod quoniam Sequanis nolentibus periculosisimum sciebant, primo illos precibus nequidquam experti, Dommorigis ad auxilium confugiunt: ut per illum quod per se nequeunt assequantur. Is <sup>63</sup> Edui pollens, vir magnanimus, et <sup>64</sup> uterque genti amicus erat et crescendi cupidine inflammatus et <sup>65</sup> mediocribus insuetus curis <sup>66</sup> multorum gentium gratiam studio quærebat. <sup>67</sup> Cupidine ergo se pro Helvetiis apud Sequanos interponens transitum impetrat : ultio citroque datis obsidibus ne transire <sup>68</sup> prohibebant, hinc ne vocavit transeundo. Hæc cum Cæsari innotuissent veritus hostium transitum multa gravia sociis illaturum, neque sat paucitati suæ fidens, neque quod intendebat per nuncios fieri posse sperans, consilium capit ex tempore. Dumque Helvetii in consiliis tempus trahunt, ipse <sup>69</sup> dimisso ad Gebennam ad munitiones quas fecerat ; quanta poterat celeritate in Italiam reddit : raptimque ibi conscriptis [23] duabus legionibus subnixus, brevissima per medias Alpes via in ulteriore Galliam pari celeritate revertitur, dumque per arbuta <sup>70</sup> montium conseedit ab Alpinis gentibus iter ex alto prohibere volentibus multis locis excipitur; multisque parvis quidem prœliis ubique victor nusquam vel prælio vel victoria retardatus intra paucos dies in Allobroges perveniens mox cum toto Rhodanum transit exercitu. Illic castra habentem Ambarorum Eduorumque legationes adeunt fatum patriæ miserantes <sup>71</sup> suæ fortunæ, quo sint in statu edocent: transisse per Sequanorum fines Helvetiorum rabiem, et in suos effusam fines; omnia vastare, agros jam colonis vacuos, ægre opida defendi, nihil spei esse nisi in Cæsare. Siquidem de populo Romano bene meruissent ut afflictis opem ferat mœsti orant. Idem et Allobroges qui vicina locorum, trans Rhodanum terras, <sup>72</sup> humerant et queruntur et flagitant. Quibus vocibus motus Cæsar nilque differendum ratus cito agmine hostes insequitur. It per Eduorum ac Sequanorum fines fluvius tanta laticum segnitie ut quoniam perget vix dignosci queat: sed stagno <sup>73</sup> simul quiescit, antiquo nomine Arar, novo autem <sup>74</sup> Sona: hic

<sup>63</sup> Forte, in *Æduis*.—<sup>64</sup> Lege, utrique.—<sup>65</sup> Forte, haut mediocribus.—<sup>66</sup> Lege, multarum.—<sup>67</sup> Forte, Cupide ergo se.—<sup>68</sup> Forte, prohibeant, hinc ne vocant.—<sup>69</sup> Forte, *T. Labieno missus*, vide Cæs. *Bell. Gall.* 1. 10.—<sup>70</sup> Forte, *per ardua*.—<sup>71</sup> Lege, suaque.—<sup>72</sup> Forte, *habitant*.—<sup>73</sup> Forte, *similis*.—<sup>74</sup> Lege, *Saona*.

Lugdunensem coloniam egressus ibi ante civitatis muros Rhodano miscetur tam veloci anni quam ipse lentus: hunc ratibus Helvetii transibant: quos dum transitu in ipso nocte supervenientis oppresisset, tribus copiarum partibus transvectis, quarta substiterat mane proxima transitura: atque ita fortuna disponente contigerat, ut haec esset illa pars Helvetiorum, quae multos ante annos consule, de quo diximus, imperfecto, exercitu sub jugum misso, cladem populo Romano gravem atque ignominiam inflixerant, in qua unus ex multis legatus consul L. Piso ceciderat ejus Pisonis avus qui nunc consul, ac Cæsar's sacer erat. Eo latior Cæsar oblata occasione et privatas simul et publicas injurias ulciscendi, cum tribus tantum [24] legionibus intempesta sub nocte castris egreditur atque ad transitum occupatos et nil tale metuentes aggressus insigni strage delevit, paucis silvas in proximas fugæ præsidio delapsis. His actis Cæsar nihil substitit, sed confestim properato ponte flumen transiit, eodem torrente fortunæ reliquas hostium copias oppressurus. Quo transitu turbati hostes, eo maxime, quod ardorem animi stupebant, qui uno die transisset, in quo ipsi diebus viginti frustra desudaverant, illico legatos ad eum dirigunt, quorum princeps fuit Divico ingentis apud suos famæ vir. Et qui clade illa Cassiana dux contra Romanos belli fuerat. Is, credo, qui Cæsarem nondum nosset, fecit verba pacifica, sed comminationibus <sup>75</sup>interjecta in hanc sententiam. 'Si pacem cum Helvetiis Romani vellent, paratos imperio <sup>76</sup>parare. Si autem bellum mallent, decere eum meminisse, et Romanæ calamitatis et virtutis Helvetiæ eis ante alios cognitæ et expertæ: iterum atque iterum præcaveret, ne quod sibi tale contingere, quale olim suis majoribus accidisset: neque vero spem Romanis in eo magnam esse debere, quod Helvetiorum unam partem incautam et a suis indefensam noctu per insidias fudissent: non fraude etenim, sed aperta vi solitos se pugnare. Proinde si collatis signis in acie ventum esset, videret ne recenti ipse etiam clade locum alterum insigniret, et antiquæ historiæ novam adderet. \*Cassii memoriam, si sibi videatur, illis in finibus satis esse.' Ad haec Cæsar 'se et Romanos illius cladis meinuisse' respondit, 'eoque magis ingemiscere, quo nulla prorsus in Helvetios Romanorum injuria processisset: facile declinandum si ullius offendæ sibi concii fuissent: non timuisse quidem Cassium

75 Forte, interjectis.—76 Lege, parere.

nec cavisse, quod nullæ causæ timendi cavendique essent; et timere sine causa nec viri fortis<sup>77</sup> esset ne Romani. Securam ergo et incautum opprimere<sup>78</sup> ne operosum facinus fuisse, nec adeo gloriosum, ut eis forsitan videatur: desinerent igitur gloriari cogitantes longam sæpe multis impunitatem scelerum deos dare; quo acierius post [25] prosperitatis excusum<sup>79</sup> torquent rerum inexpectata mutatio, et quo senior eo amarior sit vindicta. Ceterum ut veterum offensarum esse possit oblivio, recentium non posse, quibus nuper socios Romanorum affecerint, nisi nova itidem satisfactione deleantur, quodque iis servandis obsides dent.' Ad ea legatus, 'Helvetios a majoribus suis obsides non dare, sed accipere didicisse' respondit; 'ejus se rei testes nolle alios, quam Romanos:' sic infecto pacis negotio digressi die proximo utrinque castra<sup>80</sup> Cæsar ad explorandas vias quatuor milia equitum Gallicorum quos ab Eduis eorumque auxiliaribus contraxerat, anteire jubet, forte quod itinerum peritiiores essent. Illi autem inconsulte progressi iniquisque locis cum hoste congressi plures a paucioribus victi sunt, quo successu tumentes Helvetii contemnere, insultare, velle quamprimum committere rem fortunæ: Cæsar vero tempus trahere ac differre. Ita quindecim spatio dierum parva tellure separantur, et pene semper in conspectu, mutuo prælio tamen abstinuerunt. At quocumque hostis pedem protulisset, vestigiis Cæsar instabat, contentus in præsens metu illos a<sup>81</sup> prædonibus arcuisse. In hoc rerum statu quærenti Cæsari apud magistratus ac principes Eduorum, qui se comitabantur, de eo, quod frumenta promissa non mitterent, seque in eo bello destituerent Edui, quod eorum maxime suscepisset horatatu: certis indiciis notum fit, Domorigem Eduum, cuius et potentia et audacia par et apud suos gratia ingens erat, omnibus consiliis atque omni studio callidis orationibus Eduorum animos a Romanis avertere, asserentem, Romanos, si Helvetios vicerint, non illic bellandi finem facturos esse, nempe Galliae, imo orbis ad imperium anhelantes: proinde si penitus serviendum sit, multo æquius Eduos suæ jugum gentis laturos esse, quam externæ. His atque [26] horum similibus ne frumentum exercitui et necessaria quælibet in tempore convectet obstare: quin etiam Helvetios illius precibus per fines Sequanorum negatum primo iter obtinuisse, clademque

. 77 Lege, nec viri fortis esse, nec Romani.—78 Forte, nec operosum.—79 Lege, torquet.—80 Lege, utringue castra moveret.—81 Forte, prædando.

ejus opera nuper acceptam esse, quod ipse qui præfuisset Eduorum equitatu, simulato metu primus fugiens cæteros fugere docuisse. Is erat Domnorix junior frater Divitiaci, qui tunc apud Eduos, collega Lisco, summae rerum præerat. <sup>82</sup> Cujus ne erga Romanos ac Cæsarem spectatissima fides erat. Ac Domnorix multum a fratre diversus occulto Romanorum odio atque Helvetiorum studio æstuabat. Nam et illorum de gente nobilissimo ortam loco conjugem habebat, adhæc magnas amicitias et finitimarum gentium favorem, domi quoque de vectigalibus publicis, in quibus se illi licitando opponere nullus auderet, ad immensas dñitias prouum iter: his quoque omnibus spem non ad altum modo, sed ad summum gradum regnique fastigium ostendi: quæ cuncta sibi frivola atque alio recasura Romano sub imperio providebat: super omnia Romanorum judicio se fratri posthabitum indignabatur ac dolebat. Et Romanorum Cæsarisque præsentiam oderat atque potentiam vehementer horrebat. Quibus rebus Cæsar cognitis justa commotus iracundia primo quidem de ipsius supplicio cogitavit. Ad hoc enim singula animum inclinabant, et nihil in rebus erat ambigui: unum omnibus his obstabat amor fratris: hinc <sup>83</sup> recenter distulit, ne minus apud eum videretur majoris fratris fides, quam minoris perfidia valuisse. Divitiaco igitur evocato totam fraternæ nequitiae pandit historiam, petit ut vel ipse in eum animadvertat, vel si pietas justitiam remoratur, per populum animadverti velit. Ille lacrymis manans, neque excusans fratris insaniam, sed accusans non in alios tantum, sed in se. Quem cum natura conjunctissimum fecisset, beneficia vere conjunctiorem facere debuissent, qui sub se non ut frater, sed ut filius crevisset, [27] et omni suo incremento non auctoris in damnum modo, sed pene in perniciem usus esset: nec præter ea quidquam negans omnium quæ a Cæsare dicerentur, quo confessus veniam facilius inveniret: sed nota sibi dicens omnia seque ex his dolorem, quantus ulla de re capi unquam posset, et capere et cepisse: tandem <sup>84</sup> singulares obsecrabat, ut fratrem sibi qualitercumque meritum condonaret, eo præsertim, quo publice erga se cognito Cæsaris affectu, siquid in eum statueretur asperius, <sup>85</sup> nulli in animum veniret sine ipsius conscientia factum esse: quæ suspicio omnium populos Galliarum sibi vehementer

82 Lege, *cujusque*.—83 Sententia loci postulat *supplicium*, aut *vindictam*, aut tale quid.—84 Lege, *singulariter*.—85 Videtur legendum, *nulli non in animum veniret, sine ipsius conscientia non factum esse*: vide Cæs. i. 20.

alienaret, victus amici lacrymis Cæsar, arrepta ejus dextera trepidum mestumque consolans Domnorigem arecessit: et præsente fratre quod egerit, quod molitus sit, <sup>86</sup>omnis conatus ejus se posse profitetur: indicia exponit, scelus aggravat, perfidiam detectatur: quid ille sit meritus: qui t ipse de illo in animo <sup>87</sup>habet, clare edocet: ad postremum omnia se non sibi, sed germano ejus remisso: horari ut deinceps se non culpa tantum, sed suspicionibus liberum præservaret. Sie admonitum submissis tacite, qui omnes viri gressus, et non modo actus sed verba <sup>88</sup>et etiam observarent, dimisit. Sub hæc nuntiatur hostes ad radicem proximi montis octo milia passuum a Romanis castris abesse. Cæsar præmissis, qui montis aditum explorarent, ubi facilem accepit, Titum Labienum unum ex dueibus suis cum parte copiarum noctu castris emittit, et montis verticem occupare jubet, nec prius descendere quam ipse in hostes impetum fecisset: paret ille, et cum jam summa prehendisset, Cæsarque ipse paulo post secutus non nisi mille quingentos passus distaret ab hostibus, nec ab illis, aut de Cæsare aut de Labieno, sicut postea ex captivis cognitum est, [28] <sup>89</sup>aliud sentiretur, Considius præmissus a Cæsare, vir qui longo bellorum usu rei militaris doctissimus credebatur, ut qui diu sub Marco Crasso, et Lucio Sulla militasset, mirum qua consternatione animi, quoque errore Romanos ascendentis procul aspiciens, hostes ratus, equo calcaribus adacto regressus ad Cæsarem, Helvetios montem præoccupasse denuntiat. Substitit Cæsar: ipse etiam Labienus Cæsarei non immemor præcepti se continuuit. Sic vano nuntio, mane illo rei ingentis occasio prætermissa est: ad multum diei, cum digressis hostibus se delusum Cæsar intelligeret, more solito insecurus haud procul ab eis castra metatus insedit. Die autem tertia cum Cæsar inopia frumenti, cui præcipuam causam Domnorigem dedisse constabat, ab inseundo desistens aliorum pergeret; Helvetii, seu <sup>90</sup>pridicinæ memores <sup>91</sup>tarditatisque Romani ne de altioribus quidem locis se invadere fuissent ausi, quod errore contigerat, metu factum, eo lemque nunc pugnae metu discedere illos rati; seu <sup>92</sup>frumentum ituros aversuri; magnis gressibus insequuntur. Quod ubi Cæsar agnovit, in vicinum collem omnes copias sarcinasque omnes contrahit: sic ut totus collis a summo ad imum impedimentis et hominibus tegere-

<sup>86</sup> Forte, omnes conatus ejus se nosse.—<sup>87</sup> Lege, habeat.—<sup>88</sup> Lege, ejus.—<sup>89</sup> Lege, quicquam sentiretur.—<sup>90</sup> Forte, pridiana.—<sup>91</sup> Lege, tarditatis, quod.—<sup>92</sup> Forte, frumentatum, aut frumentum petituros,

tur, ipse acie instructa, equis autem omnibus non dimissis modo,  
sed e conspectu abductis, ut fugae spes crepta<sup>93</sup> spesque par peri-  
culi oculis objecta pares animos darent: pedes ipse cum legionibus  
in hostem ruit, pedestrique cum equitatu praelium atrox cruentum-  
que<sup>94</sup> inseritur: ab hora lucis septima ad multum noctis variis licet  
eventibus dubio Marte certatum est. Romanorum tandem impetu  
ac vulneribus fatigati Helvetii, primo pedetentim retrocedere, mox  
et terga vertere, ad extrellum magna strage deleti sunt. Impedi-  
menta eorum simul et castra capiuntur, pars nocturna fuga elapsi,  
irrequieti et insomnes ad centum triginta milia superstitione quarto  
[29] die in Lingones pervenere. Cæsarem, ne eos e vestigio se-  
queretur, sauciorum cura et cæsorum sepultura detinuit: præmisit  
tamen qui Lingonibus nuntiarent, si Helvetios frumento aut ope  
aliqua adjuvissent eos quoque se pro hostibus habiturum. Ipse  
tamen nihilominus post triduum insequitur. Helvetii bello victi,  
rerum insuper omnium accedente penuria, dditionem per legatos  
<sup>95</sup>extulerunt: ad sex milia ex iis fugam in Germania meditantes,  
Cæsar ex ipso retraxit itinere, proque hostibus habuit reliqui flentes  
ac supplicantes misericordiam consecuti sunt, traditis armis et  
obsidibus et profugis restitutis: præceptumque eis a Cæsare ut  
incensos viros atque oppida reformarent: ne forte Germani vicinia  
locorum freti desertas terras invaderent ac tenerent: ita cum Helve-  
tiis tam superba gente tamque indomita uno quidem, sed ingenti  
prælio debellatum est: illud inter multa memorabile, quod in castris  
inventæ sunt tabulæ, quibus Helvetiorum numerus cæterarumque  
gentium, quæ auxilio illis exierant, literis Græcis inscriptus erat.  
Fuerunt autem omnis generis hominum capita trecenta sexaginta  
octo milia: quo comperto Cæsar, Helvetiis in potestatem redactis,  
lustrum condi fecit, in quo capita non nisi centum decem milia  
sunt inventa: unde facile numerus colligitur, vel cæsorum vel in  
bello consumtorum, simulque illud appareat, ex iis qui noctu e  
prælio fugere, præter illa sex milia, quæ ad Cæsarem ex itinere  
retracta memoravimus, quatuordecim milia vel vulneribus, vel lassi-  
tudine, vel aliis, quos bellum fert, casibus perisse. Haec<sup>95</sup> in Gallis  
prima Cæsaris nacta Victoria est, quæ non Romanis ipsis, quam  
Gallis fere omnibus lætior fuit ac gratior, quibus Helvetiorum po-  
tentia dominandi libido invisa pariter ac suspecta erat. Fermie

93 Lege, conseritur.—94 Forte, obtulerunt.—95 Forte, in Galliis.

igitur ex omnibus Galliarum urbibus legationes principum gratulantes ad Cæsarem veniunt.

His peractis dies totius Galliae consilio, [30] legatis petentibus, Cæsare permittente, præfigitur. Is cum venisset primores Gallicorum revertuntur, petitoque et concesso secretiore colloquio, gementes ac moerore nimio perfusi ad pedes Cæsaris procubuere cuncti: præfatique sunt se de rebus actuosis, quæ si qua vel temui rimula in publicum erupissent, mortem eis atque ultimum excidium allaturæ essent: data fide silentii Divitiacus in loquendo partes omnium executus, Ariovisti insolens et immane jugum atque abjectum et fleabilem Galliarum statum verbis multis miserabilibus deploavit. ‘Unum se ex omnibus dictitans, nec jurejurando nec obsidibus obstrictum, et olim Romam ad senatus præsidium confugisse; et nunc pro omnibus coram Romano Imperatore liberius loqui. Denique nihil eis præter Cæsarem ac Romanos spei reliquum: qua si destituerentur; quod Helvetii cœperint, Gallis omnibus imitandum, ut desertis laribus patriis, quo cumque illos sua sors tulerit evadant, nullam enim fortunam non jugo Germanico præferendam.’ His ad finem peroratis, et statu Galliarum pluribus verbis exposito, quæ non repeto, quia superius attigi, certum se esse ait, quod si hoc ullo modo ad Ariovisti notitiam perferatur, de omnibus, quos haberet, obsidibus inhumanum ille supplicium sit sumpturnus, et opem se igitur rebus adversis, et verbis necessitate ultima expressit fidum silentium implorare. Quæ cum dixisset cæteri omnes afluxi certatim verbis, at mitibus, misericordiam atque auxilium Romani Imperatoris exposecunt. Cunctis autem obsecrantibus, soli Sequani moesto silentio defixos in terram oculos servabant. Quod admirans Cæsar, cum quid rei, quæ silentio causa esset ex his iterum atque iterum quæsivisset, ipsi vero ne hiscere quidem ausi in eadem moestitia ac taciturnitate persistarent, respondens Divitiacus pro eis: ‘Scito,’ ait, ‘Cæsar miserorum omnium hos esse miserrimos, quod Ariovistum alii juxta, hi autem intra suos fines quasi venenum in suis visceribus habeant: his denique libertatem fortunasque omnes funditus excidisse: [31] et quæ aliis pateat, his solis adeundi te spem ademptam: occupatis enim opidis præclusisque tramitibus, ceu quibusdam compedibus convictos esse: et se transferre volentibus, non aliter quam carcerum effractoribus, præsto esse tortores. Jure ergo ubicunque sint cruentam tyranni crudelis imaginem ante

oculos habere, semperque cervicibus impendentem credere: ob eamque nunc causam cunctis lamentantibus solos obmutuisse.' Miseratus Cæsar miserrimos Galliarum stratos animos leviter erigit, promittens se de illorum calamitatibus curaturum: et sperare Ario-vistum, hinc Romani nominis majestate, hinc privatis suis in eum meritis sponte temperaturum ab injuriis. Soluto concilio, et legatis reversis ad propria, Cæsarem super auditis attentius cogitantem, multa quidem ad suscipiendum miserorum patrocinium impellebant: sed imprimis consideratio Eduorum, quos non amicos modo, sed consanguineos et fratres a senatu totiens appellatos sub servitio Germanorum cernere et sibi et populo Romano ignominiosissimum extimabat. Accedebat illa quoque cogitatio, quod Germanos passim ac temere in Gallias effundi, non modo cum Gallorum pernicie, sed non sine periculo Romani imperii videbatur: cum præsertim Ario-vistus et natura <sup>96</sup>superbet et successibus timens supraque hominem elatus nihil non ausurus appareret. Quibus ex causis visum est factu optimum legatos ad eum mittere, qui nuntiarent, habere secum Cæsarem de reipublicæ statu magnisque de rebus colloqui: loci ad id ac temporis oportuni <sup>97</sup>electione regis esse: huic tam modestæ legationi insolentissimum ille responsum reddidit. 'Et quis' inquit 'est Cæsar, aut quid mihi commune cum Cæsare? ego si Cæsaris egerem ad eum venire: ipse si mei eget ad me veniat. Evidem in possessionem Cæsaris neque pedem positurus sine exercitu, neque exercitum eo facile perducturus sum. Proinde fateor me mirari, quid ad Cæsarem nostra Germania. Numquid ego rebus me Romanis immisceo? aut quæ causa in fines Galliarum, [32] quas mihi belli jure quæsitas scirent, Cæsarem et Romana signa pertraxerit.' Hoc responso accepto Cæsar legatos ad eundem remittit, qui hæc referant. 'Quando ipse et privatim Cæsar, et publice Senatus et populi Romani beneficiorum immemor, nihil sibi cum illis judicans commune, cum tamen inter amicos cuncta soleant esse communia, tam superbe Romani imperatoris et amici sui colloquium recusaret; se quod sibi dicturus fuerat hæc mandare: Ne scilicet ullam Germanorum novam manum transferret in Gallias: Eduis amicis populi Romani eorumque sociis obsides restitueret, bello imposterum atque injuriis <sup>98</sup>temeraret. Si hæc

96 Lege, *superbus et successibus tumens*.—97 Lege, *electionem*.—98 Lege, *temperaret*.

faeceret posse amicitiam inter eum Romanosque consistere. Alioquin quoniam ita Senatus consulto cautum esset, non se posse sociorum injurias negligere? huic legationi nil placatius respondens Arioventus, ‘numquam se Romanis imperitandi legem præscripsisse’ ait. ‘Non ergo æquum esse sibi leges a Romanis statui: et suo jure suoque illos arbitrio belli parta moderari: et ipse cur non suo jure uti possit in victos? Jura hæc esse bellorum æqua gentibus omnibus. Quid ad injurias spectet, non se bellum Eduis sine causa, hoc est si imperio pareant, illaturum, obsides <sup>99</sup>miserrime redditum. Sin imperium detrectent re ipsa probaturos, quid de tam longinquò in illis proposita Romana fraternitas?’ Postremo ‘communione Cæsarea nihil se moveri: nullam gentem ad eum diem secum sine suo discrimine concurrisse: facturum se Cæsari ac Romanis quotiens vellent pugnae copiam, ostensurum, quid indomiti Germani inter arma geniti et nutriti, humi ad imbrex et ad solem jacere soliti, qui jam multis annis sub tecto non fuerint, contra omnem gentem bello valeant.’ His intentum Cæsarem Eduorum et Trevirorum uno tempore legationes advenerunt. Edui fines suos vastari novis populis e Germania nuper in Gallias transvectis querebantur. Treviri infinitam multitudinem Suevorum ad Rheni ripas duorum fratrum imperio pervenisse nuntiabant transitumque moliri. [33] His rumoribus Cæsar expperctus ne conjungendi copias daret hostibus spatium, expeditissime dispositis quæ in rem erant, festinanti agmine in Arioustum proficiscitur: jam tridui iter exegerat <sup>100</sup>dum egressum illum finibus ad nobile Sequanorum opidum Vesuncionem occupandum ingenti cum exercitu properare comperit. Quod summo sibi studio prohibendum ratus erat, cum locus et fluminis ambitu, et ubi flumen eum deserit, montana arce validissimus; insuper et rerum copia bellis aptissimus: flectit iter, et noctes diebus interserens, maximis itineribus Vesuncionem ante regis adventum pervenit, opidum introgressus præsidii oportuni firmat. Hic vero exercitum Romanum incredibilis rumor, tremorque ‘persuaserat, initium trahens a quibusdam, qui, ut fit, Cæsarem non nisi amicitiae jure prosecuti, belloque inexperti, atque ideo ad omnia trepidantes, Gallos præcipue mercatores de statu hostium assidue inquirebant: auditaque mole corporum, ac virtute et experientia Germanorum, quotiensque cum his Gallorum exercitus concurrisserent, conspectum eorum tollerare nequivisse, ingentem

formidinem mente conceperant, territique alios terrebant. Jamque velut contagione quadam totis castris effuso metu, alii simulatis causis necessariæ profectionis missionem flagitabant, alios pudor solus continebat, sed tristitia oris et interdum lachrymis metum <sup>2</sup>concordiamque testantibus: et jam vulgi trepidatio ab <sup>3</sup>inhabitibus ad egregios viros serpens centurionum quoque et militum fortissimos animos attigerat: et quos fateri metum verecundia non sinebat, non se hostem formidare, sed angustias silvestrium locorum, perplexumque durius iter, et difficultatem commeatum, dicebant. Hæc ad Cæsarem cum relata essent, non ignarus quantum in animis hominum falsa etiam possit opinio, quamprimum hos terrores executere instituit, priusquam in consternationem pestiferam coalescant: [34] præcipueque illud inter cetera ferebatur; obtorpuisse adeo omnes metu, ut si forte in aciem velit educere, neque signifer neque miles imperia excepturus sit. Convocatis ergo ad concionem castris, orationem habuit plenam animosis exhortationibus, acerimisque reprehensionibus. ‘Quod temerarie ac superbe consiliis se suis ingererent: non enim militum esse sed ducis meditari et providere quibus viis exercitum ducat; quibus artibus regat: quæ quoniam sibi provisa sint omnia, frustra eos vanis ac ridiculis terroribus quat. Non milites ducem ducere, sed sequi oportere qua jussi sint: fidere quidem se, non commissurum Arioivistum, <sup>4</sup>ut amico hostis fiat populi Romani. Esto autem, male sana mens præcipitem oblitumque sui ageret: non se tamen intelligere, cur hos tantos sibi fingerent pavores, aut de sui providentia, aut de propria virtute diffiderent, aut minus de se sperarent, <sup>5</sup>tali viro et certe nobili saltem ac <sup>6</sup>quod de Gajo <sup>6</sup>Marco rustico Arpinate sperassent patres eorum, qui <sup>7</sup>Thetonicos ac Cimbros, duobus cruentissimis et post hominum memoriam maximis proliis delessent: neque vero desperandum vinci posse Germanos, qui, ut Romanæ de eis victoriæ tacerent, sæpe ab ipsis Helvetiis nunc Romano subditis imperio victi essent: et si quando contrarium evenisset, non militum virtute, sed Arioisti consilio gestum esse, qui cum se suumque exercitum multos menses palustribus tenuisset, jam de prælio desperantes ac dispersos aggressus inopino fudisset incursu:

<sup>2</sup> Forte, recordiamque.—<sup>3</sup> Forte, *inhabitibus*.—<sup>4</sup> Lege, *ut ex amico*.—<sup>5</sup> Suspecta verba: *tali viro et certe nobili saltem ac*.—<sup>6</sup> Lege, *Mario*.—<sup>7</sup> Lege, *Teutonicos*.

proinde nil sibi ac suis ad victoriam deesse, Romana modo constantia non desit. Nam qui degeneris causas metus in frumenti penuriam vertant, rursus arroganter facere, qui se curis sui ducis immisceant: sibi utique jam provisum quibus a populis frumenta suppeditentur: et præterea jam in campis frumenta maturescere. Denique nec <sup>8</sup>famam, nec errorem viæ, quam prætendant quidam; nec omnino aliquid obstare, tantum non obstet ignavia: <sup>9</sup>minime Romanum malum. [35] Quod vero signa illos non secuturos audierit; non <sup>10</sup>cedere: non id enim nisi vel adversa fortuna, quæ longe ad eum diem abesset ab eorum signis; vel avaritia vel scelere aliquo solere contingere, quæ de illis suspicari nullo modo possit. Experturam tamen se quamprimum, quod alioquin <sup>11</sup>delaturus fuerit; an Romanis metus in mentibus nova pestis; an virtus solita pudorque plus possint: edicere igitur jam hinc se, ut nocte proxima vasa colligant, castraque moveant: idque illos se sperare facturos alacriter atque enixe. Si spes eum falleret, nec euntem in bellum quisquam alias sequeretur, iturum se tamen sola cum decima legione, de cuius fide nulla sibi esset hæsitatio; et hanc sibi prætoriam cohortem fore.' Mirum unius viri virtus ac facundia quantum <sup>12</sup>poscit in perplurimos; quanta his horumque similibus, et quam repentina mutatio animorum, quantus ex algenti metu fervor audaciæ; quanta totis castris alacritas. Nominatim decima legio per tribunos sibi gratias egit, tali sui ducis honestata judicio: reliquæ omnes imperatori offenso verbis ac rebus satisfacere studuerunt, ad bellum et imperia cuncta promtissimæ. Cæsar per Divitiacum, cui plurimum fidebat, itinere præparato, nocte castra movit; ut quod iratus edixerat, placatus impleret, et ambitis quinquaginta passuum milibus, <sup>13</sup>qua planius pergeretur; continuo itinere dierum septem hosti tam proximus factus, ut inter amborum castra non nisi quatuor et viginti milia passuum interessent, constitit. Quod ubi Ariovistus agnovit, seu animi mutatione aliqua, seu metu forsitan; accidit enim nonnunquam in bello, ut pars una vehementer alteram timens, non minus ab altera timeatur: Cæterum quacunque motus ex causa, legatos misit ad Cæsarem, colloquio se paratum offerens, quod <sup>14</sup>pervicinitas sibi facilius fecisset ac tutius. Non recusavit Cæsar, neque despexit

<sup>8</sup> Lege, *famem*.—<sup>9</sup> Lege, *minime*.—<sup>10</sup> Lege, *credere*.—<sup>11</sup> Lege, *dilaturus*.  
—<sup>12</sup> Lege, *possit inter plurimos*.—<sup>13</sup> Lege, *quo*.—<sup>14</sup> Lege, *vicinitas*.

oblationem: neque aliter quam in partem optimam interpretatus est, ad mentem se saniorem rediisse; [36] suisque et reipublicæ beneficiis obstrictum, coactumque petitionis æquitate, cuncta deliberantem, cœpta duritie desitum: colloquio dies quintus constitutur. Oravit tamen Ariovistus ne quos secum pedites Cæsar adduceret: alioquin non se ad diem colloquii venturum, timere enim se ab illis insidias. Noluit Cæsar hac de causa rem quam putabat utilem impediri: sed decimam legionem, dum ad colloquium iret, Gallorum qui in castris erant equis imposuit, ut equitum specie falleret pedites metuentem: et ipse, si res posceret, fidissimo omnium præsidio uti posset. Qua in re jocatum unum ex peditibus non ineleganter accepimus: ‘plus,’ inquit, ‘Cæsar præstat quam promisit. Dixit enim se decimam legionem loco cohortis prætoriae habiturum.’<sup>15</sup> Ecce equites nos facit. Erat exiguis tumulus planitiei ingentis in medio, locus apparatus, ab utrisque castris æquo spatio semotus: legio Cæsaris equis imposita ducentis passibus, pari itidem intervallo Ariovisti equitatus astiterat. Orationis Cæsareæ prima pars fuit ‘commemoratio beneficiorum Senatus erga illum, quod regem eum, quod amicum dixisset, quod amplissimis muneribus honorasset, quæ eo gratiora esse debuerant, quo et in alias rariora, et in ipsum gratis absque ipsius collata essent meritis et absque notitia: idque sibi cum Senatus eximia liberalitate, cum’<sup>16</sup> tamen ipsius Cæsaris efficaci opera contigisse.’ Secunda pars ‘de Eduorum cum Romanis antiqua necessitudine, propter quam non modo possent salva honestate destitui, præsertim cum ante Romanam quoque amicitiam totius Galliae principatum sine lite possederint. Solere autem Romanos amicorum fortunas non tantum defendere sed augere. Eduos ergo florentissimo in statu suo Romanam amicitiam consecutos: sub eadem postea, principatum servitio, prosperitatem calamitatibus permutasse, qua fronte quove animo tollerari posse?’ Finis fuit, ‘at peteret eadem ipsa, quæ legatorum ore petierat: bello in Eduos atque injuriis abstineret, obsides redderet, Germanos si emittere forsitan non posset; at saltem ne alios in Gallias transportaret.’ Barbarus ad ingenium reversus, [37]<sup>17</sup> plenæ superbiae jactantiæque responsum reddidit. Et primo quidem virtutes ipse et res suas multis extulit. Quod ad transitum in Gallias

15 Lege, *Ecce.*—16 Videtur tamen delendum.—17 Lege, *plenum.*

attineret, transisse quidem non sponte, sed coactum precibus Gallorum. ‘Et noli,’ inquit, ‘o Cæsar, opinari, sine magna præmiorum spe, et promissis ingentibus, me propinquos et patriam reliquise: habeo ego sedes in Gallia, habeo et obsides et tributa. Nihil horum vi, sed Gallorum omnia voluntate, præter tributa, quæ jure belli victis imposui: quod non ego quidem bellum illis, sed ipsi primum intulerunt: omnes simul Galliæ populi in me arma movere, quos ego omnes uno prælio vici: si deceptos se vel insidiis circumventos dicant, non recuso pugnare iterum, certaque victoram in ambigua fortunæ lance reponere: sin pacem bello præferunt; cur non tributa persolvant, quæ pro pace convenerint, et hactenus sine contradictione persolverunt. Quod de multitudine Germanorum dieis, hanc in Gallias non eujusquam injuriæ, sed meæ defensionis gratia traduco. Idque vel hinc patet, quod rogatus veni, bellumque non intuli, sed repuli: anicitiam sane populi Romani ut decori et præsidio mihi esset appetii. Si mihi <sup>18</sup> contrarium verterit, cupidius etiam illam abjiciam quam assumpsi: vergit autem in contrarium si mihi jus meum longo usu præscriptum, sedes, obsides, ac tributa subtrahitis. Adde quod prius ego, quam tu in Gallias veni: ut mirer quid tibi negotii in provincia mea sit. Sunt ut vobis, sic et mihi fines <sup>19</sup> quidem; et sicut inique agerem vestros irrumpendo; sic injuste nostros fines irrumpitis: sed enim Romanorum fratres Eduos dicis: non sum adeo rudis ac barbarus ut ignorem; neque vos vestris in bellis Eduorum ope, <sup>20</sup> neque illos in suis usos auxilio. Quid superest aliud suspicari, nisi te gentis exterme, nihil ad vos pertinentis, fraternitate simulata, ad mei solius excidium in Gallias exercitum adduxisse; quem nisi abiens mature deduxeris, non pro amico sed pro hoste te futurum scito, et si prælio congredimur, teque ego forte victor occidero, unum dicam, <sup>21</sup> quid, ut reor nescis: [38] non me solum infesto hoste liberavero, sed multorum quoque principum gratiam Romanorum hac una mihi cæde quæsiero, qui nil magis quam te perditum optant: idque mihi per nuntios intimarunt, ut intelligas <sup>22</sup> qui charus patriæ tuæ sis. Sin abieris, Galliamque mihi <sup>23</sup> natura expeditamque reliqueris; magno ego te præmio prosequar abeuntem: nominatim quæcumque geri bella volueris, ego illa seu semel pro omnibus stipendio accepto sine ullo tuo discriminé ac labore

<sup>18</sup> Lege, *in contrarium verterit*.—<sup>19</sup> Lege, *quidam*.—<sup>20</sup> Lege, *neque illos in suis vestro usos auxilio*.—<sup>21</sup> Lege, *quod*.—<sup>22</sup> Forte, *quam charis*.—<sup>23</sup> Forte, *vacuum*.  
Delph. et Var. Clas. Cæs. 5 Q

conficiam.' Adversus haec multa Cæsar disseruit eur cœptis ab-sistere nullo modo posset: 'neque enim sui aut Romani moris, socios atque amicos bene meritos in sua adversitate deserere, Galliam sane non tam Ariovisti esse quam Romanorum, qui ante eum per Quintum Fabium Maximum hunc ultimum, Ruthenos et <sup>24</sup>Al-vernos Gallorum populos domuissent, primique armis possessionem Galliae apprehendissent: haec inter utramque victoriam interesse, quod libertatem quam Ariovistus victis abstulerit, Romani reliquis-sent, eamque eis in perpetuum salvam vellent. Ita enim senatum censuisse, ut Galli in libertate viverent, et suis legibus uterentur, atque ideo Romanorum in Gallia <sup>25</sup>tamen antiquius tamen justius imperium esse quam illius. Quod si quis forte huic senatus judi-cio <sup>26</sup>abstiterit, eam sat justam causam esse bellorum.' Haec di-centi et plura etiam nunc dicturo, Cæsari nuntiatur; equitatum Ariovisti proprius admotum jam tela jactare, et in eo rem esse ut prœlrium inchoëtur. Itaque Cæsar inexpleto sermone digreditur, et reversus ad suos imperat, ne quid omnino missilium in adver-sarios jacerent: nam etsi legionis, quam præsidio sibi delegerat, ad-versus præsentem hostium equitatum tutum satis esse certamen intelligeret, timens tamen, ut erat famæ studiosissimus, ne forte sermo vulgaris, sæpe culpam a nocentibus [39] ad insolentes vertere solitus, sibi apud gentes imponeret, quod hostem colloquio circum-venire voluisse. Cæterum ubi in castra est redditum, cognitum-que, qua superbia Ariovistus Gallia <sup>27</sup> quasi sua Romanis introdiceret, <sup>28</sup>quo non impetu sui jaectis in Romanos telis colloquium pervertissent, mirum in modum crevere animi <sup>29</sup>amicorum ardor-que pugnandi. Post biduum mutante, quantum intelligi datur, animo, misit iterum Ariovistus ad Cæsarem, velle se de rebus agi cœptis nec perfectis secum, si ei placeat, latius agere: alioquin e suis aliquos ad se mitti petiit, cum quibus ut cum Cæsare loqui posset: non censuit <sup>30</sup>Cæsarem pacificam furori barbarico iterum committendam; ne quis forte subitus motus inter verba consurge-ret, unde sibi aliqua conflari posset infamia. Rursus et legatos mitti periculosisimum judicabat <sup>31</sup>fidesque homines, namque alios non misisset, barbaris oljici ratione modestiaque parentibus. Con-silium tandem cepit, ut Gajo Valerio Proculo Gallieæ originis, sed

<sup>24</sup> Lege, *Arrvernos*.—<sup>25</sup> Forte, *tum antiq. tum just.*—<sup>26</sup> Forte, *obstiterit.*—

<sup>27</sup> Lege, *quasi sua Romanis interdiceret.*—<sup>28</sup> Forte, *et quo non impetu.*—<sup>29</sup> Forte, *Romanorum.*—<sup>30</sup> Forte, *fidosque.*

Romanæ virtutis adolescenti, et Romano civi, legationis <sup>31</sup> heroë munus imponeret, et propter eximiam erga imperatorem fidem, et propter linguae Gallicæ notitiam, quam ipse etiam Arioivistus diu Gallis incumbendo didicerat. Addidit ei collegam M. Metium, Arioisti ipsius hospitem, quod in hos duos et originis et hospitiij jure minime sœviturus barbarus videretur. Sic neque illis hospitium, neque origo, neque jus gentium valuit. Illico enim ut ad se venientes illos vidit, audiente exercitu quasi rabidus exclamavit: ‘et quomodo,’ inquit, ‘huc venistis, an explorandi gratia? An quid rei est vobis in castris meis?’ parantes causam sui adventus loqui, vetuit et in vincula conclusit. Hoc facto statim inde discessit: et sex milia passuum prope Cæsarem castra metatus est. [40] <sup>32</sup> Cumque ipse locum die proximo mutavit: et <sup>33</sup> dimissis a tergo castris Romanorum, ad duo milia passuum ab altera parte consedit, quo scilicet commeatus inde venturos ad Cæsarem impediret. Cæsar autem quotidie instructam aciem castris educens, pugnæ copiam hostibus faciebat. Arioivistus se castris assidue continebat: sex tamen equitum milia, et totidem expeditissimorum peditum <sup>34</sup> qui dietim levibus præliis Romanos incesserent. Id vero cum diebus quinque continuis actum esset, cognito Cæsar hostium proposito, non diutius tulit se commeatibus intercludi: sed castra hostium transcendens ad sexcentos non amplius passus, locum novis castris idoneum occupavit: et præsagiens barbarum obstitutum, tres acies ordinaverat, quarum duæ in hostem versæ et in prælium intentæ essent, tertia metandis castris incumberet: quod Arioivistus intelligens, magna parte pedestris exercitus et <sup>35</sup> omnium equitatum immisso, turbare rem voluit nec valuit. Ita devoti erant omnes ad imperium Cæsaris exequendum. Jam duo inter Romana castra coartatus hostis, et multis insultibus laccusitus, castris tamen pertinaciter se tenebat: quod cum Cæsar admirans ex captivis inquireret; quid causæ esset quod Germani <sup>36</sup> bellatissimi homines sic bella metuerent, deprehendit eos sortibus muliercularum castra sequentium absterritos, ne ante novam lunam manum cum hoste consererent: <sup>37</sup> cumque moram Germanorum pervetustum esse ut talibus regerentur. Cæsar vero cui nulla videretur gravior jactura quam temporis, vix adhuc triduo exspectate, firmavit, quod ingenio non posset, vi aperta hostes in prælium elicere. Itaque suis

<sup>31</sup> Forte, *hujuscem.*—<sup>32</sup> Lege, *eunque ipsum.* <sup>33</sup> *Dimittere, pro relinquere,* sæpissime utitur hic auctor.—<sup>34</sup> Deest aliquid verbum.—<sup>35</sup> Lege, *omni equitatu.*—<sup>36</sup> Lege, *bellacissimi.*—<sup>37</sup> Lege, *eunque m. rem.*

castris duobus dimisso gemino præsidio, cum omnibus copiis castra hostium invadit. Videns Ariovistus trahi amplius ratione non posse, plurimis ex populis Germanorum ingentem aciem instruxit atque ita omnem exercitum [41] rhedis et curribus circumclusit; ut nulla fugæ spe, præsertim equitibus superesset. Fuerunt et viris intermixtæ fatiloquæ, de quibus diximus mulieres aliaeque viros secutæ; fletibus altis orantes, ne Romanis ad servitium tradarentur. Concurserunt autem tanto impetu Germani, ut, consumpto mox spatio, quod acies dirimebat, jactandi pila nulla occasio superesset aut facultas. Projectis igitur missilibus, res gladiis acta est, eventu alioquamdiu dubio: fracta tandem pertinacia Germanorum, omnes terga verterunt: et disruptis obicibus plaustrorum quibus firmasse aciem dux sperabat, usque ad Rheni ripam fuga perpetua fuit: cuius alveum nando quidam; alii parvis navigiis transierunt; quo ex numero ipse fuit Ariovistus, qui deposita credo superbiae suæ sarcina, quæ tanta erat, ut eam nec Germania caperet, nec Gallia tolleraret; cimba unica casu in ripa citeriore amnis inventa; solus in adversam ripam se proripuit. Reliqui pene omnes instantे Romano equitatu <sup>38</sup> fugæ medio periere. In quibus duæ Ariovisti conjuges altera Sueva, Norica altera, quarum primam domo digrediens eduxerat, secundam dum in Galliis moram traxit, duxerat, filiarum quoque altera cæsa fuit, capta altera. G. Valerius, quem ab Ariovisto captum memoravimus, in ipsum Cæsarem, hostem insequentem; dum tribus catenis vincetus trahebatur incidit; quo nil letius in tota illa victoria Cæsar vidi: summa sibi lætitia ac voluptas fuit, virum talem, tamque ei familiarem crudelissimis hostium manibus, quibus ipse eum objecerat, ereptum recepisse: neque de sua prosperitate aliquid amici miseria diminutum. Ille vero jam liber flebile ridiculum narrabat, coram se fuisse de sua salute sortibus inquisitum: an scilicet flammis exurendus esset, an in tempus aliud differendus, seque jam jactu sortium dilatum, beneficio Cæsaris salvum esse: collega quoque ejus reinventus Metius et Cæsari præsentatus auxit gaudium. [42] Hac Victoria dimulgata; Suevi, qui ad Rhenum transituri convenerant retrocessere; effuseque domos suas ac trepide repentes, a finitimis magna strage deleti sunt: magnosque in Germania et in Gallia rerum motus hujus prælii eventus excierat. Cæsar autem æstate una duabus inclitus victoriis, <sup>39</sup> et Sequanos, paulo

38 Forte, fugæ in medio.—39 Lege, in Sequanos.

antequam tempus exigeret, in hiberna perduxit exercitum, quibus Labienum præficiens ipse <sup>40</sup>interiorum Galliam properavit.

---

## L I B E R II.

CÆSARI Cisalpina in Gallia demoranti et famæ vocibus et Labieni litteris nuntiatur, Belgas quos Gallorum præcipuos esse monstravimus conjurasse omnes adversus populum Romanum; et jurejurando, <sup>41</sup>obsidibus conjuratione firmata. Rei hujus causam esse multiplicem; unam quod timerent, ne statu superioris Galliae composite; ad eos ex ordine <sup>42</sup>venirentur; alteram, quod ad bellum, Gallorum reliquorum consiliis urgerentur: quibus urgendi quoque easæ erant variæ; quibusdam, ut nidificare Germanos in Galliis ægre tulerant; sic ibidem Romanos hibernare et perpetuas sedes eligere, animo nihil æquiore ferentibus: aliis causa erat sola vanitas et stultorum animis novandarum rerum semper innata cupiditas. Erant quibus abunde opes affluerent ad conducendos homines; et hac via in populis præminentiam; et quasi quædam sibi regna conflarent, quod Romanis imperantibus, æquatisque rebus omnibus, se, ut soliti erant, facere posse <sup>43</sup>differenter. Sane his rumoribus Cæsar motus, duas nunc etiam legiones citeriore scribit in Gallia, easque per Quintum Pedium legatum suum, ulteriorem in Galliam transmittit, ipse mox sequitur: et Senonibus, proximisque Belgarum, [43] curam inquirendi statum propositumque hostium imponit; quibus haut dubie unanimi assertione referentibus, bellum grave contra Cæsarem parari, ire ad eos, et periculis sese obvium ferre dispositus. Confestim ergo motis castris quintodecimo die Belgarum fines attigit: insperato adventu moti Rhemi legatos ad eum principes civitatis duos mittunt excusantes innocentiam: non se cum reliquis conjurasse, imo quidem Suessiones fratres ac proximos suos a furore publico retrahere voluisse, neque ullo ingenio potuisse: <sup>44</sup>tanto enim esse conjurationis impetum ut

<sup>40</sup> Lege, *in citeriorem*.—<sup>41</sup> Lege, *et obsidibus*.—<sup>42</sup> Lege, *veniretur*.—<sup>43</sup> Forte, *differenter*.—<sup>44</sup> Lege, *tantum*.

frumentorum nequeant. Conjurasse autem Belgas omnes, et cum his Germanos, qui cis Rhenum habitarent: se a belli consiliis alienos; itaque deditioinem et obsides et opida et frumentum et omne genus obsequii promptis offerre animis. Cumque ex his jam in fidem receptis quereret scrupulose de viribus hostium, comperit eos antiquitus a Germanis originem ducere, Rhenumque olim transgressos omnem saepe Galliam vexasse, populos suis sedibus ejecisse; auctis denique viribus; et Cimbros et Theutones gentis auctores suis finibus <sup>45</sup>circuisse. Dum vero de numero, deque excellentia quereret; deprehendit inter Belgas plurimum posse <sup>46</sup>Bellionatos; eos centum milia, in quibus essent electa sexaginta milia hominum, armasse, bellique totius primas sibi partes exposcere: proximos esse Suessiones amplissimos atque uberrimos agros <sup>47</sup>incolere: eos habere quinquaginta milia armatorum: totidem Nervios omnium ferocissimos, Attribates autem quindecim milia, Ambianos decem milia, Morinos vigintiquinque milia, Menapios septem milia, <sup>48</sup>Caltes decem milia, Catuanos decem novem milia, reliquos aliquot populos qui Germani essent cis Rhenum quadraginta milia. Horumque omnium et totius belli ducem consensu publico delectum. <sup>49</sup>Galbum quendam, [44] <sup>50</sup>Suessionem regem, prudentia clarum virum ac justitia. His compertis Cæsar Rhemos honorifica oratione complexus, senatum eorum ad se venire imperat, et principum filios obsides adducere: quæ ad destinatum diem obedientissime adimpleta sunt. Numero autem motus, Divitiacum Hedium curiosius admonet, quantum reipublicæ salutique omnium expediatur, vires hostium distrahi, ne tanta simul cum multitudine decretandum esset. Id autem nullo modo melius fieri posse, quam si Hedui summa vi Bellovacorum fines irrumpant atque omnia populentur. Sic instructum oratumque illius in patriam suam mittit. Cæterum digresso illo Belgarum copias contractas appropinquare, et a Rhemis, et a suis exploratoribus intellexit. Ilico igitur <sup>51</sup>Maronem amnem per Rhemorum fines ultimos decurrentem transit. <sup>52</sup>Ubique tuto et oportuno loco castra communit, flumine unum castrorum latus ambiente, tutumque iter et Rhemorum et urbium aliarum venturis commeatis adhibente. Castris omni sollicitudine <sup>53</sup>ingenieque firmatis,

<sup>45</sup> Forte, *arcuisse*.—<sup>46</sup> Forte, *Belloracos*.—<sup>47</sup> Lege, *incolentes*.—<sup>48</sup> Lege, *Caletes*.—<sup>49</sup> Galba dicitur Cæsari.—<sup>50</sup> *Suessionum* sic vocat Cæsar.—<sup>51</sup> Lege, *Axonam*.—<sup>52</sup> Forte, *ibique*.—<sup>53</sup> Lege, *ingenioque*.

et præsidio ponti, qui fluminis ripas conjungebat imposito, et trans pontem Titurio Sabino legato cum sex cohortibus ad custodiam missa, nova Cæsaris animum ferit cura. Nempe <sup>54</sup>Bracem opidum Rhemorum non nisi octo milibus passuum semotum a Romanis castris, Belgas tantis viribus oppugnare nuntiatum est; ut præ multitudine lapides ac tela jactantium nec defendi opidum nec in muris consisti possit. Denique jam murum dirui; jam portas incendi, nec dubium quin jam dudum oppugnatio consuamata esset, nisi <sup>55</sup>diremptrix præliorum nox intervenisset nec sustineri posse amplius nisi confestim laborantibus succurratur. Hæc cum Iccius Rhemorum nobilissimus, et populo acceptissimus, [45] unus ex his duobus qui ad Cæsarem legati cum <sup>56</sup>dedicatione urbis ad venerant, tum vero opidi praefectus nocte denuntiasset, statim quia moram necessitas ultima nou ferebat, per medias tenebras, his eisdem, qui a Iccio missi erant, ducibus, Numidas Cæsar et Cretones sagittarios, et fundatores Belearicos intra opidum destinavit; quorum adventus opidanis spem defensionis attulit, Belgis expugnationis abstulit. Mane igitur agris circa opidum vastatis atque incensis ædificiis opugnatione omissa in Cæsarem tota belli mole <sup>57</sup>utuntur. Jamque ad duo milia passuum juxta erant, quorum castra plus quam octo milia occupabant, quantum e flammis fumoque intelligere erat. Itaque Cæsar et numero motus ut dixi et fama virtutis simul ac <sup>58</sup>magnanimus et differre prælium decrevit, et assiduis congressibus quid hostibus virium, quid suis animorum esset experiri. Postquam abunde esse perpendit: statuit fortunam prælii tentare. Fossa tamen circumducta, ne forte ea, quam solam verebatur, multitudine circuiri quiret; nec nisi in faciem pugnaretur, et duas quidem legiones nuperrime scriptas ut de quibus nondum expertis in acie forte non fideret; ad castrorum posuit tutelam; ut tamen si res posceret, auxilio egentibus subvenirent: ipse cum reliquis copiis ante castra aciem instruit. Idem hostes ab adverso jam fecerant: unum erat quod prælium moraretur, quod scilicet inter duos exercitus exigua palus erat: hanc ut hostes transirent, utraque partium expectabat, ut prius ingressos inquis locis invaderent: sed quod utraque pars sperabat, utraque differebat, quo temeritas prius ab hostibus inciperet. <sup>59</sup>Dum tum interea equites invicem miscerentur, essetque illo in con-

<sup>54</sup> Lege, *Bibracem*.—<sup>55</sup> Lege, *diremptrix*.—<sup>56</sup> Lege, *deditio*.—<sup>57</sup> Lege, *vertuntur*.—<sup>58</sup> Lege, *magnanimitatis*.—<sup>59</sup> Forte, *Cum tamen*.

gressu superior equitatus Romanus, quem Cæsar in *castra præcio* prosperiore reducere contentus fuit: hostes ubi intellexerunt *sustra* se paludis transitum exspectare flumen <sup>60</sup> vadere nisi sunt: ut si possent castellum a Titurio <sup>61</sup> incessum caperent pontemque [46] confringerent, <sup>62</sup> si minus, vicina arva vastarent Romanis utilia, eaque parte venturos interciperent commactus: certior de eis Cæsar a Titurio effectus, equitatum levemque armaturam ad præsidium loci ducit: ibique durissimo Marte concursum est: dum Romani primos hostes in transitu fluminis occupatos e ripa dejicserent cæderentque, et proximos animosius quam consultius per priorum cadavera transeuntes, densa missilium nube comprimerent <sup>63</sup> arcentesque: et si forte transisset in aperto inventos ac præventos occiderent; sic repulsi undique et frumenti inopia laborantes communii consilio decreverunt operæ pretium fore, ut gens quælibet in suam patriam rediret: et cui Romani primum arma intulissent, eo omnes accurrerent: sibique invicem opem ferrent et suis frugibus alerentur; et suis in finibus potissimum dimicarent. Accessit ad alias discedendi causas, quod Divitiaeum, cui hoc Cæsarem imperasse supra retuli, Bellovacorum terris obequitate perceperant, et ferre suis auxilium utilius extimabant, quam procul domo cum Romanis arma conferre. Abeuntes nocte nullo ordine magnisque clamoribus Cæsarem exciverunt: ibant autem non ut ire, sed ut fugere viderentur: itaque veritus insidias, ut qui profecionis idoneam causam non videret, suos in castris nullo tenuit tumultu: ubi rem omnem, sicut erat, exploratorum fides, et lux superveniens patefecit, equitatum Romanum hostium vestigiis instare et novissimos retardare imperat. Tresque hinc legiones subsequi: equitatu, Quintum Pedium, et <sup>64</sup> Lucium Arunculeum Coccum; legionibus Titum Labienum præficit: qui impigerrime profecti et nocturna fuga fessos ac dispersos assecuti maximam ex his stragem edidere, dum resistunt ultimi cogente periculo, primi autem tumultu eminus auditio quasi res ad se minime perfineret, fuga sibi quisque consuleret: [47] ita his urgentibus, illis autem vel vane resistantibus vel plane <sup>\*</sup> redditibus ipsa quidem: sed quam longa dies tam longa fuit etiam hominum cædes: sero autem Romani in castra fessi, ut auguror, et jejuni, sui ducis imperio rediere. Triduum illic egit Cæsar: ubi hostes fuga evanuisse cog-

<sup>60</sup> Forte, vadare.—<sup>61</sup> Lege, insessum.—<sup>62</sup> Forte, sin.—<sup>63</sup> Lege, arcentque.  
—<sup>64</sup> Lege, Lucium Aurunculeum Collam.

zovit, Suessionum fines Rhemis proximis ingressus. <sup>65</sup>Nomodum opidum aggreditur, quod indefensum fama vulgaverat et sic erat: sed nocte Suessiones introgressi defensionem apparant. Et dum vineas admoveveri muris cernerent, turres et machinas quales nec viderant quidem unquam, nec audierant, stupefacti, oppugnatione non expectata, munitos opidum seque sua dedentes ad Cæsarem transmittunt, ac datis obsidibus nobilissimis gentis, inter quos duo filii regis erant, traditisque armis omnibus in Romanam fidem Rhemorum precibus sunt recepti. Hinc in Bellovacos itum, qui cum se in opidum munitum ac validum contulissent, cui <sup>66</sup>Bratuspantium nomen erat, exercitu propinquante, omnes publico de consilio majores natu, obviam egressi manibus tensis ad Cæsarem alta voce se in fidem <sup>67</sup>ejus committere neque contra Romanos arma movendi animum habere testati sunt. Cumque exercitus opidum proprius accessisset, idem de muris faciebant clamabantque mulieres ac pueri: motum Cæsarem spectaculo Divitiacus Eduus in hanc sententiam allocutus est: ‘Semper Bellovacos servasse fidem et amicitiam Iudeorum, nunc falsis consiliis agitatos a suis primoribus, qui dicerent Eduos turpi servitio oppressos a Cæsare digna et indigna pati, execrates patientiam amicorum, Romanumque recusantes imperium, consurrexisse cum cæteris, et <sup>68</sup>furore publico scripsisse, tandem fraude recognita, et Bellovacos ad misericordiam Cæsaris confugere, et perfidos consultores recogitantes quid mali suis civibus invexerint, [48] meritum supplicium metuentes in Britanniam profugisse. Orare non eos modo qui erraverunt, sed se quoque, suo simul atque Iudeorum nomine ut eis indulget. Id enim et ipsius Cæsaris et Eduorum ad gloriam pertinere, si et eum tam miti esse animo et apud eum Eduos tantum posse innocuerit.’ Annuit Cæsar seque et Divitiaci et Eduorum gratia Bellovacos recipere; eosque se incolumes servaturum bona fide professus est, traditis tamen armis omnibus, ac sexcentis obsidibus, quorum tantum numerum ut petret, urbis suadebat ac populi magnitudo. Inde Ambiani, fines corum ingresso Cæsari, statim se suaque omnia dedidere.

Nervii restabant; ferox genus, et mercatoribus adversum: his præsertim qui delicias aut vina conveherent, opinione insita, enervari rebus mollibus animos, et a belli studiis elanguere ac lentes-

<sup>65</sup> Lege, Noviodunum.—<sup>66</sup> Bratuspantium legitur in Cæsare.—<sup>67</sup> Lege, se in fidem ejus se committere.—<sup>68</sup> Forte, furori publico consensisse aut subscriptissse.

cere : viri aeres, quibus cæteros a patria virtute degenerantes, qui se Cæsari tam facile tradidissent, irridere magis et arguere quam imitari oportet, aut legatos mittere, aut ultro conditionem pacis, vel negotiis auribus audire: hi quidem et cum eis Atrebates ac <sup>69</sup>Virantes, qui trans fluvium Sabin conjunctis copiis Cæsarem expectabant. <sup>70</sup>Aduatuci quoque, sic enim scriptum invenio, sive ut reor Aduaci, ut eis se conjungerent properabant. Cæsar exploratores ac deinde centuriones militiae peritos ad locum castris idoneum occupandum miserat. Erant tamen in Romano exercitu Galli quidam ex deditiis, qui contra fidem sacramenti mores et consilia Romanorum Nerviis aperirent; et seu rerum ignorantia, <sup>71</sup>naturali consuetudine mentiendi, addendique semper rebus aliquid; spem fecerant, si forte incompositos aggredirentur, facile Romanas acies posse turbari; et Nervii quidam intra silvarum latebras se tenebant, nunc in apertum erumpentes, nunc vicissim se in silvam retrahentes, [49] Romanis propter imperitiam locorum insequi non audentibus. Jam Romani exercitus pars maxima ad metandum castra præcesserat: proxima impedimenta medium de more locum occupabant: duæ legiones ad eorum custodiam sequabantur. In hos Nervii omnes, ut a proditoribus docti erant, præcipiti impetu irruerunt, atque inde præter spem repulsi pari velocitate conversi ad eos, qui in opere occupati erant; miram perturbationem Romanis injecerunt: ita ut Cæsar cura multiplici distractus variarum rerum cui primum occurseret, in tanta temporis brevitate parumper hæsitaret: uni enim simul hæc omnia exequenda erant: explicandum vexillum solemne apud Romanos indicium inchoaudi prælii: ad idem quoque dandum tuba signum: milites ab opere castrorum ad opus armorum retrahendi: qui petendi valli causa longius <sup>72</sup>illum abiissent evocandi: ordinandæ acies: firmandi oratione ducis animi: quibus ne dum omnibus, sed nec singulis quidem, hinc temporis angustia, hinc hostium instantia spatium dabat: sed experientia militum Romanorum, quibus novi nihil accidere poterat, per se ipsam sine cujasquam quoque ducis imperio prompta erat casibus cunetis occurrere. Præterea Cæsar ipse cunetis legionibus singulos præficerat legatos, <sup>73</sup>vetuerat vel nummum digredi, quorum quisque dux magnus haberetur: nisi

<sup>69</sup> Veromandui Cæsari dicuntur.—<sup>70</sup> Aduatuci in Cæsare dicuntur.—<sup>71</sup> Lege, seu naturali consuetudine.—<sup>72</sup> Lege, illinc abiissent.—<sup>73</sup> Forte, legatos, quos vetuerat vel minimum digredi, aut forte hæc verba delenda sunt.

sub maximo militasset. Horum et ducum virtus et militum egregie primum hostium impetum sustinuit repulitque. Cæsar quoque pro tempore nulli rei deerat, et milites hortabatur præsentim prædilectæ sibi legionis decimæ : sed exhortatio necessario brevis erat, virtutis ut pristinæ meminissent, neve insolita rerum specie turbarentur : et quoniam diffiri res amplius non valebat, signum pugnae tuba dedit : et tam nihil spatii fuit ; ut ne dicam consuetæ solemnitates præliorum omittentur, [50] sed vix galeas induendi licentia superesset. Nullus fuit acierum ordo, nulla ars militiae, fortuna, quæ primas solet, omnes sibi pugnae tumultuarie partes usurpaverat : qui ab opere ad prælium redibant, quæ casu quisque signa conspicerat, illis se confessim applicabat, atque illa sequebatur ; ne suum proprium inquirendo confusis omnibus tempus amitteret, omne quod in hostes iret suum signum extimabat : ancipiti et terribili Marte pugnatum : sed per medias difficultates atque pericula Romana virtus erupit. Et quum per gentes divisus erat hostium exercitus, nona simul ac decima legio fessos labore victosque vulneribus fregit Atrebates. Octava vero et undecima Viromanduos cum duce suo <sup>74</sup>Buduognaco quodam, qui summi apud eos loci erat. Cum Nerviis obstinacius certamen fuit usque adeo ut pene in dubio fuerit Romana fortuna : et Treviri equites opinatissimæ virtutis inter omnes Gallos, qui auxilio Romanis advenerant, dispersas legiones, et referta hostibus castra atque omnia circum turbata cernentes, actum de Romanis rati, fugerent, victosque illos ac deletos suæ patriæ nuntiarent. Cæsar tamen ubique semper magnus, tum magnis etiam periculis permaximus, ubi signiferos imperfectos, centuriones autem cæsos aut saucios, interque alios Pub. Sextium Baculum fortissimum virum multis debilitatum vulneribus, et jam pedibus suis insistere non valentem vidit, aliorum quosdam segniter pugnantes, tela tantum hostium vitare ; quosdam sensim cedere ; quosdam prelio excedere, hostes instare ac premere ; et nihil omnino respiramenti suis dare ; denique in extremo rem positam intellexit ; nilque jam præsidii superesse quo vel perdita restauraret vel ruinæ occurreret : auxilium quod aliunde non poterat a seipso cogitans exigendum ; quod ipse tum forte sine clipeo esset militi lentius dimicanti scutum abstulit : et in primam aciem provectus magna voce centuriones proximos, suo quemque nomine increpans atque appellans, [51] cæteros ge-

nerali exhortatione sollicitans, nec praere, sed se sequi jubens, reintegrale pugnam jam languentem; hinc amore ducis, hinc pudore compulit. Crederes unius animi robur atque ardorem in omnes subita inspiratione diffusum, tantumque vox ducis et exemplum

fervide omnes fortiterque pugnarent: et qui in fugam verti cœperunt, et qui vulneribus tardabantur, simul in hostes vultu atque animis versi mutationem rerum adeo repentinam peperere, ut vix credi posset, exercitus illos esse, qui paulo ante conflixerant. Nervii modo victores victi illico deletique sunt; non multi tamen, nec ut dictu sic et factu facile; nempe suorum cadaveribus insistentes, factoque ex iis<sup>76</sup> cumulo ut quasi de loco altiore pugnarent, usque ad mortem forte propositum tenuerunt: fregit tamen eorum pertinaciam Romana perseverantia: sic nutantem labentemque fortunam publicam unius viri virtus felicitasque sustinuit. Senes ac feminæ puerique quos cum fortunis suis omnibus Nervii in prælium exeuntes in paludibus procul abdiderant; audita suorum clade, ut nihil usquam clausum victis, sic victoribus nihil<sup>77</sup> imperium opinantes, communi omnium superstitione consilio per legatos sese Cæsari<sup>78</sup> dederunt: et ut publicæ professione miseriæ facilius victoris misericordiam impetrarent; populum Nerviorum a sexaginta milibus ad quingentos; senatum a sexcentis ad tres redisse memorabant. Misertus est Cæsar fortissimæ gentis, et<sup>79</sup> reliquias liberas suis uti legibus sanxit, præcepitque finitimus ne quis eorum calamitatibus insultaret. Aduaci, qui ut diximus opem Nerviis ferebant, auditio prælii hujus eventu, [52] suam in patriam rediere, seque omnes in<sup>80</sup> ferte unum ac munitum opidum abdidere: ibi eos Cæsar obsidione conclusit, qui machinas procul<sup>81</sup> intuitu irridebant, quaerebantque de muro, quibus illas viribus moturi, quibus manibus latrui essent, tantillæ præsertim homines statuæ: solent enim præ suorum mole corporum gentes<sup>82</sup> Artoæ Romanam spernere mediocritatem: <sup>83</sup> post admoveri muris machinas aspexerunt, insueto et nunquam alias viso spectaculo stupefacti, legatos ad Cæsarem destinarunt; quorum unus in hanc sententiam verba fecit. ‘Credimus o Romani vos nou sine cœlesti auxilio præliari, qui haec omnibus impossibilia tam<sup>84</sup> innumerabili facilitate perficis;

75 Deest valuit, ut aut simile quid.—76 Forte, tumulo.—77 Lege, imperium.—78 Lege, dediderunt.—79 Lege, reliquias.—80 Forte, forte unum.—81 Forte, intuiti.—82 Lege, Artoæ.—83 Lege, postquam.—84 Forte, mirabili.

quamobrem resistere vobis non est nostri propositi: sed in potestatem vestram nos et nostra committimus: unum hoc exposcimus, si tanta est clementia tua Cæsar, quanta fama loquitur, si salutem nobis tribuis, ut arma non auferas: vicini enim nostri omnes fere nos oderunt, nobisque invident, a quibus nos amissis armis protegere nequeamus: alioquin optabilius est, quidquid libuerit a vobis talibus viris pati, quam suppliciis ad neeem dedi ab iis, quibus imperare consuevimus.' Ad hæc Cæsar: 'Servasse,' inquit, 'vos libertius si vos dedissetis antequam muris machinas admoverem: sed et nunc servabo magisque in vobis naturam, moremque meum, quam meritum vestrum sequar. Ita tamen ut sine armorum traditione deditio non procedat. Nam quod de odio vicinorum dicitis curandum mihi linquite: ego indemnitat<sup>e</sup> vestræ providebo, ut Nerviorum providi, jubendo finitimi ne vos lèdent. Jussu meo, quam vestris armis eritis tutiores.' Hoc præcepto vis armorum ingens tradita: sed et magna pars retenta, atque abdita, ut ab iis qui metu belli, non amore pacis agebantur, traditum quoque opidum. Et quietus ille dies fuit; nocte proxima Cæsar milites suos muris egredi claudique portas jusserset, ne quid injuria<sup>e</sup> eives a militibus paterentur: [53] sed huic Cæsareæ pietati hostium fraus obiectus erat. Itaque barbarica<sup>85</sup> lenitate mutato repente consilio rebellarunt: neque victori opidum abstulisse contenti, castra etiam invasere, tanto impetu, tantoque ardore, non modo contra Romanam virtutem, sed contra iniquitatem etiam locorum, ut facile appareat, desperantes de salute pugnare. Eo congressu ex illis ad quatuor milia cecidere: cæteris intra opidum compulsi: sic omni penitus spe abjecta ut die proxima frangentibus portas Romanis nullus obstiterit: captum opidum,<sup>86</sup> venditque omnes, quorum turbam quinquaginta trium milium numerum implesse compertuin fuit. Per eosdem dies a legato Cæsaris P. Crasso, quem modo ad Venetos, aliasque quamplures populos, qui extremum accolunt Oceanum præmiserat, numiatur, omnes illas gentes sponte sub Romanum imperium venisse. Jam ad Barbaros, qui trans Rhenum habitant, Romanæ Cæsareæque virtutis et clementiae fama pervernerat,<sup>87</sup> adeo percrebuerat, ut omnes ultiro ad Cæsarem legatos mitterent: qui se et datus obsides et jussa facturos<sup>88</sup> sponderunt,

<sup>85</sup> Lege, levitatem.—<sup>86</sup> Lege, venditique.—<sup>87</sup> Forte, adeoque.—<sup>88</sup> Lege, sponserunt.

quos ad se redire <sup>89</sup>inconsecuturæ æstatis imperavit, cum ipse scilicet ex Italia rediisset; <sup>90</sup>quæ deductis <sup>91</sup>in Carmites ac Turones in hiberna legionibus festinabat: præmissis Romam litteris de rebus a se gestis; quarum merito quindecim dierum supplicatio est indicta, quem honorem ante eum ducum nullus habuerat.

---

### L I B E R III.

DIGRESSO Cæsare ex Galliis, Sergius Galba, quem legatum in Sedunos aliasque urbes proximas cum parte equitatus et duodecima legione dimiserat, Sedunorum aliorumque dolentium filios suos obsidum nomine sibi eripi, [54] et Romanos publicæ utilitatis <sup>92</sup>contentu, vere autem dominandi libidine illis in regionibus consedisse æstro animo ferentium, eorumque <sup>93</sup>contemnentium <sup>94</sup>insuperatis insidiis circumventus, adeo in angusto fuit, ut consilium ipse suique omnes caperent erumpendi seque fugæ præsidio salvandi: quo tamen consilio non rejecto, sed dilato, elegerunt armis potius experiri quam fuga, si qua esset ad salutem via. Cum vero hostes castra invasissent et multitudine freti, fessis integros submittendo; quod apud Romanos non modo fessis, sed ne vulneratis quidem fieri poterat; quibus ne dum requiescere, sed ne loco arrepto vel parumper cedere liceret; usque adeo eos attrivissent, ut oppugnatione sex continuis horis sine intermissione <sup>95</sup>portenta, res Romana jam ad desperationem ultimam spectaret; nec tam pro salute amplius quam pro ultiōne resisterent, ne inulti perirent: P. Sextius Baculus centurio primi quem in congressu Nerviorum multis afflictum vulneribus memoravi; simulque Gajus Volusenus tribunus militum, consultissimi duo, fortissimique viri propere Galbam adeunt; ‘et una est,’ inquit, ‘spes salutis, si consilium quod primum sumpsimus vel ultimum exequamur. Nam quid hic agimus laborantes? longe isti nos numero antecedunt.’ <sup>96</sup>Cum in hos

89 Forte, *initio secenti*.—90 Lege, quo.—91 Lege, *in Carmutes*.—92 Forte, *obtentu*.—93 Lege, *paucitatem contemnentium*.—94 Forte, *insperatis*.—95 Lege, *protenta*.—96 Forte, *Quin*.

Barbaros violenter irrumpimus, et nil tale cogitantes aggredimur; aderit pio forsitan fortuna conatui. Alioquin nisi impetu vincimus pugna vincemur ordinaria.' Acquievit fidis Galba consiliis: et erant quibus merito <sup>97</sup>credentur. Mox edictis centurionibus ac tribunis quod facto opus esset, militibus edicitur, ut respirent: neque aliud quidquam agant quam tela hostium sustinere: intenti que interim signum eruptionis exspectent: vix brevi hora laboriosæ tradita quieti, dato signo, [55] quod convenerat, subito præter spem castrorum portis erumpitur tautis animis, ut stupentes barbari ferre impetum non possent et dicto citius pugnæ status mutaretur; ut qui modo invadabant, invaderentur, et qui invadabantur, invaderent; quique in castris clausi oppugnatione terribili ad captivitatem et supplicium petebantur in medios hostes innecti ferro obvia cuncta prostrernereat: ita ut ex triginta milibus barbarorum, qui legionem unam <sup>98</sup>cum steterant; brevi temporis in spatio plus quam decem milia cæsa essent: reliquos morti non virtus; sed fuga præripuit. Sic virorum fortium prudentiumque consilia prosperis prosequitur fortuna successibus: his actis Romani victores sese in castra recipiunt: sed Galba memor se illis in locis a Cæsare dimissum, non ut bellum gereret, sed ut <sup>99</sup>inter illud ex Galliis per Alpes ad Italiam difficile, ac mercatoribus onerosum et pene <sup>100</sup>obstrusum perplexumque portoriis, periculosumque latrunculis patescaceret, suaque tutum redderet præsentia. Insuper victor licet, nolens tamen rem fortunæ sæpius committere, et rursus extrema tentare, inde statim nullo obstante in Allobroges <sup>1</sup>Romanam est reversus: atque ibi tranquillus hibernavit. Alia subinde belli materia per ducis absentiam orta erat. Publius Crassus egregius <sup>2</sup>et adolescens cum septima legione dimissus a Cæsare secus Oceanum hibernavit. Is frumenti <sup>3</sup>finitimas legatos singulos; ad Venetes vero geminos destinavit: quod gens illa esset omnium ejus regionis potentissima; cuius hodie quod sciām, sic transeunt res humanæ, ne nomen quidem aut vestigium ullum extat. Illi autem cogitantes, hoc fortassis modo sese obsides, quos Romanis non sponte dederant, recuperatores, legatos detinuerunt, ac vineulis astrinxerunt: hoc exemplo freti populi <sup>4</sup>vicia, ut quibus levia mobiliaque sunt ingenia, [56] legatos etiam ad se missos redire ad suos pari proposito vetuere.

<sup>97</sup> Forte, crederetur.—<sup>98</sup> Forte, circum.—<sup>99</sup> Lege, iter.—<sup>100</sup> Forte, obstructum.—<sup>1</sup> Forte, coloniam in Romanam.—<sup>2</sup> Dele, el. —<sup>3</sup> Cum aliquid desit, sic restitui potest ex Cæsare: inopia ad finitimos.—<sup>4</sup> Lege, vicini.

Dum hæc adversus Romanos in Galliis contra fidem contraque jus Gentium agerentur, Cæsar nihil inde sollicitus, quod pacata omnia extimaret in Illyricum jam profectus erat: <sup>5</sup>et his qui terras incognitas ac remotas videndi infinita cupidine traheretur. Erat autem Illyricum provinciæ suæ pars, lege sibi <sup>6</sup>Natura superaddita: cuius latissimi fines sunt: hinc Italia superiorque Germania; inde Macedonia et <sup>7</sup>Trachea et Epirus: hinc sinus Adriaticus. Inde maximus nostri orbis annum Danubius. Sane hac rebellione Crassi litteris nuntiata remandavit Cæsar, ut in Ligeri præclaro amne Galliarum qui nomen et aquas in Oceanum fert, classem navium longarum quantum potest extruat, gubernatores ac remiges ex provincia conquirat; ut ipse cum veniat his copiis ad hostes Oceanum accolentes secundo alveo descendat. Et idem ipse illico, ut cœli Alpiumque conditio hominibus ullo modo permeabile iter fecit; dimisso Illyrico festinantissime remeavit in Gallias. Cum enim haud dubio cunctos honores omnium bellica virtute superavit, et alios et seipsum sua illa incredibili celeritate transcendit, quæ sæpe multis in locis cognita effecit, ut quantolibet absentem spatio; semper et præsentem et imminentem cervicibus cogitarent. Nemo unquam expeditior agiliorque, non dicam imperator, sed viator fuit. Cæsare igitur reverso, Venetii, Gallique alii, factum suum reputantes, qui legatos gentis potentissimæ barbarica immanitate violassent, non ad veniam petendam sed ad vim inferendam sese apparant, vicissimque se populi in bellum alter alterum <sup>8</sup>coartantur; neque solum a proximis contrahant auxilia; [57] sed etiam a Britannis, qui Oceani westu <sup>9</sup>semoti non magno intervallo contra illam plagam habitant. Et haec faciunt non tam armis, quam locis fidentes <sup>10</sup>imperviis atque palustribus, ubi nec expeditus pedum usus esset, nec navium aut equorum: et ut navigari posset, sentientes se navibus abundare, quibus egeant Romani, dabat insuper animos cæstus ille reciprocus; qui <sup>11</sup>alterius littus motibus quatit, tegitque et nudat, Oceani incolis notus, exterisque terribilis. Navium præterea suarum robur; et armamenta pro qualitate fluctuum et ventorum quibus agitandæ erant ac pulsandæ, <sup>12</sup>propterque maris hostiumque violentiæ perse-

<sup>5</sup> Forte, *ut is.*—<sup>6</sup> Lege, *Vatinia.*—<sup>7</sup> Lege, *Thracia;* aut, *ut posteriores scripserunt, Trachia,* sic *Trachum* pro *Thracum* in inscriptionibus antiquis.—<sup>8</sup> Lege, *cohortantur.*—<sup>9</sup> Lege, *semoti.*—<sup>10</sup> *Imperviis* sic rescripsi, cum in codice esset *i* *piciis.*—<sup>11</sup> Forte, *alternis.*—<sup>12</sup> Forte, *propere maris astriumque violentia.*

rendæ multo Romanis navibus aptiores viderentur: harum omnium difficultatum nulla Cæsarem latebat, magna tamen lacessitus injuria veritusque, ne si ista dissimulasset, reliquæ nationes, ut sunt animi in superbiam ac perfidiam proni, inultæ rebellionis exemplia sequerentur: hoc sibi nullatenus<sup>13</sup> negligendi extimabat, sciensque naturaliter hominibus insitum libertatem amare et odisse servitutem; ante alios Gallis ingenitam levitatem, ut de facili mobiles, atque ad subita bella volubiles essent. Jam per extrema Galliarum præsagia novitatum variarum multa conceperat: itaque ne, ut sit, motus alii super alios orirentur, essentque ubilibet qui<sup>14</sup> cohortis occurrerent, per diversa terrarum divisit exercitum. Titum Labienum cum equitatu magno misit in Treviros: huic jussit ut et Remis et amicis aliis in obsequio conservandis, et Germanis Rheni transitu<sup>15</sup> cohercendis intenderet. Publum Crassum cum parte etiam equitatus; et duodecim legionariis cohortibus misit in Aquitaniam, cui injunxit ut curaret, ne qua inde in Venetos, aut alias Galliarum partes auxilia mitterentur.[58] <sup>16</sup> Titurum Sabinum cum tribus in<sup>17</sup> Jureilos vicinasque gentes misit; quibus<sup>18</sup> omnium studio continendis ut insisteret imperavit. <sup>19</sup> Decurium Brutum adolescentem classibus<sup>20</sup> proposuit; et illi, quæ se jubente in Ligeri facta erat; et illi, quam suo quoque jussu venturam ex Pictonibus Sanetonisque et cœteris tractus illius officiosis gentibus expectabat: huic præcepit ut ad primum<sup>21</sup> expectare classis adventum cursum agat in Venetos. Ipse ad eos cum reliquis legionibus terrestri præcessit itinere, multisque passim opidis expugnatis, quæ inexpugnabilia videbantur, cœptis instabat alaceriter, sperans pedetentim rem confiscere. At Veneti virium usu ac peritia et navium abundantia copia; impositis in eas fortunis suis conjugibusque et filiis, cum inhiberi fuga nullo modo posset, et liberi et incolumes abibant in opida alia atque alia, quo Romani locorum ignorantia et navium penuria non poterant sequi. Ibi se iterum atque iterum defendebant; resque in longum ibat et in irritum desinebat: nec belli finis ullus ostendebatur, eoque magis quo Romanæ naves aliter fabrefactæ, Oceanique fluctibus impares tempestatibus insolitis tradebantur. Ita rem Cæsar intelligens ineffaci labore prætermisso, classem expectare duxit honestius,<sup>22</sup> quam

<sup>13</sup> Forte, *negligendum*.—<sup>14</sup> Lege, *coortis*.—<sup>15</sup> Lege, *arcendis*.—<sup>16</sup> Lege, *Titurum*.—<sup>17</sup> Lege, *Uncellos*.—<sup>18</sup> Lege, *omni*.—<sup>19</sup> Lege, *Decimum*.—<sup>20</sup> Lege, *præposuit*.—<sup>21</sup> Forte, *expectatæ*.—<sup>22</sup> Lege, *qua*.

præsentे res non <sup>23</sup>vanius nec se dignis subterfugiis, sed uno videbatur transigenda certamine. Has inter curas expectata classis affuit alio veniens Oceano, quam cernentes Veneti suis littoribus propinquantem cum ducentis viginti minutissimis navibus illi obviam exiere, eratque Romanæ pugnæ ratio difficillima, quod et fortiores essent et majores barbarorum naves et turribus <sup>24</sup>præminebant, unde ex alto pugnantibus illis, quasi inquis prælum in locis ageretur: vela quoque et mali et antennæ immensa mole præstabant: [59] qui se Romanas naves facile oppressuros confidebant et fecissent si naves navibus concurrisserent. Sed omnia vineit ingenium et virtus. Erant Romanis falces <sup>25</sup>inauditō magnitudinis: <sup>26</sup>quas artificioso quodam impulsu rudentibus hostium injecissent, navigio remis in adverso acto, et rudentes velut <sup>27</sup>culta acie consorciī scindebantur, et antennæ simul ac superba ruebant armamenta, fiebantque suarum impedimenta navium. Sed virorum pugna <sup>28</sup>in qua longe superior erat acies Romana. Et virtutem insitam spectator eximius expectabat. Cuncta enim in conspectu Cæsaris agebantur, et exercitus circumfusi qui littoribus proximos occupavit colles: in quo bellicarum rerum multi magnique erant judices; noti omnes bellantium et amici: quorum sub oculis nec <sup>29</sup>vir nec ignavia esse posset occulta, et sua parte ergo viri fortes; et his acti stimulis strenuissime rem gerebant, sic ut brevi fracta hostes pertinacia spem salutis fugae ventisque committerent: quibus cum vela credidissent, quasi Romanos <sup>30</sup>verti subito siluerunt; et stagnante freto destitutis quas vehebant navibus, mira cœli maiisque tranquillitas consecuta est, sic ut immobiles languentibus vadis starent: assecuti Romani, cum jam hora diei quarta esset, usque ad occasum solis incendere ac ferire nunquam ullo momento temporis destiterunt; omnibusque fere vel exustis vel oppressis <sup>31</sup>pauco beneficio vicinæ noctis clapsæ sunt. Hoc prælio non modo flos juvenum Venetorum, sed proiectæ etiam ætatis consilium ac fructus intercidit. Perditis ergo viris ac navibus et omnium insuper spe amissa, se suaque Romanorum potestati atque arbitrio commisere. Hos Cæsar contra morem tractavit inimicius, ut barbaros a violandis legatis exemplo supplicii deterret; sena-

<sup>23</sup> Lege, vanis.—<sup>24</sup> Lege, præminebant.—<sup>25</sup> Lege, inauditæ.—<sup>26</sup> Forte, quas cum.—<sup>27</sup> Forte, velut cultri acie tonsorii.—<sup>28</sup> Lege, pugnam, in qua longe superior erat acies Romana, et virtutem.—<sup>29</sup> Lege, virtus.—<sup>30</sup> Lege, veriti.—<sup>31</sup> Lege, pauca.

tum ergo morte, populum servitute, [60] pœna bonis animis graviore, multavit: sic cum Venetis debellatum: qua victoria non ipsi tantummodo subacti, sed maritima ora omnis ad obsequium redacta erat. Ecce autem alia ex aliis bella consurgunt. Titurius Sabinus jussu Cæsaris Unellorum fines introierat, apud quos tunc summæ rerum <sup>32</sup>Viridonix. Multæ in circuitu civitates a Romanis defecabant, quarum aliquæ senatum quod neque <sup>33</sup>defectio neque bello consentiebant, interfecerant: latronum quoque manus ingens, partim bello, partim præda illiciente, dimisso agriculturæ studio, sese istis adjunxerant; quibus omnibus magnus exercitus jam in armis erat. Sabinus locum castris aptissimum nactus, intra vallum suos, lacesitus saepè licet ab hostibus, continebat, ut jam non hostium modo sed suorum in contemptum paulatim incidisset. Ipse vero non id motu alio faciebat, nisi quod absente Cæsare tanta cum multitudine congregati, quisquis exitus sequeretur, ne temeritati tribui posset potius quam virtuti, anxius suspensusque erat animo: ubi se sperni autem intellexit, pugnare tandem, sed in primis contemptum hujuscemodi quantum posset aggregare dispositus. Itaque Gallum quendam sibi familiarem, versutumque hominem noctu in castra transfugere jubet: et quod fieri velit edocet: paret ille, et origine dictis astipulante fidem meritus, cœpit hostibus suadere et animis <sup>34</sup>crudelis facile persuasit. Primo quidem Venetorum in finibus Cæsarem extremis periculis circumventum. Deinde in Romanis castris; hinc fama ducis; hinc hostium præsentia tantum esse formidinis, ut de nocturna agitent fuga: qua et Cæsarem adeant, ducique opem ferant, et instantibus sese malis eripiant. Id cum publice creditum esset, est etenim non vanis modo, sed omnibus insitum, ut quod valde cupiunt; facile etiam credant, totis passim castris una omnium vox audiri, [61] providendum modis omnibus, ne tam felix occasio per ignaviam dilabatur. Exercitus instantia victi duces, furori publico manus dant: discurritur hac illac, et consensu ducum sarmentis, variaque materia ex agris collecta ad implendas fossas, et in castra penetrandum onusti, et cursu et sarcinis defessi omnes redeentes grave opus supraque suas vires, Romana castra ad laboris cumulum in alto posita, invadunt: haud dubii, Romanos praeter fugam aut deditio nem nihil ausuros: fefellit gentem <sup>35</sup>crudelam una spes: nam Sabinus suis militibus valida

<sup>32</sup> Deest præcerat. Dein lege Viridovix.—<sup>33</sup> Lege, defectioni.—<sup>34</sup> Lege, crudelis.—<sup>35</sup> Lege, crudelam vana.

exhortatione firmatis; et pugnam vehementer optantibus erumpendi signum dedit. Qui cum subito præter spem hostium erupissent, idque duabus simul portis, et virtute atque experientia bellandi et natura loci et lassitudine hostium adjuti, integri ipsi virium, et quiete recreati fundunt illos facile prosternuntque. Quo metu non modo qui evaserant ex prælio; sed vicini etiam se Romanis dedidere. Sunt enim Galli incundis bellis promptiores quam adversitatibus tolerandis: et forte ita accidit, ut una et eadem die, et Sabinus Cæsar, et Cæsar Sabini victoriam audiret. Per hos ipsos dies Publius Crassus in Aquitaniam missus a Cæsare, quamvis adolescens, senilibus animum exercebat curis: et secum cogitans in his terris multa illis annis adversa Romanis accidisse, multa sibi utendum prudentia sentiebat; assumpta igitur primum sollicitudine rei frumentariae atque equitatus comparandi, quod eæ gentes plurimum eo genere virium pollere dicebantur, multis equitibus, et fortioribus viris, expressim Tholosa ac Narbona amicis urbibus accersitis, cum jam virium satis esset Sontiatum fines ingreditur. Illi autem non contenti hostem expectasse, progressi obviam,<sup>36</sup> et Romanos, hinc eorum paucitatem, hinc ducis ætatem contemnentes, in itinere sunt congressi.<sup>37</sup> Sæpe autem in contrarium versa, [62] equitatus corum, cui unice fidebant, Romano funditur equitatu; cæsisque quamplurimis eodem impetu, Crassus hostium opidum invadit, multamque post resistentiam datis ad extremum armis et obsidibus per deditio[n]em cepit. Erant tunc in Gallia, (qui nunc neque ibi neque alibi usquam sunt) homines tantæ in amicitiis fidei tantæque constantiæ, ut cum iis, quorum se amicitiæ<sup>38</sup> devenissent, omnem subire fortunam, et ad ultimum etiam mori vellent, neque post eos vitam ullam pati possent, quin si mori aliter non daretur, mortem sibi ipsi manu propria conciscerent; mirum genus, multum his modernis, amicitias utilitate<sup>39</sup> mentientibus, adversum: neque quisquam ex eo numero inventus a seculis ferebatur, qui hoc facere renuisset, vulgo Soldurios vocitabant. Ex his sibi sexcentos<sup>40</sup> Adiaterinus princeps gentis beneficiis et fide paraverat. Cum quibus inter ipsam deditio[n]em, quæ illi utique non placebat, eruptionem in Romanos fecit, ita ut improvidos pene repentina<sup>41</sup> spem turbaverit; sic devoti omnes morti in

36 Forte, cum Romanis.—37 Lege, Spc. 38 Forte, devorissent.—39 Lege, metientibus.—40 In Cæs. libris dicitur Adcantuanus.—41 Forte, species.

prœlium ruebant. <sup>42</sup>Reversus ad se militibus Romanis, cum aliquamdiu graviter pro <sup>43</sup>hoste paucitate pugnatum esset, suo cum duce vieti, orantesque cum populo in deditioinem dux atque Sol-durii sunt recepti. Dehinc Crassus in ulteriora progrediens vicinorum gentium conspirationibus magnis excipitur. Ita ut etiam ab Hispanis <sup>44</sup>horis, que proximiores bello erant, per legatos auxilia peterentur, et duces eligerentur ex iis, qui sub Quinto Sertorio rebelle quidem, sed Romano usu militaris scientiae magisterium adepti bella gerere prorsus Romano more didicerant, loca idonea <sup>45</sup>cupiendi, castra communiendo, [63] commicatus hostium impe-diendo, acies instruendo, praesidia disponendo, prælio ac receptui canendo; omnia suis horis et suis ordinibus faciendo. Quae Crassus cuncta conspiciens; cogitansque quod erat, se propter suorum paucitatem non posse diutius hostium consiliis atque artibus obstare, pugnæ fortunam experiri statuit. Quam rem cum ad consilium rejecisset, idque ipsum omnibus visum esset, mane proximo aciem eduxit, expectans ut in prœlium hostes egrederentur. Illi vero et si de victoria non diffisi, tutius tamen rati sunt sine prælio vincere: quod per frumenti penuriam eventurum sperabant: propter quam si Romani loco <sup>46</sup>crederent tergis instare decreverant: <sup>47</sup>ac spe castris se tenebant, neque pro victoria obsidionis infamiam <sup>48</sup>recubant. Romani hostium tarditatem non consilio imputantes, sed pavori, et hortante duece, et militibus pugnæ signum una voce poscentibus, signo dato castra aggrediuntur. Quo in actu auxiliares, in quibus ad prœlium modicum spei erat, missilibus suggestur; fossis implendis, aggeribus <sup>49</sup>connectentibus multiplici opere occupati; spem majoris exercitus exhibebant. Addebatque error hic animos Romanis atque hostibus minuebat, utrumque tamen pugnabatur asperime. Dum ecce equites quidam Crasso nuntiant castra hostium ab adversa parte negligentius custodiiri. Is præfectos equitum <sup>50</sup>committit. Illi autem his cohortibus, quæ castrorum præsidio <sup>51</sup>subederant, a vulneribus et labore integris longe a conspectu hostium circumductis, partem illam castrorum improviso adeunt, et antequam sentirentur vallo disjecto mediis castris cum cæde clamor exoritur. Territi' hostes repentinis <sup>52</sup>malmis omissa partis alterius defensione disflugunt. Romanus

<sup>42</sup> Forte, *Reversis*.—<sup>43</sup> Forte, *hostium*.—<sup>44</sup> Lege, *oris*.—<sup>45</sup> Lege, *capiendo*.—<sup>46</sup> Lege, *cederent*.—<sup>47</sup> Lege, *hac*.—<sup>48</sup> Lege, *recusabant*.—<sup>49</sup> Lege, *connectendis*.—<sup>50</sup> Lege, *eo mittit*.—<sup>51</sup> Lege, *subsederant*.—<sup>52</sup> Lege, *malis*.

<sup>53</sup>ille equitatus locis conpestibus assecutus obtruncat. Ita ex quinquaginta milibus <sup>54</sup>e Quitania Cantaberaque collectis, [64] vix quarta pars prælio <sup>55</sup>superesset. Quo metu diffuso pars maxima populorum circumstantium ad deditio[n]em venit: fecissentque idem omnes, nisi instantis brumæ spes negotium distulisset.

Hæc Cæsar per legatos suos agebat. Ipse autem a Venetis in Menapios præcesserat, extremosque hominum Morinos, ut ait Maro: quod hæc duæ gentes <sup>56</sup>ad se miserant et in armis erant. Et quamvis <sup>57</sup>adventaret, sperans tamen modici temporis opus esse, rem aggreditur. Erat autem longe alia quam crederetur ratio belli. Audientes etiam maximas atque creberrimas victorias Romanorum, non armis sed latebris decreverant se tueri. Itaque sua omnia in paludibus ac silvis abdiderant, juxta quas dum castra exercitus Romanus attolleret, illi subito quasi ab inferis emergentes, effusos atque in operibus impeditos diversis viis dissonisque clamoribus invadunt. Romani impigre opere intermisso et arreptis <sup>58</sup>in illos impetum fecere; eosque in silvas <sup>59</sup>redigere, paucis inter vepres perditis, multis hostium interfectis. Et tunc Cæsar silvestri materiæ cædendæ et in morem valli ad tutelam suorum circumducendæ operam dabat, ne clandestinis eruptionibus premerentur: sed jam hiems aderat; ac ingentibus ac perpetuis imbribus impedita res est: vetitique milites sub pellibus agere. Victor ergo hominum; sed naturæ <sup>60</sup>cedent incensis ac vastatis finibus hostium cum exercitu <sup>61</sup>in Aulercios Lexoniosque in hiberna concessit.

His temporibus Germanorum turbæ ingentes Rhenum metu pellente <sup>62</sup>trajecerent, fessæ bellis assiduis atque importunitatibus et injuriis Suevorum: quæ gens maxima, belloque potentissima omnium Germanorum et olim fuisse legitur et nunc esse dicitur. [65] Quorum et moribus multa quidem a scriptoribus rerum memorata: præterea quum apud eos et apud omnes fere homines mutati sunt mores, quæque jacturarum pessima est, prope semper in deterius, horum, ut sileam reliquos, illum saltem morem video mutatum: Nempe vinum ætate Julii Cæsaris abhorrebant, quod <sup>63</sup>ni fallor non abhorrerent: hi vicinitatis atque humanitatis impatiens omnes finitos populos, aut tributarios sibi effecerant, aut

53 Lege, *illos*.—54 Lege, *ex Aquitania et Cantabria*.—55 Lege, *superfuit*.—56 Deest minime. Mittere autem est, legatos mittere.—57 Adde, *hiems*.—58 Adde, *armis*.—59 Lege, *redegere*.—60 Lege, *cedens*.—61 Lege, *in Aulercos Lexoviosque*.—62 Lege, *trajecerunt*.—63 Videtur addendum, *nunc*.

prorsus expulerant. Itaque ad unam partem finium Suevorum fuisse traditur ingens atque incredibilis sollicitudo. Idque sibi tunc magnæ gloriae ascribebant. Nunc etiam per eorum fines et suspectæ multis in locis solitudines, expertus loquor, et ambiguum iter est : hos igitur Germanorum populos a Suevis pulsos cum in Galliis consedisse Cæsar audiret, Gallorum veritus levitatem, qui more frondium vento quolibet agitantur, et mercatores et cursores more proprio manu prehendunt detinentque, et unde veniant et quo pergant, et quid novi afferant percontantur, regunturque rumoribus etiam falsis, et saepè his moti ea deliberant; quorum mox pœnitateat: hoc inquam veritus Cæsar, ne famæ cujuspam flatibus moverentur,<sup>64</sup> et Romana fide desisterent; æstate non expectata ad exercitum venit, et invenit vera se timuisse. Missos legatos a Gallis ad Germanos invitantes hortantesque, ut a leva Rheni, ubi substiterant, abscederent, seque inferrent in intima Galliarum, nihil eis defutrum omnium<sup>65</sup> petissent. Motus his Cæsar, sed dissimulans, Gallorum principibus ad colloquium evocatis, benignis orationibus<sup>66</sup> leniit. Firmavit animos atque edixit<sup>67</sup> equitum quem ex debito<sup>68</sup> tenerentur, ut paratum in armis haberent. Esse enim sibi animum ad liberandas Gallias ab<sup>69</sup> incurso Germanico proficisci.<sup>66</sup> Quidquid ille præceperat adimpletum est, non obedienter modo, sed libenter, ea est facilitas animorum. Dum instructis ergo paratisque omnibus iter arripisset, jamque ad castra hostium paucorum dierum itinere propinquaret, legatos barbarorum obvios habuit, quorum primus in hanc sententiam verba fecit. ‘Neque Germani’ inquit ‘o Cæsar bellum inferunt Romanis, neque eis, si Romani bellum inferant, recusant. Mos est noster a majoribus per manus nobis traditus bella moventibus obstare, nullum hanc ob causam precari. Suevis solis nos impares confitemur, quibus ne ipsi cœlitæ pares sint: de reliquo mortales omnes vincere posse confidimus: unum non ut humilior, sed ut justior causa nostra sit dicimus, venisse nos in Gallias, non sponte sed coactos: profugos, domo pulsos, aliquo pergere necessarium fuisse. Si Romani velint, posse eis amicos esse non inutiles. Ad id sane duorum altero opus esse, ut aut terras eis quas inhabitant largiantur, aut possidere quas armis quæsierint patientur.’ Ad hæc Cæsar inter multa respon-

<sup>64</sup> Forte, et a R. f. desciscerent.—<sup>65</sup> Adde, que.—<sup>66</sup> Adde, eos.—<sup>67</sup> Lege, equitatum.—<sup>68</sup> Deest verbum præstare, aut simile.—<sup>69</sup> Lege, incursu.

dens, ‘nullam illis posse secum esse amicitiam’ ait, ‘nisi quamprimum Galliae finibus emigrarent: neque satis se mirari posse, quænam esset ista ratio, ut qui sua defendere non valerent, invaderent aliena: quasi ad injuriam inferendam, quam ad defendendam justitiam fortiores: cum fortioribus viris vires addere soleat animosque defensio suscepta justitiæ; neque vero esse agros ullos in Gallia, qui tantæ hominum multitudini assignari possint sine injuria possessorum. Esse autem apud se aliarum gentium legatos, in primis <sup>70</sup>Vibiorum, amicorum populi Romani, de Suevorum violentia conquerentes, opemque poscentes: posse eos cum illis habitare, donec utrisque consultum sit: se Suevis imperaturum, ut ab eorum offensionibus abstineant.’ Legati se post triduum reddituros, responsumque suæ gentis relatuos cum dixissent, poposcerunt, ne castra interim promoveret: sensit fraudem Cæsar; Equitatus enim partem magnam trans Mosam amnem frumentatum ab iis missam senserat, quam hoc spatio temporis expectabant. [67] Itaque quod peterent se facturum negavit, processitque, et cum jam nisi duodecim milia passuum distaret a barbaris, legati <sup>71</sup>ad ipsum poscentes instantius occurrerunt, idque cum iterum negasset; petierunt ut ad suos equites, qui præbant, mandaret prælio abstinere, donec ipsi legatos ad eos, quos in eadem conditione cum Suevis esse <sup>72</sup>deberet, destinarent, ut födere cum eisdem ieto, simul Cæsaris consilio uterentur: Adhæc exploranda et firmando cum Vibiis tri-duo etiam opus esse. Intellexit quoque Cæsar hanc petitionem eodem spectare, quo primam. Respondit tamen se, <sup>73</sup>de illo non amplius quam quatnor milia passuum progressurum. Illic die proximo adessent, cum quibus de illorum petitione dissereret, equitibus nihilominus jam progressis mandavit ne hostes invaderent. Quod si ab illis invaderentur, usque ad ipsius adventum <sup>74</sup>ipse tamen sustinerent. Equites jussu ducis accepto: et <sup>75</sup>qui apud legatos hostium vadissent, tanquam in pace securi ibant et ineauti: fidei signum non prudentiæ. Id cum hostes advertisset <sup>76</sup>quam numero longe impares repentino impetu inventi quadrin-gentos septuaginta ex eis occiderunt: reliquos in fugam versos insequi non prius desierunt quam ad conspectum Cæsaris est per-

<sup>70</sup> Lege, *Ubiorum*, et sic inferius *Ubiis pro Vibiis*.—<sup>71</sup> Lege, *id*.—<sup>72</sup> Lege, *diceret*.—<sup>73</sup> Lege, *die*.—<sup>74</sup> Lege, *ipsi*.—<sup>75</sup> Forte, et qui *apud Cæsarem* legatos hostium *vidissent*.—<sup>76</sup> Lege, *quamquam*.

ventum. Ibi demum persecutionis<sup>77</sup> fugæ finis fuit: memorabilis inter cæsos casus extitit Pisonis, qui vir fortis ac nobilis ex Aquitania<sup>78</sup> eunatom populi Romani et amicus dictus a senatu, cum germano proprio ab hostibus intercepto opem ferens, illum quidem periculo liberasset; vice ejus detentus inter turbam, atque equi vulnere ad terram datus aliquamdiu pedes animosissime se defendens victus<sup>79</sup> cum concidit. Id cum frater jam prælio digressus agnosceret, [68] equo stimulis adacto medios in hostes rediit: ibique fortiter dimicans occubuit. Ad hunc modum duo simul fratres egregii mutua pietate periere. Cæsar circumventum dolis sese dolens; nullos jam legatos hostium audiendos, nullam conditionem pacis admittendam, neque vel modicum differendum ratus; dum copiae hostium jungerentur: simul illud intelligens apud leves Gallorum fragilesque animos hostilem fraudem virtutis opinionem et virtutis nomen facile reperturam; statuit omne hostibus consultandi, simulque et Gallis falsam opinionem confovendi spatium celeritate præripere. Consilio igitur advocato dum propositum illud suum aperit, ecce de transverso legati hostium, quibus prospere fraus prima successerat: nec priores illi tamen; sed principes gentis, et seniores omnesque in quibus summa erat apud illos auctoritas, ad Cæsarem in castra pervenient, vel excusaturi præteritas fraudes, vel novas si liceat innexuri. Quos ubi Cæsar aspexit nulla penitus de re auditos illico capi jussit, simulque insecuto iter exercitu festinus arripuit. In quo ordinando nuper victos equites in extremo posuit, ne forte reliquæ<sup>80</sup> prædani metus aliquæ superessent, quibus etiam intrepidi afflarentur. Sic ad hostes generosæ plenus iræ, et degeneris memor injuriaæ properabat. Et octo milia passuum dicto citius emensus; <sup>81</sup> illud apparuit quidquid de legatis suis esset, quidve de hostibus scire aliquid potuissent; subita re turbati, neque arma neque consilia capiendi spatio<sup>82</sup> relicti, an hosti occurserent, an castra defenderent, an<sup>83</sup> satem fuga quarerent incerti, stupidi hærebant. Cognita trepidatione hostium et fluctuatione hominum ac signorum; Romani milites et illorum perfidia et hortatu sui Ducis impulsi castra pervadunt, pauci parati armatique restitere; [69] alii autem<sup>83</sup> in finem omnes fugam

77 Forte, ac fugæ.—78 Lege, tandem.—79 Lege, pridiani.—80 Forte, quam illis apparuit, quid delegatis suis esset, quamve de hostibus.—81 Lege, relicto.—82 Lege, salutem.—83 Forte, infamem.

arripuere. Immisso post eos equitatu magna horum in itinere strages fuit: deinceps agmine perpetuo ad confluentem Rheni ac <sup>84</sup> et oræ delati, cum se metu insequentium in oppositum amnem injecissent et lassitudine et pavore, et impetu alvei superante demersi sunt. Ita pene omnes partim pugna, partim fuga, partim aqua consumpsit, cum essent milia hominum <sup>85</sup> quadraginta ac triginta: sua in castra reversus Cæsar incolumi exercitu, mirum dictu tanto ex bello paucis tantummodo vulneratis, cum legatos reliquosque, quos capi jusserat, invenisset, absolvi fecit, et quo vellent abeundi tribuit licentiam. Illi vero Gallorum propter <sup>86</sup> Attoritorum fines, iracundiam metuentes, apud Cæsarem residere muneris instar optarunt, quos secum ille magnanimus concessa libertate detinuit.

Post hæc Cæsar modis omnibus Rhenum transire disponit: multæ eum impellebant causæ. Tres imprimis: nam et operæ pretium extimebat ut Germani qui cottidie in Gallias transire sibi consuetudinem fecerant; suarum metu rerum domi continerentur; ubi adverterent exercitum populi Romani posse et audere Rhenum transnatare: neque semper assuescere invadere; sed invadi etiam interdum: deinde quod pars illa Germanici equitatus; quam prædandi causa trans Mosam missam proximo pælio non interfuisse memoravimus, trans Rhenum audita snorum clade confugerat, seque Sicambris adjunxerat; a quibus Cæsar cum per nuntios postulasset, ut eos qui Romanis simul ac Gallis bellum moverent, sibi redderent; responderunt, ‘ imperium populi Romani Rheno terminari. Si Germanos <sup>87</sup> in Gallia transire ad injuriam traheret, cur minus injuriosum duceret trans Rheni metas imperium extenderet.’ [70] Quamquam barbarica ista responsio coloris fortasse <sup>88</sup> aliud, sed nil penitus rationis habuerit, non enim trans Rhenum imperium petebatur, sed ut cis Rhenum injuriose gesta punirentur: nisi forte sibi <sup>89</sup> barbareis insolens usurpabat, ut qui ad eam con fugissent, inviolabiles haberentur, <sup>90</sup> qui brevi non modo alias, sed seipsam salvam facere non potuit. Certius erat, quoniam Ubii soli ex Trausrhenanis Romanorum in amicitiam recepti affectuosissime precabantur, ut eis Romanus imperator adversus Suevos, aut mit-

<sup>84</sup> Forte, *Mosæ*.—<sup>85</sup> Lege, *quadringenta*.—<sup>86</sup> Forte, *occupatos corum*.  
—<sup>87</sup> Lege, *in Galliam*.—<sup>88</sup> Lege, *aliquid*.—<sup>89</sup> Lege, *barbaries*.—<sup>90</sup> Lege, *qua*.

teret, aut ferret auxilium. Nam si forsitan <sup>91</sup> transferre non posset reipublicæ negotiis occupatus, satis abundeque illis esse præsidii in solius exercitus fama, quæ post devictum <sup>92</sup> Ariojustum atque ultimum hoc prælium confectum, tam late per extrema <sup>93</sup> Galliae diffusa esset, ut sub ejus umbra nominis tutos se esse posse confiderent: Navium vero ad transitum affatim sibi esse non dubitaret. Et Cæsar iis quidem de causis ac fortasse aliis transitum exoptabat: sed transire navibus neque satis tutum, neque vel sibi vel populo Romano satis honorificum judicabat: animumque ideo ad structuram pontis intenderat, tametsi difficultatem maximam fluminis impetus profunditasque et latitudo prætenderent: sed nil volentibus arduum: disposuit firmavitque vel nullo modo alio, vel ponte transire: vicitque omnem rerum perplexitatem operosissimi atque ardentissimi ducis industria atque obsequentissimi durus labor exercitus. Ponte igitur brevi tempore mira arte perfecto traduxit armatas legiones. Primusque Romanorum, sicut scriptum est, Germanos qui trans Rhenum incolunt, aggressus, <sup>94</sup> maximas effecit cladibus: sed sequor ordinem. Præsidio validissimo ab ultraque pontis parte dimisso; primus illi post Rheni transitum in Sicambros fuit impetus, [71] qui superbe Romani fines imperii Rheno amne præscripserant. Et pergenti multarum urbium legiones occurrerunt amicitiam pacemque petentium, quibus omnibus benigne respondens Cæsar obsides imperavit. Sicambi autem, ut est magna pars hominum verbis quam factis animosior, mox incerti fama pontis audita, quorundam qui apud eos versabantur, quibus Romana notior virtus erat, consilio atque hortatu, desertis urbibus cum fortunis suis omnibus in solitudines ac silvarum interiora confugerant. Cæsar hoc pridem tardum et difficile belli genus expertus, et plus tædii <sup>95</sup> iis quam periculi, tempus inutiliter non <sup>96</sup> tenendam statuit. Pervastatis ergo vicis rebusque hostium, quo vel ferrum potuit vel flamma pertingere, ad Ubios, hoc est ab hostibus ad amicos transiit expectatus atque optatus: <sup>97</sup> ad eos vero moram trahens, propositum et consilia Suevorum didicit: ea erant hujuscemodi. Accepero enim transitu Romanorum, quorum fama virtutis jam cuncta compleverat, nuntios ad omnes suæ gentis circumquaque <sup>98</sup> diu rexerant: unum omnibus præceptum,

<sup>91</sup> Forte, transferre se.—<sup>92</sup> Lege, *Arioristum*.—<sup>93</sup> Forte, *Germania*.—<sup>94</sup> Forte, *maximis affecit*.—<sup>95</sup> Forte, esse.—<sup>96</sup> Lege, *terendum*.—<sup>97</sup> Lege, *apud*.—<sup>98</sup> Forte, *direxerant*.

ut urbibus atque opidis <sup>99</sup> de electis conjuges filiosque et quicquid eis carum esset in silvis, quae immensaे illis erant, reconderent: viri omnes <sup>100</sup> armiportantes certo loco <sup>1</sup> Suevæ in medio ex omni unidaue regione confluenter: ibi Cæsarem expectarent, acieque confligerent. Cæsar autem, <sup>2</sup> quam tamen nescio, sed opinioni tantum virum nil sine certa voluisse, contentus in præsens <sup>3</sup> ad suo Vibios obsidione liberasse: ac re ipsa ostendisse Germanis, Rheni transitu Romanos, neque metu neque difficultate prohiberi, quominus et amicis ferant opem et hostibus ultionem; [72] non nisi decem octo diebus actis in Germania, rediit in Gallias; pontemque post tergum fregit ne ab hostibus frangeretur.

Crescentibus indies bellis atque periculis; crescebat simul ducis animus, et <sup>4</sup>a tritu velut aurum splendidior siebat, quo<sup>e</sup> plus difficultatum eo et plus spei erat. In omnibus quidem bellis, quæ per eum in Galliis ad id tempus gesta erant, missa hostibus auxilia a Britannis agnoverat. Id indignans ad eos ire dispositus. Et quamvis extreum jam tempus esset aestatis, quæ illis in regionibus propter <sup>5</sup>vicinam Septentrionis est brevior; ne quid tamen otiosi temporis ageret, insulæ statum moresque hominum explorare statuit. Quod cum neque per <sup>6</sup>communes Gallos, quibus loca illa nondum <sup>7</sup>plena erant; neque per mercatores ipsos, qui non nisi <sup>8</sup>littoreas terras, easque non omnes, sed tantum Galliae oppositas, adibant, non fieri posset, Gajum Volusenum una cum longa navi\* <sup>9</sup>eo quid agere velit illum ad momentum ire jubet: et cognitis illis <sup>10</sup>qui cognosci possent maturum ille redditum imperat. Is ad eum quinto rediit non ausus, ut dicebat, in terram egredi, neque se fidei barbarorum credere et tantum exterius visa renuntians. Hæc ita communis quidem habet historia: habeo tamen non ignobiles autores qui Cæsarem per seipsum portus et navigationem, et accessum ad insulam explorasse confirmant: quod ut credi posset ipse ducis animus facit et similis aliis in rebus audacia. Cæterum seu per alium seu per se cognitis, quæ cognosci poterant, ipse in extreum Galliæ angulum, unde brevior in Britanniam est transitus, quo jam se cum exercitu contulerat, classem omnem contrahi imperat: Et qua

<sup>99</sup> Forte, *relictis*.—<sup>100</sup> Lege, *arma portantes*.—<sup>1</sup> Lege, *Suevia*.—<sup>2</sup> Forte, *quam tamen nescio ob causam, sed opinor tantum virum nil sine certa ratione*.—<sup>3</sup> Forte, *adventu suo*.—<sup>4</sup> Lege, *attritu*.—<sup>5</sup> Lege, *viciniam*.—<sup>6</sup> Lege, *homines*.—<sup>7</sup> Forte, *cognita*.—<sup>8</sup> Lege, *littorcas*.—<sup>9</sup> Locus corruptus. Vid. Cæs. iv. 21.—<sup>10</sup> Lege, *qua*.

Veneto in bello usus erat anno altero; et quæ amicis ex regionibus interim redacta ingentem navium numerum expleverat. Et jam fama Romanorum a Germanis transiverat ad Britannos: et præsens insuper apparatus late metum sparserat. [73] Itaque multarum insulae civitatum nuntii Cæsarem adeunt, et obsides et obedientiam promittentes: hos benigne suscipiens, et sereno vultu et miti oratione prosequitur, hortatus ut in proposito perseverent domum remittit et cum eisdem <sup>11</sup>communi consilii magni virum; inque oris illis omnibus auctoritatis eximiae ac spectatae <sup>12</sup>sibi non fidissimum, ut rebatur. Quo merito Attrebatibus victis regem illum imposuerat: per quem urbibus Britannicis persuadere <sup>13</sup>mititur ut ratione fidei se committant, suumque illis nuntiet adventum. Venerunt et magnæ partis Morinorum nuntii excusantes suæ gentis errorem, quod adversus populum Romanum propter suam <sup>14</sup>imparatam ac turbidam barbariem rebellassent, <sup>15</sup>mox vitio, non odio animorum, et petentes veniam et pœnitentiam offerentes: id pergratum Cæsari fuit, quod in Britanniam transiturus bellum invitus post terga dimitteret, neque curæ Britannicæ præferendum aliud extimaret. Impositis igitur multis obsidibus, petita concedit, classe autem sicut diximus collecta, dum ad transitum se præparat, curam portus ac custodiam Publio Sulpitio Ruffo committit, cum eo quod sufficere visum est præsidio. Residuum copiarum in Menapios mittit, atque in eam partem Morinorum, unde (quod rebellionis indicium apparebat) nulli ad eum nuntii venissent: his Titurium Sabinum et Lucium Arunculejum Cottam præfecit. Dies interea navigationi aptus affuit: cumque de littore Gallico profunda nocte solvisset, proximæ lucis hora quarta Britannicum littus attigerat: plenumque illud armatis hostibus conspicatus, præruptasque rupes pelago impendentes, unde teli jactus aut lapidis usque ad naves facile perventurus esset, substitit parumper, expectans suos qui lentius veniebant: sic in anchoris usque ad horam diei nonam stetit: [74] tunc assecutis omnibus, legatisque et tribunis militum, ac magistris navium <sup>16</sup>vehementis admonitis, ne qua esset aut bellicis aut maritimis rebus mora; sed ad nutum omnia <sup>17</sup>dicto explorentur. Vento et æstu fretus idoneo, convulsis anchoris, ad

<sup>11</sup> Lege, *Commium*.—<sup>12</sup> Forte, *sibique*; vel, *sibi autem*.—<sup>13</sup> Forte, *nititur*, *ut Romana*.—<sup>14</sup> Lege, *imperitam*.—<sup>15</sup> Lege, *morum*.—<sup>16</sup> Forte, *vehementer*.—<sup>17</sup> Forte, *dicto citius*.

septem milia passuum procul inde plano in littore tota cum classe constituit. At Britanni, intellecto consilio, præmissis equitibus atque essedis, quibus in bello uti consueverant, pari velocitate locum occupant: consequuntur equitatum turbæ, ita omnes copiæ egressuris se Romanis objiciant. Erat plane descensus in terram difficillimus propter aquæ altitudinem, sine qua magnæ naves esse regique non poterant. Et si qui e navibus exivissent,<sup>18</sup> et sicco de litore, aut ex vadis humilioribus excipiebantur hostium occursu: et ubi stare difficile erat, cogebantur iniquo Marte certare, unde non immerito Romani territi ac turbati et locorum inseccii et ejusmodi pœlī in experti solito segnius pugnabant. Quod ut Cæsar vidit; longas naves ab<sup>19</sup> alta classe secerni et remis ad litus applicare imperat, atque inde omnium genere missilium hostem pelli; quem ipse navium aspectus et magnitudine et remorum strepitu insuetum talibus exterruit. Ubi autem sagittarum<sup>20</sup> imbris ac tonitrua tormentorum in hostilem aciem incidere: parumper referre pedem hostes incepérunt: nec dum tamen Romani sese undis credere ausi, ipsis e puppibus pœliabantur, donec aquilifer decimæ legionis, quam amabat Cæsar, alta deos orans voce, ut feliciter legioni succederet quod parabat, versus ad comites: ‘desilite’ inquit ‘in fluctus, et sequimini me commilitones mei, quicunque non vultis hanc aquilam hostibus illudendam tradere. Si viri estis prospera cuncta provenient, si minus, ego saltem debitum meum reipublicæ<sup>21</sup> a Romano imperio bona persolvero:’ haec exclamans medios in fluctus mira alacritate<sup>22</sup> dissiluit.[75] Attigit ut primum terram pedibus attigit, gressu rapido ferre aquilam in hostes cœpit: virtutis exemplo et nobiles incitati omnes, non solum qui in illa, sed qui in cunctis erant navibus in undas atque inde in hostes ruunt: pugna atrox exoritur, duraque, anceps, et Romanis adversa propter locorum iniquitatem. Postquam vero terram oves<sup>23</sup> attigerent: collecti in unum et reducti ad solitum pugnæ genus, alio impetu invicti fuderunt adversarios; fuisset clarior victoria si ad insequendum profugos equitatus in tempore affuisset; tanta fuit tamen, ut Britanni hostium suoque casu territi, legatos ad Cæsarem mitterent et deditiōnem et obsides et quidquid victoribus victi debent offerentes, cum iis et Comius rediit, quem ad eos,

<sup>18</sup> Lege, *ii.* — <sup>19</sup> Lege, *alia.* — <sup>20</sup> Lege, *imbris.* — <sup>21</sup> Forte, *ac Romano imperio munus.* — <sup>22</sup> Lege, *desiluit.* — <sup>23</sup> Lege, *Atque.* — <sup>24</sup> Lege, *attigerunt.*

ut diximus, præmissum et commissa edere incipientem vinculis astrinxerunt: nunc solutum remittentes, violati culpam in multitudinem reflexerunt, et errori publico veniam petierunt. Quibus Cæsar acriter increpitis, quod pace per legatos ultro expetita et obtenta, bellum intulissent, hostilia in amicos ausi, veniam tamen supplicibus non negavit, quam negare nec noverat nec solebat: partim datis partim promissis obsidibus pax conventa est: principes Britannorum turbas ad agriculturam reverti jusserunt, ipsi seque suasque urbes<sup>25</sup> Cæsar insinuare omni studio sataginæ. Paulominus festinatio unum mihi virum abstulit, quem in medium virtus ejus et fama restituerunt: is est Marcus Cæsius<sup>26</sup> Scena miles Cæsar, qui hoc ipso, quem præmisimus, ad insulam appulsum, scopulum littori proximum plenum turbis hostium contuens cum quatuor tantum<sup>27</sup> commilitonique cimbam eo transvectus, egregia paucitate barbaricam multitudinem est aggressus: cumque inter pugnandum, aestus æquorei refluxu, interstitium illud quod scopulum ab insula dirimebat aquis<sup>28</sup> exornatum transitum non negaret; [76] atque ideo barbarorum ingens copia suis auxilio advenisset;<sup>29</sup> relans quatuor justo pavore perterritis, et abjectis, vel oranti forsan socio dimissis pilis, solus<sup>30</sup> Scena contra hostium aciem stetit immobilis, et sua et comitum unus quinque militum pila in hostium membra, nullo in cassum eunte jaculatus, tandem omnibus<sup>31</sup> assumptus, stricto obvios mucrone, unumquemque ut se primus obtulerat; nunc scuto nunc gladio excipiens ac prosternens; diu utrique partium admirabile præbuit spectaculum: et tot milium in littore dimicantium ad se unum intuendum oculos atque ora convertit. Cum jam denique, non ut in armatum virum, sed ut turrim munitam omnis nisus, ira, pudorque hostium in furorem versus inumberet; jamque femur ingenti transfixus telo et<sup>32</sup> multum saxo concussus gravi; clipeoque et galea ictuum vi disiectis, gladio ad extremum fracto, pilisque ut est dictum omnibus non perditis, sed impensis egregie, pene jam exarmatus, tamen lorica gravis duplice, se in undas, sua opera hostium sanguine rubicundas i jecit, ac reversus ad suos, unde gloriam merebatur, veniam postulavit: nempe cum Cæsarem conspexisset: ‘Paree, (inquit) optime imperator, arma perdidisti’<sup>33</sup> et ille summus extimator meritorum, cuius

25 Lege, Cæsari.—26 Lege, Scæva.—27 Lege, commilitonibus cimbam.—28 Forte, exoneratum.—29 Lege, reliquis.—30 Lege, Scæva.—31 Forte, consumptis; vel, assumptis.—32 Puto, vultum saxo contusus.—33 Forte, at.

sub oculis gesta res erat, et facta viri fortia et verba magnifica centurionatus honore <sup>34</sup>reincidit per hos dies res parva quidem dictu, sed eventu magna ac periculosa. Naves in Galliis dimissæ quibus inerat equitatus, paucis post Cæsarem diebus secundo <sup>35</sup>funem vento fuderant: cumque Britannicis jam littoribus propinquitates in conspectu suorum essent; tantis repente tempestibus conquassatae sunt, ut omnes undique spargerentur, [77] et aliqui unde venerant violentia pelagi verterentur; aliæ ad aliam partem insulæ summo cum discrimine <sup>36</sup>cogerentur. Quin etiam naves aliæ et longæ et <sup>37</sup>onariae in quibus exercitus erat, quamvis littori hærentes, sic procellis tumescentibus avulsæ atque oppressæ sunt, ut <sup>38</sup>Romani audaciam mundi finibus non contentam extraque orbem bella quærerent, terræ limes ultimus castigare videretur Oceanus. Denique sic disjectæ omnes; sic perditis armamentis aut fractæ aut inutiles redditæ videbantur, ut merito haec inter adversitates Cæsareas numerentur. Qua de re consternatio ingens, ac mœstitia totius exercitus consecuta, <sup>39</sup>nam neque alia classis quæ redirent erat, neque ad hanc ipsam reparandam vel materia vel facultas: et in Gallia hibernandum esse; <sup>40</sup>et Britannia hibernari propter frumenti inopiam non posse constabat: et præterquam quod res per seipsam tristis erat, accedebat et altera dolendi causa ac timendi. Siquidem Britanniae principes quos in fidem Romanorum, non amor sed pavor attraxerat, omnia illis deesse cum cernerent, naves, equites, frumentum, nec stare illos posse diutius, nec abire; eorum quoque paucitatem castrorum ex angustiis metientes, quod neque equitatus neque impedimenta, sed solæ ibi erant legiones: conceperunt spem ut sit ex alienis malis, ac rejectis adulacionibus quibus Cæsarem cœperant promereri, cogitantes quod si eum superarent, aut opprimerent; nemo amplius bellator in Britanniam trajeceret; habito de his rebus inter se colloquio, rebellarunt. Cæsar nondum conjuratione patefacta, ex <sup>41</sup>adulatione tamen obsidum, qui promissi erant, ex adversitate <sup>42</sup>prætereaque sibi acciderat, mutatam cum fortuna fidem barbaricam cogitabat. Sed nulla re decipi poterat supra humanum modum altus

<sup>34</sup> Lege, remuneravit. Incidit.—<sup>35</sup> Forsitan idem est, quod Virgilius ait *I. Georg.* *convellere funem a terra.* Infra ait: *funem solevit:* unde dubito, an hic legi debeat: *solverant.*—<sup>36</sup> Lege, agerentur.—<sup>37</sup> Lege, onerariæ.—<sup>38</sup> Lege, *Romanorum.*—<sup>39</sup> Adde, est.—<sup>40</sup> Lege, nam in.—<sup>41</sup> Lege, dilatione.—<sup>42</sup> Lege, *præterea quæ.*

animus et invictus: [78] frumenta igitur ex agris vicisque omnibus in castra quotidie,<sup>43</sup> et navibus, quæ irreparabiliter quassæ erant, dissolutis, ex ea materia alias refici; et quod deerat ex Galliis convahi faciebat: idque tanta ducis sollicitudine, tanto militum studio gestum est, ut ex omnibus non amplius quam duodecim in totum perditis reliquæ ad navigandi usum reparatae in anchoris starent. Sic quasi<sup>44</sup> reddita advia animos militum providentia sui ducis exerat. <sup>45</sup> Illuc assidue frumentatum pars exercitus: contigitque die quodam, ut legione septima ad id ipsum de more profecta; barbari, qui eo venturam ex ordine cogitarent, quod jam aliis in partibus inventa frumenta præcedentibus diebus abstulissent, nocturnis eam præstolarentur insidiis: cum tamen nulla suspicacio belli esset, sed ruricolæ passim et in agris vagarentur, et Romanis in castris libere versarentur; legione autem conspecta e silvis eruperant, eamque equis et essedariis circumdederant: quibus eo tempore sic utebantur, ut et levitatem equitum præstant et peditum firmitatem. Et jam legio impetum numerumque hostium sustinere vix poterat;<sup>46</sup> dum castrorum custodes Cæsarem certiorem faciunt pulverem solito majorem ab ea, quo legio profecta erat parte consurgere: statim quod erat augurio animi apprehendit, arreptisque armis illic properans cum parte exercitus invenit legiōnem in ultimis laborantem: non fuit opus prælio: sola Cæsaris præsentia suis metum, hostibus victoriam eripuit. Sive autem hora senior diei, sive<sup>47</sup> alia eum causa tenuerunt, suos liberasse periculo contentus intactis hostibus castra repetiit: proximis diebus tantæ fuerunt tempestates ut Romanos<sup>48</sup> subtentoriis Britannis in opidis detinerent. [79] Post hæc non<sup>49</sup> destituerunt hostes per legatos ad bellum totam insulam concitare, et Romanorum paucitatem et prædæ magnitudinem divulgare: insuper et oblatam cœlitus, et minime respuendam perpetuæ libertatis occasionem: quorum cum fidem publicam invenisset<sup>50</sup> Assercio, equitum et peditum turba ingens ad Romana castra confluxit: contra quos Cæsar in aciem legiones eduxit et prælia victor profugos insecurus, omnes fudit, plurimos interfecit, incensisque late fiuibus in castra remeavit. Secutæ sunt legiones hostium pacem veniamque petentium: quibus

<sup>43</sup> Deest *convchi*.—<sup>44</sup> Forte, *reddita vita*.—<sup>45</sup> *Lege, Ibat*.—<sup>46</sup> *Lege, cum*.—<sup>47</sup> *Lege, alic eum causæ*.—<sup>48</sup> *Lege, sub tentoriis, Britannos*.—<sup>49</sup> *Lege, non destituerunt*.—<sup>50</sup> *Lege, assertio*.

Cæsar propter persidiam obsides duplicavit, eosque in Gallias duci jussit: quo ipse navigatione prospera est reversus. Duæ ex omnibus, a reliquis vento abstractæ et ad littus aliud delatae erant: e quibus cum trecenti egressi in terram ad Romana castra properarent, Morini <sup>51</sup>quidam quos placatos Cæsar arbitrabatur, non tam odio quam spe prædæ in itinere hos invadunt; edicuntque ut si mori nolint arma deponant. Romanis in orbem collectis resistentiamque parantibus, clamor ortus ad sex milia hominum contraxerat: quos omnes quatuor horis et eo amplius paucitas Romana sustinuit, proque paucis <sup>52</sup>pulveribus multas mortes reddidit. Ac cum Cæsar qui non longe aberat rem sensisset, auxilium suis ferens advolavit. Quo conspecto ad fugam reversi hostes et ad magnum numerum cæsi sunt. Die insequenti Cæsar Labienum cum legionibus secum <sup>53</sup>est Britannia reversus in Morinos rebellantes misit: qui cum propter temporis siccitatem solitum paludum receptaculum amississent, ferme omnes ad obedientiam rediere. Titurius autem Sabinius et Arunculejus Cotta legati alii in Menapios missi, <sup>54</sup>hos non inventis quos silvæ protexerant, incensis aedificiis ac vastatis, ad Cæsarem sunt reversi. Ipse autem in Belgis exercitus totius hiberna dispositus: [80] eo duarum non amplius urbium Britanniae venerunt obsides, aliae omnes et Romani ducis imperium et propriam fidem ac præmissa contempserant. <sup>55</sup>Romæ ut erant Romæ cognitis, senatusconsulto viginti dierum supplicatio instituta est res a seculis inaudita.

Anno de more Cæsar ex hibernis in Italiam <sup>56</sup>venit. Peractis conventibus Cisalpinae Gallie, quod anno altero in animo habuerat ad Illiricum perrexit, ubi compositis quarundam motibus civitatum, parvo temporis lapsu magnum viæ spatium <sup>57</sup>emersus, per Italiam in ulteriorem Galliam ad exercitum rediit: id quod discedens jusserrat, classem amplius quam sexcentarum navium invenit instructam: collaudata militum industria et operibus præfectorum fide, classem ipsam ad portam, Icium tunc nomine, triginta tantum passuum milibus <sup>58</sup>ad insula semotum, quo nullus est aptior deduci imperat. Ipse autem <sup>59</sup>omnia in Treviros profici sci statuit: quod eos nec <sup>60</sup>consilia frequentare notaverat, nec imperia excipere. Ad

<sup>51</sup> Lege, quidem.—<sup>52</sup> Lege, vulneribus.—<sup>53</sup> Lege, ex Brit. reversis.—<sup>54</sup> Forte, his.—<sup>55</sup> Forte, His rebus.—<sup>56</sup> Lege, veniens.—<sup>57</sup> Lege, emensus.—<sup>58</sup> Lege, ab.—<sup>59</sup> Forte, omnino, vel potius, antea.—<sup>60</sup> Lege, concilia.

hæc Germanos ab eis sollicitari tama erat, quum ea civitas proxima Rheno est; omnium tamen Galliæ civitatum, equitatu præser-tim, potentissima. Erant in ea urbe ut assolet duo de potentia et prioritate certantes: horum nomina erant Indiciomarus et Cingetorix. Primus auditio Romani ducis adventu, equitum, peditum, quam maximas potest copias, atque omnia bello apta summo studio parabat: reliquam turbam, sexu vel ætate fragilem intra Arduenam silvam densissimam atque ingentem cum rebus fortunisque<sup>61</sup> omnium abdidit, ut curis aliis expeditior bello operam daret. Alter vero, contrario ut in talibus fieri amat consilio, statim Cæsari fines ingredienti sese obvium et obsequio promptum tulit: quem cum multi et ipsius amore, erat enim carus populo, et Romani exercitus timore sequerentur, [81] cognovit Indiciomarus se delusum et ab omnibus facile se posse destitui. Non animo ergo, sed consilio mutato sese Cæsari per nuntios excusavit, quod ad eum ab initio non venisset, ne principibus simul digressis, plebs per<sup>62</sup> justitiam falli posset, et a Romana fide pravis fortasse consiliis impulsa discedere. Cæterum se et civitatem ipsam in arbitrio suo esse, seque ad eum si præceperit, venire prono animo paratum. Cæsar quamquam non ignarus unde hæc dicta procederent, ne tamen tempus in Treviris tereret venire illum ad se jussit cum ducentis obsidi-bus, in quibus et filius ejus fuit et propinquus aliquot, quem venientem<sup>63</sup>levi oratione complexus ad Romanæ amicitiae perseverantiam cohortatur; cum primum esset ad amicitiam exhortandus. Trevirorum tamen primoribus nominatim Cingetorigem commendavit, non modo quia ille sit meritus; sed quia et sibi expediens videbatur amicum suum et populi Romani sua in patria multum posse, optimisque omnibus carum esse. Enimvero Indiciomarus cani rem tulit ægerrime; tantum sibi populariter gratiae demi sentiens, quantum adversario accessisset; quiique animo inimicus erat, hanc ob causam multo etiam inimicior factus est. Cæsar ex Treviris ad illum quem dixi portum Ieium venit cum exercitu: illie classem totam præparatam reperit, præter sexaginta naves quæ in Meldis factæ erant, quasque a reliquis procellæ maris averterant, atque ad littus unde solverant refecisse<sup>64</sup> farebantur: florem quoque totius Galici exercitus invenit quatuor milia: erant omnes fere principes Galliarum: quorum partem illam, quam sibi fidam rebus senserat,

61 Forte, omnibus.—62 Forte, inscitium.—63 Lege, leni.—64 Forte, ferebantur.

dimittere in animo habebat, reliquos omnes secum loco obsidum in Britanniam tracicere: hujus consilia causa erat, quoniam verebatur ne qui motus se digresso in Gallis <sup>65</sup>oriretur: quos praesentia fidelium et absentia perfidorum reprimi posse <sup>66</sup>arbabatur. [82] Erat inter alios Domnorix Æduus frater Divitiaci: hunc Cæsar ante alios secum ducere instituerat, quod et <sup>67</sup>cum magna apud suos opinionis esse noverat, et in Romanos pessimæ voluntatis: Sic ut interdum sicut supra diximus de ejus supplicio cogitasset: adhæc illum in consilio suorum jactasse constabat, delatum sibi a Cæsare patriæ suæ regnum, quam <sup>68</sup>per superbiam suù cives inquis tulere animis, sed potentiae suæ metu queri apud Cæsarem non audebant: his ex causis instabilem virum et natura novis semper rebus intentum, et hostilis animi post se dimittere expediens minime judicabat. Contra ille ut dimitteretur instabat, atque obnixus orabat, frivolas praetendens precibus rationes: hinc metum maritimi fastidii; quod tam parvo maris spatio utique magnum esse non poterat; hinc religionem nescio quam suam, qua se navigare prohibitum asserebat. Cæsar qui non minus animum quam vultum loquentis aspiceret, petitionem injustam constantissime repulit. Ille indignans circuire principes, ac terrere, et ne qua ratione Cæsarem sequerentur <sup>69</sup>hortari enim ‘callido consilio id agi, ut Gallia suis principibus spoliata facilius jugum Romanæ servitutis exciperet; ducere illos secum velle, non quod illis egeat; sed ut quod in Galliis non auderet; trans mare deductos interficiat.’ Movebant hæ voces infirmorum animos: ita ut aliquos juramento astringeret, quæ communi patriæ utilia essent, ut communi consilio gererentur: neque in omnibus Romanorum imperio ut Deorum pareretur. Nihil horum Cæsarem latebat. Verum adeo Divitiacum <sup>70</sup>diligebat; ut in illius fratre atque illorum cive, non justitiam sed clementiam exerceret neque suppliciis; sed nunc minis, nunc blanditiis niteretur illum ab iniquissima intentione retrahere. [83] Id cum frustra esset; ad eam curam vertit animum; ut omnia sibi illius consilia nota essent: proinde cum jam prope mensem ventis navigatione dilata, votiva demum tranquillitas affulisset; exercitum naves concendere Cæsar imperavit: multisque dolentibus, unus omnium Domnorix imperium detractare ausus cum equitibus Æduis <sup>71</sup>clas-

65 Lege, orientur.—66 Lege, arbitrabatur.—67 Lege, cum.—68 Per videtur aleendum.—69 Lege, hortari; callido enim.—70 Videtur addendum, Æduosque.—71 Lege, clam.

sem castris egreditur; et patriam versus iter arripuit. Quod cum Cæsar audisset, navigatione rebusque omnibus posthabitis, equitatus partem illum sequi <sup>72</sup>reducere; sin autem resistat, occidere præcipit. Ille cum equitibus assecutis redire ad Cæsarem jubetur, contumaciter obstare et fidem comitum implorare, seque et liberum et libera ortum in patria proclamare; equites Romani, ut jussi erant, vociferantem seque manu protegentem circumveunt et obtruncant. Equites autem Ædui duce amisso ad Cæsarem an volentes an inviti redeunt.

Post Domnorigis æquo amplius dilatam cædem, ad navigationem intermissam Cæsar animum reflexit. Et relieto in Galliis Labieno cum tribus legionibus et duobus milibus militum, qui et <sup>73</sup>portis defenserent, et exercitui oportuna transmittenteret: et si quod <sup>74</sup>non illis in terris emergeret, consilium temporis ac rebus idoneum non <sup>75</sup>deesse. Ipse occidente sole funem solvit; et prospero usque ad medianam noctem vento usus; et tunc tandem destitutus æstu impellente destinatum iter prætermiserat; die demum proximo ad illud ipsum littus ubi anno superiore descenderat sub meridiem est perventum, neque ullus hostis ibi inventus: multi quidem fuerant, sed ut ex captivis est cognitum, tam numerosa tamque instructa classe conspecta, stupore ac metu præurgente diffugerant, atque in montana conseenderant. Quod Cæsar intelligens, edoctusque ubi essent, castra metatus in littore, et praesidio castris ac navibus imposito, ad querendum hostes rapit exercitum, quibus per noctem appropinquans, [84] mane illos in conspectu habuit. Illi vicissim hostibus occurentes et ad ripam amnis altiore de loco impetum facientes, ab equitatu Cæsareo fusi sunt, in silvasque refugerunt. Ibi locum natura validum truncis ac transversis arboribus validissimum effecerant: eo tamen septima legio penetravit et quasi feras lustris ferro expulit. At dum profugos longius sequi vellet; propter locorum imperitiam a duce prohibita est. Hic quoque tempestas altera Romanam classem vexavit, ut se contemptum a gente mediterranea, penitus indignari atque irasci videretur Oceanus; et cœlestis ira <sup>76</sup>terrescere rursus pervicaciam coërceret. Non enim tantummodo <sup>77</sup>animi alterius æquavit incommodum sed transcendit. Quod ubi <sup>78</sup>Cæsar a Quinto Atrio, quem classi præfecerat,

<sup>72</sup> Addendum, ac.—<sup>73</sup> Lege, portus.—<sup>74</sup> Lege, novi.—<sup>75</sup> Lege, decesset.—<sup>76</sup> Lege, terrestrem.—<sup>77</sup> Lege, anni.—<sup>78</sup> Lege, Cæsari.

munitatum est, illico legiones quas ad insequendum quærendumque hostem miserat, ex itinere <sup>79</sup> provocavit: omissisque euris aliis ad instaurandam classem totum animum adjecit; ut nocturno pariter ac diurno militum labore <sup>80</sup> accepta calamitati sua jugis cura subveniat. Et primo quidem in subducendis navibus et cum castris uno ambitu concludendis decem dierum tempus expendit; ne quod vel a mari interim vel ab hostibus paterentur. Dehinc in eisdem reparandis quantum fieri posset non fabros tantum, qui exercitum sequebantur, sed accessitos ex Gallis fatigavit. Neque aut cura dueis, aut opera ministrorum fieri potuit, quin quadraginta naves irreparabiliter <sup>81</sup> periissent. Sic victorem hominum natura vincebat: scripsit præterea Labieno quem cis mare dimiserat, ut legiones sibi commissas extruendis classibus exerceret. [85] Rebus adversis utcunque compositis dux quietis impatiens ad solitas curas rediit et munitis castris et subductis intra vallum navibus, relictoque illis ut prius præsidio, ad hostes ire contendit; sed eos <sup>82</sup> ad miris auctos modis comperit, unum in locum confluentibus omnibus illorum copiis et duce electo; cui Casmellanio nomen fuit; hic bellicosus erat vir: semperque cum proximis debellare solitus: sed nunc majori externo bello territi Britanni, <sup>83</sup> seu discordes canes, viso lupo concordaverant. Omissisque domesticis bellis in Romanos versi, omnes huic uni viro velut omnium fortissimo, et insulæ totius imperium et ducatum belli unanimi deliberatione contulerant. Multa quidem apud scriptores de Britannorum moribus locus hæc continet, quæ sciens eadem ratione prætero; qua præterii Sueorum: mutata sunt omnia. Ecce enim exempli gratia, ita de iis scriptum est: leporem, gallinam atque anserem gustare fas non putant, quorum certe hodie non gustum modo, sed nec usum respnuunt. <sup>84</sup> Omittit illa stultiora de moribus: ad res gestas redeo. Est Tamesis Britanniae fluviorum primus, qui Trinoventum olim; nunc Londoneas insulæ illius urbem regiam <sup>85</sup> aluit: amnis est autem uno tantum ut ajunt loco, pedibus cum difficultate vadibilis: eo cum Casmellanus magnas copias contraxisset, supervenit ad locum Cæsar, hostibusque conspectis in adversa ripa præmisso equitatu et legionibus sequi jussis; vix credibili fervore amnem transiit; cum ex <sup>86</sup> aliquis non nisi capita peditum extarent, ut qui

<sup>79</sup> Lege, revocarit.—<sup>80</sup> Lege, acceptæ.—<sup>81</sup> Forte, perierint.—<sup>82</sup> Forte, jam.—<sup>83</sup> Lege, ceu.—<sup>84</sup> Lege, Omitto alia.—<sup>85</sup> Lege, alluit.—<sup>86</sup> Lege, aquis.

aquis madebant, sanguine siccos madefacerent, atque in fugam verterent. Et ut multa paucis expediam, circa hæc loca, plurima per id tempus variis quidem casibus gesta sunt prælia, uno tantum semper eventu: ubique Romani victores<sup>87</sup> non sine periculis licet multis ac gravibus, quod se hostes silvarum præsidio tuerentur, [86] et arrepta occasione e latebris erumpentes sœpe Romanas invadere legiones, seque illæsos unde venerant armorum levitate recipierent. Casmellamus ipse Britannici belli dux, aperti prælii spe amissa, omnem in silvis atque insidiis spem<sup>88</sup> locaret: et dimissis equitibus atque peditibus, solis essedariis utrorumque officia præstantibus utebantur. Nunquam tamen ille patentibus sed perplexis ac difficilibus sese locis credere ausus, ex abdito Romanorum actus atque itinera observabat, cum in aciem elici nullo posset ingenio,<sup>89</sup> adjuratque eum natura ipsa locorum usquequaque silvestrium. Hac Casmellanni dissidentia mutari status animorum cœperat, cogitantum aliquid magnum esse quod eorum fortissimus sic timeret. Itaque Trinovantes; quorum urbs totius insulae ea etiam tempestate firmissima ferebatur, sese Cæsari spontanea deditione commiserant: hi regem habuerant, quem Casmellamus occiderat: hanc deditiōnem acceptavit Cæsar alacriter, obsidibus imperatis ac frumento, quæ illi late et celeriter complevere: nihil aliud<sup>90</sup> petens quam ut occisi regis filium ab occisoris crudelitate protegeret. Qua in re Cæsar precibus non egebat, quum adolescens ille jam inde sibi ab initio carus erat; nempe qui ut manus sui hostis evaderet, ad eum adhuc in Gallia existentem supplex accesserat, susceptusque erat in gratiam. Trinoventum exemplum secutæ quinque urbes aliæ se consimiliter dediderunt. Ab his edoctus Cæsar qua in silva Casmellanus locum munitissimum, et<sup>91</sup> obicam cæsarum arborum ac paludum pene inaccessibilem haberet; atque ubi se tutiorem quam ullis in urbibus extimaret, his ipsis ducibus ad eum pergit: quem cum aliquantulum defendissent qui ad custodiā deputati erant; fuga<sup>92</sup> tamen præcipiti<sup>93</sup> relinquere; in qua multi hostium comprehensi occisi sunt: [87] multumque ibi pecoris inventum; locus expugnatus effractusque. Casmellanus his permotus rebus, quatuor Britanniae regulos, qui partes extremas insulae regebant, per legatos ad soli natalis auxilium invitat: jubet ut Romanam

87 Forte, licet non sine periculis multis.—88 Lege, locarat.—89 Lege, adjuvare, retque.—90 Lege, petentes.—91 Lege, obicem.—92 Lege, tandem.—93 Lege, reliquere.

classem et <sup>94</sup> castris per ducis absentiam indefensa quantis possint viribus invadant; parent illi, seu patriæ caritas, seu jussus superioris urgeret: cumque ad castra venissent, erumpentes Romani, multis occisis, et uno regum capto, cui Legotorix nomen erat, intra vallum sospites rediere: quo eventu et præsertim deditione urbium <sup>95</sup> magni ac magis Casimellamus animo concussus, ac <sup>96</sup> diffusus bello, pacem petiit, dditionem obtulit, et per Comium Atrabatem, quem ille in amicis, Cæsar inter fidos, numerabat, veniam impetravit. Cum enim Cæsaris esset intentio in Gallia hibernare, et jam finis prope esset aestatis, quæ multo ibi est brevior, quam in nostro orbe, mentionem pacis non invitus audivit, ne per hiemem intra insulam teneretur. Contentus reges viciisse ac cepisse, ac tributariam fecisse Britanniam, tributum annuum imposuit, obsides imperavit. Nam ut elegantissime ait Florus: ‘non provinciæ, sed nomini studebatur.’ In cunctis obtemperatum: illud expressum dedito <sup>97</sup> imparatum, ne qua in re Trinovantibus, aliquis <sup>98</sup> deditio Romanorum, ante alios Mandubracio <sup>99</sup> occiso regis filio noceatur. His explicitis, ad littus et ad classem rediit, navesque ut jusserat reparatas inveniens, conseedit cum exercitu et ingenti captivorum turba proximis præliis intercepta. Cumque Britannico de littore secunda vigilia movisset, ad Gallicum littus omnibus cum suis incolumis die proximo illucente, pervenit navigatione prosperima, quasi vel discessu gauderet Oceanus, qui doluerat de adventu; vel ut Florus idem ait, ‘se imparem fateretur, suo blandiens domitori.’

Hic vero parumper hæsit prosperitatis impetus Cæsareæ. [88] Erat eo forte anno propter cœli ariditatem frumenti præter solitum inopia. Ea res Cæsari persuasit ut legiones per hiberna distraheret, ne conjunctæ urbem unam aut alteram prægravarent. Quæ distractio reipublicæ pene totius in perniciem vertit. Sic fortuna interdum sapientissimorum <sup>100</sup> quorum hominum consilia versat ac dissipat. Erant quidem legiones præter unam, quamvis ab invicem sejunctæ, omnes tamen infra centum milia passuum, ut si necessitas ingrueret altera alteri opem ferre haud sane difficile viderentur; et præerant simul legionibus singuli legati: unam ex omnibus Transpadanam legionem in Eburones mittens cum quinque cohор-

<sup>94</sup> Lege, castra.—<sup>95</sup> Forte, magis ac magis.—<sup>96</sup> Lege, diffusus.—<sup>97</sup> Lege, imperatum.—<sup>98</sup> Lege, deditiis.—<sup>99</sup> Lege, occisi.—<sup>100</sup> Forte, quoque.

tibus, duos illi, quorum in praecedentibus mentio est habita, Quintum Titurium Sabinum, et Lucium Arunculejum Cottam legatos attribuit: forte ideo, quod aut minus <sup>1</sup>novo fideret legioni, aut suspicionem haberet <sup>2</sup>fide gentium illarum, Rhenum inter <sup>3</sup>Mosam degentium: quibus tunc in locis Ambiorix, vir <sup>4</sup>quidem calidissimus ac pessimus, simulque Cavalcus vir simplicior <sup>5</sup>insperabant: sed Ambiorix otioso (ut saepe accidit) collega negotia publica ventilabat: ambo tamen venientibus legatis obvii processerunt, et frumenta et quæ usui essent legioni convehi curaverunt. Sed ut sunt mobilia quorundam hominum ingenia: <sup>6</sup>mex acceptis <sup>7</sup>nuntios Induciomari Trevirensis, qui Cæsarem et Romanos odebat; ab obsequio ad rebellionem animos converterant. Itaque popularibus instigatis et suum in propositum adductis, jam aperte inimicitias exercere ausi, Romanis <sup>8</sup>colonibus circumventis, quasi magno proelio victores protinus ad castra prodeunt oppugnanda: quibus egregie non defensis modo; [89] sed emissu equitum victis hostibus ac repulsis, Ambiorix vincendi spe privatus, ad fallendi spem conversus, exclamat ut sibi aliqui ad colloquium mitterentur; esse enim qui de rebus communibus loqui velit; posse item colloquio diffiniri. Mittuntur duo, Romanus unus, alter Hispanus a Cæsare ad ipsum Ambiorigem nitti solitus. Hos Ambiorix sic alloquitur: ‘Ego,’ inquit, ‘Cæsari pro suis in me meritis multum debere profiteor. Ipse nam memini, omni eo, quod vicinis meis pendere <sup>9</sup>soleo, tributo me annuo liberavit. Ipse mihi filium ac nepotem, quos illi obsidum sub nomine habebant in vinculis, remisit. Nunc ego quod hic de oppugnatione castrorum accidit non meo consilio, sed patriæ imperio gestum est. Quicquid feci contra Cæsarem coactus feci: ita enim sum dominus, ut non plus ego in populo, quam in me populus meus possit. Neque vero ipsa hoc civitas ex se facit, sed coacta similiter: quo cogente, si queritur: consilio certe omnium Galliarum quum obstare non possit invita consentiat. Est enim (ne quid ignotum vobis patiar, quod vos tangat) consilium publicum, hac in re tanto omnium consensu, ut ne unus quidem discrepet: summa est ut hiberna omnia Romanorum uno tempore oppugnentur, ut suis quisque periculis occupatus aliis opem ferre non possit: hic oppugnationis præstitutus erat

<sup>1</sup> Lege, *nova*.—<sup>2</sup> Lege, *fidei*.—<sup>3</sup> Forte, *Mosamque*.—<sup>4</sup> Lege, *quidam*.—<sup>5</sup> Forte, *imperabant*.—<sup>6</sup> Lege, *mox*.—<sup>7</sup> Lege, *nunciis*.—<sup>8</sup> Lege, *Calonibus*.—<sup>9</sup> Lege, *solebam*.

dies: non potui ego, nec patria potuit mea, consilio ómnium, tam honeste præscitum, ut est consilium libertatis, obstare. Idque per facile fuerit cogitanti, me Cæsari neque nocendi causam si possum, neque si velim potentiam habuisse: ut enim fingar ingratus, non tam demiens, tamque inscius rerum sum, ut tantulis viribus expugnari posse credam P. Romanum. Nunc quoniam publicum debitum patræ exsolvi, volo privatim quod debeo persolvere. Moneo igitur et obtestor omnes, nominatim Titurium Sabinum pro jure hospitii, quod illi est mecum, ut indemnitati suæ suorumque provideat abeundo: magna enim Germanorum manus pretio conducta transiit: biduo aderit: unum bona fide polliceor, <sup>10</sup>viroque, tutum per meos fines iter fore. Ita et patriæ pro naturali jure consuluerο, [90] eamque hibernorum gravi fasce levavero; et Cæsari pro suis beneficiis vicem reddidero, legionemque servavero in consilio modo stet, haud dubie perituram.<sup>11</sup> His dictis ille abiit, nuntii ad legatos redeunt et audita renuntiant: subita re <sup>12</sup>periculosius ea quamvis ab dicerentur haud quam spernenda videbantur, eo maxime, quod Eburonum civitas tam parva, nisi aliae conspirarent, nunquam tam magna contra Cæsarem ausura crederetur, res ad consilium desertur. Ubi diu adversis sententiis altricatum est. Arunculejus Cotta et tribuni militum et centuriones plurimi secum sentientes, ‘neutiquam discedendum ex hibernis, absque ejus qui illos ibi locasset imperio, consulebant. Castra enim valida et munita, et <sup>13</sup>frumentariam abunde suppeterem. Quibus ita se habentibus et Eburones et Germanos si accesserint facile sustineri posse: interim vel a Cæsare vel a proximioribus hibernis auxilia ventura. Postremo nihil stultius quam in dubio de sua salute ab antiquo hoste consilium accipere.’ Contra ista Titurius Sabinus metum verbis augere et multa dicere, ‘non consilii auctorem; sed consilium extimandum, et non quis, sed quod quisque dicat attendendum. Credere se Cæsarem in Italianam profectum, quo præsente neque Eburones hoc ausuros, neque Caruntes principem suum <sup>14</sup>quam diebus illis occisoros. Galliam profecto odiis ingentibus inflammataam et contumeliis irritatam, nec videri sibi eam esse Galliam quæ solebat, sed aliam nescio quam externo subditam imperio, atque inopem gloriæ militaris. Germaniam Rheni transitu et Arioquisti fuga; ac morte

<sup>10</sup> Lege, juroque.—<sup>11</sup> Forte, perculti, quod ea, quamvis ab hoste dicerentur.—

<sup>12</sup> Lege, altercatum.—<sup>13</sup> Adde, rem.—<sup>14</sup> Forte, in.

victoriisque tam multis Romanorum pudorem inexpiablem concepisse: neutri jugum ferre propositum esse. Denique videri sibi non posse sine magna causa Ambiorigem ista consulere. Ceterum quæcunque illi sit mens; consilium ipsum undique tutum esse posse, in mora aliquid expugnationis aut obsidionis; in discessu autem nullum prorsus esse periculum: [91] nam si nihil ambigui sit, eos ad proximam legionem tuto calle venturos, nullum passuros nisi unicum viæ brevis incommodum. Si ut sua ferret opinio, metuendum aliquid instaret, nullum esse aliud quam in velocitate remedium: sie vel non inutilem certe, vel utilissimam esse profectionem: moram vel præsenti discrimini obnoxiam vel futuro: his Cotta fortisque viri alii acerrime resistebant. Itaque crescente litigio Titurius in collegam indignabundus exclamat, sic ut ab omnibus audiretur, et ‘vincite,’ ait, ‘si omnino sic est animus: non sum ego qui magis quam vos omnes mortem timeam: sed’<sup>15</sup> (et ostendit milites) ‘si quid advenit adversi, a te exigent rationem: quod si tu permiseris, eras suis commilitonibus conjuncti et se periculo exemerint et suo illos adventu effecerint tutiores: alioquin disgregati a suis, aut famis aut ferri subituri sunt.’ Rapitur interea consilium: milites utrumque circumstant, obsecrant, ‘ne sua dissensione periculum faciant, ubi periculum non est: seu abeant seu stent tuta esse omnia, modo sui duces unum sentiant: contra si dissentiant tutum esse nihil.’ Quid multa; ad medium noctem vigilando et disceptando res trahitur. In qua quidem curiosior fuerim fortasse quam debui, et potui, fateor, vel rem totam prætermittere, vel multo paucioribus perstringere: sed deum testor miseris hominibus de futuro consultantibus, et magno in ambiguo constitutis, ego qui exitum rei scio, non aliter scribendo compassus sum, quam si futura nunc etiam res ipsa et notus mihi miserabilis finis esset, cui occurrere nec consilio possem nec auxilio: ea me compassio diutius quam volebam in hac narratione detinuit: quam tibi o lector sic expedio. Tandem ergo non ratione<sup>16</sup> collega pertinacia victus Cotta consentit: et quod crebrum in consiliis, pars deterior meliorem vincit: ediciturque militibus diluculo profecturos: neque tamen noctis quod supererat somno datum, sed ad auroram usque vigilatum est, occupatis omnibus quod efferre secum possent quid relinquere cogerentur. [92] Ubi primum illuxit castris egrediuntur securi, quasi consilium obeundi non ab

<sup>15</sup> Adde, *hi.* — <sup>16</sup> Forte, *sed collegæ.*

hoste perfido ac versuto, sed a prudente et fido amico aliquo datum esset. Securi autem Sabinus et qui suæ sententiae fuerant. Cotta autem et qui secum senserant fraudis <sup>17</sup> aliquid subesse taciti cogitabant: hostis proditor, qui nocturnis vigiliis, et confuso castrorum murmure ituros mane præsigiebat, nec quod ituri essent dubitabat ad proximam scilicet legionem, oportuno eos in loco expectabat. Erat viæ medio procul a castris ad duo milia passuum vallis nemorosa ac difficilis: illic locarat insidias: cum in eam vallem Romana acies descendisset, hostes ante retroque ex insidiis erumpunt, ut nec primis exceedere, nec ultimis retrocedere licitum <sup>18</sup> esse: iniquissimis pugna locis instituitur: et quoniam natura comparatum est improvisa pericula magis animos dejicere, Titurius, qui secura sibi omnia finxerat, pavere cœpit, atque omni bellica arte destitui. Contra autem collega ejus, qui hoc eventurum præviderat, atque ideo iter illud dissuaserat, quolibet boni simul et <sup>19</sup> multis et ducis officio funetus, pugnando pariter et hor-tando nihil omnium prætermisit, quæ ad salutem suorum militum pertinerent: hostis qui expertus agnosceret, suos Romanis in <sup>20</sup> augusto impares, edicit ut telis eminus hostem petant, propius non accedant neque manum conserant, sed instantibus parum recedant, instentque cedentibus. Et locus ipse ducis consilium adjuvabat: pugnatum est a primo mane ad horam diei octavam: cum Romani milites multis licet vulneribus affecti, et a fortuna et ab alterius ducis auxilio <sup>21</sup> destitui acriter tamen adhuc <sup>22</sup> ad suo, hoc est Romano more certarent: tum demum fortissimis viris e legione, partim sauciis, partim cæsis; cum et ipse jam legatus Cotta, in quo spei summa erat, [93] gravi ictu funda jacti lapidis os contusus, solitis muneribus obeundis invalidus redderetur; inclinare res cœpit ac ruere. Titurius tune primum intelligere incipiens sui pertinacis consilii vanitatem, omni spe defensionis omissa, Romanæ vir fortassis originis, non Romanæ virtutis, Ambiorigem ab adverso suos instigantem prospiciens, interpretem quendam ad illum hospitem suum misit oratum ut sibi suisque militibus parceretur: omni indignum vita virum, qui suppliciter adeo vitam poscat, hostis ab hoste, Romanus a barbaro. At ille hospes egregius non contentus fidem publicam fregisse, nisi privatum jus hospitii, illa ætate religiosissimum, violaret; respondit interpreti, posse Titurium si libeat

<sup>17</sup> Forte, *aliquid*.—<sup>18</sup> Lege, *esset*.—<sup>19</sup> Lege, *militis*.—<sup>20</sup> Lege, *angusto*.—<sup>21</sup> Forte, *destituti acriter tamen*.—<sup>22</sup> Lege, *ac.*

ad colloquium pervenire, non se desperare Romanorum militum salutem a suis militibus impetrari posse: sibi vero si veniat, nihil esse periculi, inque hoc suam se fidem illi obligare. Credidit verbis miser et illi fidem habuit a quo tunc maxime prodebatur. O seu error ingens seu vitæ cœca cupiditas! ante <sup>23</sup>tantum quam ad hostium pergat, propositum suum collegæ aperit, velle se ad Ambiorigem proficiisci, spem sibi salutis ostendi, posse eum quoque si velit secum ire: negat Cotta, et ut fracto ore loqui poterat: ‘Non ibo’ (inquit) ‘ad armatum hostem.’ Cumque hac fixus in sententia permaneret, nec divelli posset, Titurius, et tribunis militum et centurionibus sequi jussis, ivit ipse quo destinaverat, et quo sua illum sors trahebat. Cumque ad Ambiorigem propinquaret, jussit ille sibi in primis ut arma deponeret, et (o pejus morte, o Cæsareis armis insuetum dedecus) paruit hac in re barbari imperio Romanus, et parere comites præcepit: tum demum cum inermi de pacis conditionibus agi cœptum: cumque de industria proditor tempus trahit, circumfusi sensim barbari Titurium obtruncant: qui secum exierant quanta possunt ad suos celeritate confugiunt: hostes barbarico ululatu victoriam conclamantes in Romanos ruunt, una vallis parte condensos, [94] jamque vix impetum sustinentes, ibi Arunculejus Cotta fortissime dimicans occiditur: vir haud dignus qui alienæ stultitiae poenas daret. Multi alii præterea, inter quos fuit Lucidius Petrosidius vexillifer turba circumventus ingenti, aquilam, <sup>24</sup>neque sibi extorquerent, cum in castra jactasset, ipse generoso impetu mediis sese hostibus inferens occubuit: milites ducibus spoliati multo labore ac virtute usque ad noctem locum ubi constiterant defenderunt. Nocte autem desperata undique salute, ne vivi in manus hostium pervenirent, indomiti spiritus sese <sup>25</sup>omnibus manibus propriis peremerunt, præter paucos qui per diem prælio dilapsi, incertis hinc inde tramitis ad legatum alium Titum Labienum tristes nuntii præcesserant. Et hic quidem infastæ legionis interitus fuit, inter tres belli externi adversitates Cæsareas numeratus: ubi admonuisse lectorum velim; quod Suetonius Tranquillus auctor certissimus, Germanorum hoc in finibus accidisse ait: Julius autem Celsus comes et qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum refert. Non est autem magna dissensio cum et tunc conterminæ nationes essent, omnesque hodie sint

<sup>23</sup> Forte, tamen, quam ad hostem.—<sup>24</sup> Lege, ne sibi.—<sup>25</sup> Lege, omnes.

Germani. Posthæc Ambiorix iniquissimi voti compos ad graviora se præparat: perque vicinas gentes odio raptante discurrit, legatos duos et magnam partem Romani exercitus perisse dictitans monet, orat, obserat, ne vindictæ et recuperandæ in perpetuum Gallicæ libertatis <sup>26</sup>labi per ignaviam patientur: ardentes inflammare per facile est. <sup>27</sup>Conjuravit igitur concurruntque, et unius hortatu multi insanunt, factoque agmine ad alia Romanorum castra perveniunt, ad ea scilicet quibus Quintus Cicero magni Ciceronis frater præerat. <sup>28</sup>Nec vir ingentis animi, sed nullarum virium. Eo itaque cum venissent, quo acceptæ cladis nondum fama pervenerat, aliquot lignatores nil tale metuentes in silvis, [95] quo munitionis castrorum causa perrexerant, adventu hostium subito capti sunt, hanc velut arrham victoriae tenentes magno impetu castra invadunt. Romani usque ad vesperam circa defensionem occupati, per noctem ex confecta jam ante materia, centum viginti turres in castrorum ambitu attolunt, <sup>29</sup>tunc mira velocitate, ut mane hostes attoniti non humanum opus, sed monstrum aliquod sibi cernere viderentur. Multis deinde continuis diebus, hinc ad defensionem, illine ad oppugnationem castrorum multa utrimque pertinacia animorum atque obstinatione certatum est. Dum Galli perpetuae victoriae hic repositam spem putarent: Romani autem periculum cognoscentes, nihil omitterent, et quod luci defuisset, nocte supplerent, ut vix ullum sopori tempus indulgeretur: non ab aliis modo, sed ab ipso duce, cuius imbecillitatem milites miserati nonnumquam recusantem illum ad requiem compellebant. Ipse vero jampridem primo ab obsidionis die, de statu rerum Cæsarem facere certiorem nisus erat, sed præclusis itineribus et comprehensis nuntiis frustra fuerat. Tentatum in his etiam hibernis fuit, quod in aliis paulo ante successerat, ut Romani et conjuratæ Galliæ et Germanici auxiliæ metu incusso, et comitum recentis casus memoria admoniti, abeant quoconque libuerit intacti. Non se enim Romanos odisse, nec Ciceronem, neque omnino quidquam aliud Romani imperii recensare præter importunam hanc consuetudinem hibernorum; qua sublata, cætera omnia facile conventura, proinde paratam illis esse securitatem ac licentiam abeundi. Ad hoc Cicero longe aliter ac Titurius; ‘non esse Romanis morem’

<sup>26</sup> Videlur deesse, *occasionem*.—<sup>27</sup> Lege, *conjurant*.—<sup>28</sup> Lege, *Hic*.—<sup>29</sup> Lege, *tam*.

ait, ‘ut conditiones pacis ab armato hoste suscipient. Quod si arma posuerint et legatos ad Cæsarem miserint, se illis, ut petita obtineant, apud suum ducem precibus afflaturum, <sup>30</sup>ne diffidere illos justis <sup>31</sup>cum petitionibus facilem reperturos.’ Amissa ergo spe fallendi, in vim studium omne translatum est: [96] et ad legionem unam oppugnandam quanta hostium turba confluxerit, vel hinc liquet, quod munitiones quindecim milia passuum in circuitu, horis tribus non integris, et explevere, et suis locis vires additæ, munitæque obsidionalibus instrumentis: quibus in rebus ab ipsis Romanis præcedentibus amis edocti erant, et nunc captivorum quorundam Romanorum consilio atque opera juvabantur. Multis diebus duravit oppugnatio: et diebus quibusdam, ventis forte vehementibus, igne arida in castra jactato, cunctisque intus ardentiibus, res in ultimum est adducta discriben. Tanta autem Romanorum militum virtus fuit, ut cum et telorum procellis urgerentur, et flammis afflati ac semiusti essent, et fortunæ eorum incendio omnes absumerentur; nunquam aliquis aut ad illas oculum reflecterent, aut momento temporis a defensione cessarent. Et quamquam Romanis dies ille durissimus, nihil tamen levior Gallis fuit, eorum plurimis vulneratis atque occisis: ita ut intrinseci, deserta statione quam defendebant, hostes nutu frontis ac <sup>32</sup>veber ad introitum invitarent; neque omnino qui introire præsumeret inventus est aliquis. Erat in Romana legione par virorum fortium, quorum minime mihi quidem prætereunda <sup>33</sup>videretur historia: alteri Titus Pullo, Lucius Vorenus alteri nomen fuit: his perpetuum inter se de virtute erat ac superioritate certamen: unoquoque ad summum <sup>34</sup>tota nitente, neque sponte alteri cessuro: dum ad munitiones igitur res <sup>35</sup>ververet Pullo exclamans: ‘Quid agis Vorene,’ (inquit) ‘seu quid cogitas? nostrarum litium dies iste sententiam feret.’ hæc dicens castris egreditur, communionemque hostium, qua densissima erat irrumpit: nec Vorenus segnior, seu virtutis stimulis adactus, seu metu infamiae æmulum consequitur. Pullo cum ad jactam teli pervenisset, unum hostium, qui se ante alios ferebat, [97] pili emissione transfigit. Currunt contra unum <sup>36</sup>milia et cadaver suum clipeis protegentes, hostem telis omnes premunt, redditumque ejus impediunt. Jam scutum sagittarum una trajececerat, balteoque haserat, dexteramque ad capulum reflectenti

<sup>30</sup> Lege, nec.—<sup>31</sup> Lege, cum.—<sup>32</sup> Lege, vocibus.—<sup>33</sup> Lege, videtur.—<sup>34</sup> Pro tota videtur legendum, locum.—<sup>35</sup> Forte, ferveret.—<sup>36</sup> Lege, mille.

obstabat: sic implicitum hostes premunt: æmulus adjuvat, fertque illi quem odisse consueverat auxilium: in hunc, primo omisso, tota acies ruit: ipse stricto gladio seque et illum potgens, uno hostium occiso, parumper alios submoverat: sed dum ardentius invehitur, e loco altiore excidit: cui confestim Pullo afflit, et similiter circumventum e manibus hostium expeditus et nudato jam gladio metuendus eripuit: sic illæsi ambo ad suos multis hostium cæsis, et adhuc ambigua lite virtutis evasere. Cæterum quanto indies durior obsidio, et vulneribus interiore militia afflita, decrescetebat numerus defensorum, atque hostium augebatur: tanto Cicero attentius cogitabat, de statu rerum nuntios ad Cæsarem destinare, quorum aliqui in hostium manus lapsi, et sub oculis suorum crudelibus <sup>37</sup> supplicibus interfecti, reliquos merito terrore compleverant. Inventus est tandem servus unus e Gallia, qui libertate et magnis præmiis promissis, literas jaculo insertas, Gallus non suspectus Gallis, ad Cæsarem detulit. Qui ut erant rebus cognitis, legiones sibi omnes expectandas non existimauit, ne mora periculum allatura esset, evocatis proximis, satius <sup>38</sup> dixit cito cum paucis, quam tarde cum multis proficisci. Convenerunt qui vocati erant omnes. Labieno scripserat, ut si reipublicæ commodo posset ad se veniret. Ille rescripsit, legionis et legatorum cæde sublatos animos hostium, et omnem potestatem Trevirorum ad tria milia passuum in armis esse: si discedat hoc in statu, non profectionem, sed fugam potius visum iri; nec præterea suum iter vacare periculo. [98] Cæsar quamvis ad paueos redactus, legati <sup>39</sup> tum consilium approbavit: dumque ad hostes properat, in itinere audivit, quanto apud Ciceronem in discrimine res essent. Illius ergo sollicitus, Gallum equitem quandam promissis ingentibus impellit <sup>40</sup> lites suas ad Ciceronem ferat, et si castra ingredi nequeat alligatas jaculo intra vallum jaciat: paret ille; et ad castra cum venisset, accedere metuens, ut jussus erat litteras jaculatur. Ille casu quandam in turrim inciderunt; neque a quoquam ante diem tertium visæ sunt; tunc conspectæ a quodam milite detrahuntur, et ad ipsum cui inscriptæ erant Ciceronem perlatæ, atque in concilio militum recitatæ magna omnes fiducia et gaudio replevere. Erat autem per brevis epistola, ne a barbaris posset intelligi, scripta litteris Græcis hac sententia. ‘Ego jam cum legionibus iter arripui:

<sup>37</sup> Lege, *suppliciis*.—<sup>38</sup> Lege, *duxit*.—<sup>39</sup> Lege, *tamen*.—<sup>40</sup> Forte, *literas*.

confestimque adero: tu virtutem tuam ut pristinam retineas quæso? Accessit ad spem fumus ex ea parte prospectus, qua venturus erat Cæsar, <sup>41</sup>ut villarum incendia, signa propinquantium legionum. Galli de adventu hostium ab exploratoribus edocti, omissa obsidione castrorum, venientibus obviam eunt. Quod ut Cicero intellexit, eum ipsum qui primas tulerat, cum litteris aliis mittit ad Cæsarem, monens ut iter suum caute peragat: hostes enim omnes se dimisso contra eum properare. Erant autem armatorum sexaginta milia. Cæsar literis nocte perceptis, exercitum de contentis in eisdem admonet. Jubet fortibus esse animis et ad prælrium paratis: primo mane castra movet, et ad quatuor milia passuum progressus hostem videt, quem repente aggredi loco iniquissimo periculosum, et Cicerone liberato dilationem tutam ratus, substitit, et locis idoneis castra metatus est quantis quivit angustiis, id agens, ut sic hostibus contemptum suæ paucitatis objiceret. Erant enim vere pauci, vix septem milia, sed virorum et impedimentis dimissis, [99] videbantur etiam pauciores, et arte ducis effectum erat ut paucissimi viderentur. Tantus denique contemptus fuit, ut mane proximo ad castra hostes <sup>42</sup>occiderent: Cæsar vero equitatum parumper prælio expertus, quasi <sup>43</sup>trepidantis in castra retraheret, et portas claudi et <sup>44</sup>portas undique communiri multa cum simulatione metus imperaret. Tanto enim <sup>45</sup>tantoque invicto erat animo, ut de tanta hostium multitudine nil timeret, nisi ne prælrium detrectarent. Denique quod omnes cupiunt, iste unicus metuebat fugam inimicorum. Illi vero conspicentes quæ apud Romanos gerebantur, et formidinem <sup>46</sup>arbitrari, e loco ubi constiterant altiore descendunt, et transmisso rivo quo ab invicem separabantur, urgente impetu animorum inquis aciem locis instruunt, et castra primum telis, mox et manibus invadunt; et eo usque contemptus excreverat, ut præconeſ circum castra dimitterent, qui et Gallis et Romanis edicerent æque licitum utrisque ad se si velint ante horam tertiam sine periculo transire: post eam horam non licere. Cæsar ubi animadvertisit sic esse omnia apud hostes ut optaverat, signo dato subito castris crumpens, sua cum contemptibili paucitate multitudinem illam insolentem et confidentia obstupentem <sup>47</sup>numeraculo eruptionis aggreditur: omnes in fugam vertit, occiditque

<sup>41</sup> Lege, et.—<sup>42</sup> Lege, accederent.—<sup>43</sup> Lege, trepidantes.—<sup>44</sup> Forte, omnia undique.—<sup>45</sup> Lege, tamquam.—<sup>46</sup> Lege, arbitrati.—<sup>47</sup> Lege, miraculo.

quamplurimos atque exarmavit: multo plures occisurus nisi profugos insequi silvis de more terrarum ac paludibus vetaretur. Cœpto itaque progressus itinere eodem die salvis suis omnibus ad Ciceronis hiberna pervenit. Turres quas in circuitu erexerant, atque opera hostium miratus, inveniensque e militibus legionis illius vix decimum quemque sine vulnere: quanta ibi cum virtute res gesta esset agnovit et Ciceronem et legionem ergo dignis laudibus celebrans, [100] centuriones nominatim et tribunos militum, ut cujusque virtus atque operatio merebantur. <sup>48</sup> Postremo die concione advocata, confirmavit suorum animos, solaturque super damno, fraude hostis, et legati temeritate suscepta: ostendens cœlitum favore et virtute militum, illius malis artibus quæsitæ victoriæ haud longævam fuisse lætitiam: consequens esse, ut nec eis diuturnior dolor sit. Hujus fama victoriæ ad Labienum tanta velocitate perlata est, quod cum hora diei nona pugnatum esset, ante medianam noctem Rhemi ad castrorum portas quæ sexaginta passuum milibus aberant, jubilantes viciisse Cæsarem nuntiarent. Qua re latius vulgata, Induciomarus, <sup>49</sup> omnia castra Labieni in crastinum adoriri propositum erat, cum omnibus suis noctu abiit, Trevirimque repetiit. Cæsar in hiberna concessit, nullum in eis otiosum diem agens, quin quotidie legatos et exploratores undique destinaret, per quos statum ac propositum civitatum nosceret: tanti et tam crebri motus Galliarum omnium ferebantur, et clandestina sæpe concilia, et nocturna etiam in silvis <sup>50</sup> habere colloquia, et ad summam pacati nihil audiebatur. Inter cætera Lucius Roseius qui tertiae decimæ præerrat legioni nuntiavit copias ingentes Gallorum ad oppugnanda ejus castra venientes accepta victoriæ suæ fama subito fugientibus similes abiisse. Quibus indicis unum contra se animum Galliarum luce clarus intelligens, non tamen destitit. Evocatis ad se principibus, hos blanditiis, et hos minis quanta quivit diligentia in obsequio studuit retinere. \* Idque ad continuum hic male studium fuit Senones, quorum inter omnes et fama et auctoritas magna erat, Cavarium quendam, alibi Cavarinum invenio, stirpis regiæ, quem Cæsar illis regem dederat, publico de consensu occidere voluerunt. Cumque is fugæ præsidio mortis periculum evasisset, persecutis suis <sup>51</sup> cum finibus expulerunt. Cum autem super his excusatum legatos ad Cæsarem misissent, [101] atque ipse senatum civitatis

<sup>48</sup> Lege, *Postcro.*—<sup>49</sup> Forte, *cui.*—<sup>50</sup> Lege, *haberi.*—<sup>51</sup> Lege, *cum.*

ad se venire præcepisset, minime paruerunt. Tanta omniaibus cupiditas novandarum rerum erat, ut nihil eis ad <sup>52</sup> debellandum præter ducem defuisse videretur: qui ubi afflit mox emersit occultata rebellio. Sic opinio inveterata prævaluera, qua in rebus bellicis Galli omnibus se gentibus præferebant <sup>53</sup> præferendi esse ab aliis credebantur; ut Romanorum imperio subesse pudendum sibi ac miserum judicarent, et omnes penitus aut rebelles, Cæsari fierent aut suspecti, præter Rhemos duntaxat atque Aeduos, quos ille summo semper habuerat in honore. Principes rebellionum multi erant, inter quos Induciomarus. Treviri magnum sibi locum quadam animositate præsumpserant, legatos trans Rhenum mittendo, pecunias promittendo, magnam partem Romani exercitus interfectam, et superstites metu semianimes asserendo: neque tamen aut mendaciis aut promissis movere animos potuerunt, memores Ariovisti et bellorum cum Romanis infeliciter expertorum. Destitutus Induciomarus a Germanis, ad Gallica se convertit auxilia, et tantum valuit audacia, ut nomen atque opinionem magnanimitatis arriperet, atque adeo ad eum legati omnium gentium hinc inde concurrerent, et ipse fatus hac fiducia <sup>54</sup> consilium indiceret, quod armatum appellabant, ad quod armati omnes puberes convenient: et venisse novissimum capitale erat. In eo consilio inter multa Cingetorigem adversarium, licet generum, suis publicatis bonis, publicum <sup>55</sup> denuntiat, quod Cæsarem sequeretur. Hinc edicit, iturum se ad Senones et Carunes, urbesque alias, a quibus <sup>56</sup> repetitus atque expectatus sit: transiturum vero per Rhemorum fines, eosque populaturum: ante omnia tamen oppugnaturum castra Labieni, quæ vicina essent; et quid in his exequendis facto opus sit exponit. [102] Sic <sup>57</sup> consilio celebrato, et auxiliis hominum atque equorum a finitimis collectis, Galliæque omnis exulibus atque damnatis ad se blanda prece allctis, et spe uberi præmiorum ad invadenda Labieni castra progredivit. Ille autem, ut horum nihil ignorabat, sic nil penitus omnino metuebat, situ et munimine loci <sup>58</sup> visus: quærebat tamen, ardentiissimo hosti si qua nocendi se offerret occasio. In hoc unum intentus, Cingetorigem et amicos alios nuntiis sollicitat, et ad certum diem sibi quanto valeant equitatu adsint: parere parant omnes. Interea Induciomarus nunc inexpugnabilem loci

<sup>52</sup> Lege, *rebellandum*.—<sup>53</sup> Adde, ac.—<sup>54</sup> Lege, *concilium*.—<sup>55</sup> Videtur attendum, *hostem*.—<sup>56</sup> Lege, *expelitus*.—<sup>57</sup> Lege, *conclito*.—<sup>58</sup> Lege, *fusus*.

situm intuens: nunc <sup>59</sup>minus et tunc tela jaciens indies, propinquis castris obequitat, et Labienus in castra sese continens, maiorem quotidie metum fingit: magisque et magis hostium crescit audacia, donec <sup>60</sup>intermissis clanculum equitibus intempesta nocte, et re summo studio suppressa, ut nec sciri, nec ullis indiciis posset intelligi: reversa luce ipse etiam Induciomarus ex more revertitur et insultat castris, intraque <sup>61</sup>vallem tela jaciuntur a suis, et contemptissime Romani milites altis vocibus ad prelum advocantur. Obstinato illi silentio sese tenent. <sup>62</sup>Galli loco militum nihil hostium tribuentes, tandem ad vesperam ut solebant <sup>63</sup>scandio fessi sparsim abeunt: quos ubi late effusos Labienus vidiit, subito patefactis castrorum portis erumpere equitatum jubet, præsagiensque quod accidit; ‘Nemo,’ inquit, ‘aliquem feriat, donec Induciomarus imperfectus sit, ne forte alios feriendo ille spatium habeat evadendi:’ tamen præmia interficientibus proponit ingentia: mox egressis equitibus, electorum peditum submittit auxilia, ut jussi erant faciunt. <sup>64</sup>Inopiam repercussis ac fugientibus hostibus, ex adverso autem in unum intentis omnibus, in medio fluminis alveo Induciomarus circumventus occiditur, [103] caput truncum Labieno reportatum est: hinc in cæteros factus est impetus ac plurimis imperfectis, sero redditum in castra: re ut erat in vulgus effusa, Eburones populi alii qui Induciomari hortatu coierant, et in armis erant, territi dilabuntur: et ex illo aliquamdiu pacacior Gallia Romanis ducibus fuit.

Neque his tamen fisus Cæsar et Gallorum mores animosque experimento agnoscens maioresque undique rerum motus expectans detrimenta militum per eos dies <sup>65</sup>recepta reficere cogitabat. Itaque et dilectus novos per legatos habuit, et ope Cneji Pompeji magni proconsulis, cuius ea tempestate potentia Romæ ingens erat; tunc quidem generi et amici sui, tanti mox futuri hostis, obtinuit ut tres sibi legiones ante hiemis exitum adderentur, et cohortes qui cum Titurio perierant duplicarentur, dicens quod verissimum erat, non in præsens modo, sed in omne tempus expedire reipublicæ, persuasum <sup>66</sup>et Galliae et mundo, tantas esse vires Italiae, ut non solum damna bellis accepta cito restaurari, sed copiæ etiam duplicari possent; quod ipse tunc et brevitate temporis, et magni-

<sup>59</sup> Lege, minas.—<sup>60</sup> Lege, intromissis.—<sup>61</sup> Lege, vallum.—<sup>62</sup> Forte, Galli loco multum, nihil hostibus tribuentes.—<sup>63</sup> Forte, tædio.—<sup>64</sup> Forte, Inopina re percussis.—<sup>65</sup> Lege, accepta.—<sup>66</sup> Adde, esse.

tudine copiarum liquido notum fecit. Et Induciomari quidem morte Galliarum rebellio non quievit: propinqui ejus ut imperii et propositi successores, omnes quos poterant concitantes, Ambiorigem jam Romanis scelere suo invisum sibi sociant. Sentiens Cæsar Senones eum Caruntibus conjurasse, Germanos in bellum a Treviris excitari; multos jam populos esse in armis, et servare euncta tumultibus; nihil <sup>67</sup> deferendum existimans, ante hiemis finem et ante omnium opinionem fines hostium improvisus aggreditur, et nullum eis deliberandi aut conveniendi spatium relinqueus, late omnia populatur, et præda militibus permissa; multos hostium datos in deditio[n]em recepit; tum quasi nihil egisset in hiberna revertitur. Inde veris initio, Galliæ concilium <sup>68</sup> indicat. [104] Convenerunt omnes præter Treviros et Senones et Caruntes: horum ille contumaciam quasi quandam belli arrham accipiens; ne hanc rem negligere videretur; concilium ad Lutetiam Pariseorum rursus indicit: hi Senonibus proximi sunt. Inde igitur profectus in Senones, tam repente, ut nec fugæ illis nec defensionis copiam daret, resipiscentes et per legatos veniam postulantes Eduorum precibus motus admisit; centum datis obsidibus, quos servandos Eduis dedit: secuti Caruntes deditio[n]is exemplum, et obsides miserunt, et Rhemorum precibus veniam meruerunt. Sic in animis tunc Gallorum odium metusque certabant, ut primo pacem servare <sup>69</sup> incipere se, secundo bellum gerere vetiti, perpetuis atque incertis motibus <sup>70</sup> fluctuarunt. His incidenter exactis ad concilium Cæsar redit, et federatis civitatibus equitatu indicto, et parte Galliæ pacata, toto animo conversus in Treviros perfidumque Ambiorigem eo proficiisci instituit. Et cum Senonum equitibus Cavarinum regem gentis secum duxit, ne si eum domi relinquaret, vel ex odio populi in eum, vel ex ira ejus in populum, aliquis in urbe motus oriretur. Erant sane Menapii confines Eburonum, Ambiorigis hospites, amici etiam Germanorum. Cæsar Ambiorigem se prælio committere non ausurum pro comperto habens, hos auxiliares sibi præripere censebat utilius, quam ipsum illum bello aggredi: ne sic eum in fugam atque in latebras cogeret, quod nolebat: duabus igitur legionibus, cum omnibus impedimentis exercitus missis ad Labienum, Trevirorum tunc in finibus ut diximus hibernantem; ipse cum reliquis (erant autem quinque expeditissimæ legiones) in

<sup>67</sup> Lege, *differendum*.—<sup>68</sup> Lege, *indicit*.—<sup>69</sup> Lege, *incipientes*.—<sup>70</sup> Lege, *fluctuant*.

Menapios pergit: atque illis pugnam detrectantibus silvarum obiciis ac paludum, omnia populatus, nihil ferro flammisque liquit intactum: donec <sup>71</sup> male coacti, datis obsidibus pacem precibus impetrarent: hoc præcepto; ne vel Ambiorigem vel ejus nuntios intra suos fines admitterent: alioquin pacem præstitam nullam fore. [105] Interea Treviri quietem perosi, Labienum invadere decreverant magno equitum ac peditum apparatu: turpe sibi pudendumque censemtes unicam legionem eis invitatis castra suis in finibus habere: sed dum eunt, viae medio duas legiones supervenisse sentientes, subsistere et expectare Germanorum auxilia decrevere. Labienus de temeritate hostium sperans; dimisso præsidio hibernis; illis obviam procedit et prope eos mille passuum spatio consedit; flumen erat in medio rapidum, ripis exstantibus, quod nec sibi transire propositum, nec transitum iri ab hostibus spes erat. Crescebat interim indies auxilii fama Germanici; hinc naetus occasionem, consilium advocat et clara voce coram omnibus: 'Audio,' inquit, 'ingentes Germanorum copias adventare: non est animus; meque et exercitum in discrimen mittere: eras prima luce movere et hinc abire disposui: estote igitur ad officium parati.' Erant Galli in exercitu, qui quamquam sub Romanis signis militarent, naturali tamen patriæ amore tenebantur: neque certe aliter fieri poterat, quin ex tam multis aliqui sic affecti essent, ut magis originis quam militiae meminissent: per hos statim hostibus innotuit: neque Labienus aliud eventurum arbitratus fuerat; neque alium ad effectum verba illa <sup>72</sup> mihi consilio dixerat: mox igitur clam accitis tribunis militum et primis exercitus; sui consilii rationem pandit, quod ne inefficax sit, singulari pavorem et omnia tumultuosius fieri jubet: paretur, fiunt singula ante tempus, trepidatione ac fremitu insolito; et ipse fragor abeuntium et exploratorum dieta conveniebant, Romanos fugere, non abire. Conclamant hostes 'lentam esse Germanorum expectationem; nec priscae Gallicæ virtutis, tantis hominum armatorum milibus, paucos Romanos fugientes insequi non audere:' hoc inter, magno impetu castris erumpunt, flumen transeunt, et iniquo copias exponunt loco. Labienus ut præviderat rem succedere intelligens; per inceptam simulationem, lento tamen procedebat gressu, [106] donec insequentes quo destinaverat produxisset. Tum conversus, 'oblata,' inquit, 'o milites facultate pugnæ prosperioris utimini: habetis hostem, et iniquitate loci, et suo errore suaque

dementia circumventum; præstate mihi semel, quod imperatori nostro totiens præstistis; Agite ut soletis; et adesse illum credite, et videre quæ geruntur omnia; cuius sub oculis tam multa sœpe gessistis egregie? hæc dicens, celsiore loco sepositis parumper impedimentis, appositisque præsidiis, totam aciem in hostes obvertit, et horrendo horruit clamore. Illi quos ut profugos sequebantur, ad se tanta redire constantia admirantes et attoniti, vix primum tulere impetum, seque effusa fuga proximis occulere silvis. Instant Romani acriter; et victis principibus conjurationis, multis in acie, multis in fuga cæsis, multis etiam captis; Germanis insuper, qui et si primum negassent, expugnati donis ac precibus tandem eis auxilio veniebant, ad rei famam reversis ad propria: civitatem omnium jam spe et præsidio destitutam recipit: et Induciomari necessariis fuga elapsis; Cingetorigi, qui Romanis fidus ab initio in finem fuerat,<sup>73</sup> libertate patriæ regnum datur. Ad hunc modum Cæsar, non per se tantum, sed per legatos etiam, qui sub eo virtutem militiamque didicerant, et ejus exempla sequebantur, maximas res agendo per diversa terrarum, sui Romanique famam nominis attolebat. Quem cum venisset in Treviros voluntas cepit Rhenum iterum transeundi. Duplex huc animum urgebat causa; et quod hostibus auxilia, licet sera transmiserant, et ne hosti alteri Ambiorigi auxiliari possent, aut ad se profugum receptare: pontem ergo pari celeritate, parique militum servore, et paulo supra eum locum ubi primum fecerat refecit: et in Treviris et ad pontem firmissimo præsidio dimisso reliquum traducit exercitum. Transgressum Ubii gens Germana per legatos adeunt, exponuntque ‘ex quo in potestate se Romanorum dederint, [107] neque auxilia Treviris, neque ullis hostibus populi Romani misisse, neque ulla in re fidem fregisse. Orant ne commune odium Germanorum<sup>74</sup> veritate discussa comperit, non ab eis missa eis Rhenum, sed a Suevis auxilia:’ excusatione igitur Ubiorum admissa, in Suevos accingitur: nec ita nullo post ab eisdem Ubii cognoscit, Suevos bellum parare; et late sparsis edictis, omnes suos ad arma contrahere. Itaque ne quod temere agat, apto et tuto loco castra communit, frumentariaeque rei curam exhibet. Ubios jubet pecora omnia campis abducere; si forte barbaros coactos inedia (cujus impatientissi-

<sup>73</sup> Forte, *cum libertate patriæ*.—<sup>74</sup> Desunt nonnulla. Cæsar autem hoc loco ait: *ne communī odio Germanorum, innocentibus pœnas pendant*.

mum genus est) ad iniquum certamen posset inducere, præcipit insuper, ut summo studio actus et consilia hostium explerent, eumque de singulis erebris nuntiis <sup>75</sup> certius faciant. Illi obnixe jussa peragunt: paucosque post dies nuntiant, Suevos <sup>76</sup> suis omnibus, ac suorum viribus in extremo finium consedisse, ad silvam maximam quae illos a Cerasis vicina gente discriminat: <sup>77</sup> ubi Romanum exercitum expectare. Id pergratum Cæsari bellorum cupidissimo fuerat, sicut illud permolestum, quod eisdem nuntiantibus, Suevos se in silvas intimas recepisse cognovit: ut enim prælium exoptabat, sic tedium formidabat et jacturam temporis, ac perplexam horrebat indaginem: sæpe expertus quam difficile esset hostes silvis incognitis venari: nec cessavit tamen: sed id frustra fuit: ac ne pluribus agam quam oportet: non de hoc tantum, sed de primo quoque Rheni transitu, deque alia hostium in silvas fuga, elegans ac succineta Flori brevitas huic se loco inserat historiæ; te o lector non solum paciente sed plaudente. <sup>78</sup> 'Archanis,' inquit, 'hostem quæsivit in silvis: sed in saltus ac paludes genus omne diffugerat; tantum pavoris incussum intra ripam subito Romana vis: nec semel Rhenus; [108] iterum quoque, et quidem ponte facto penetratus est. Sed major aliquanto trepidatio: quippe cum Rhenum <sup>79</sup> sic parte quasi jugo captum viderent, fuga rursus in silvas et paludes: sed quod acerbissimum Cæsari fuit, non <sup>80</sup> facere quæ vincerentur.' Hæc ut legis, ad literam Flori sunt: quibus innuit primum Rheni transitum non ponte factum esse sed navibus: primo vero non hoc innuit sed affirmat. Sic enim ante hæc scriptum invenies. Jam Cæsar ultro in <sup>81</sup> Offellam (amnis est Trevirorum) navalı ponte transgreditur, ipsumque Rhenum. Sed is qui præsens erat dum hæc fierent, utrumque transitum stabili ponte describit, quem in hac narratione secutus sum: procedo autem. Videns ergo Cæsar rem temporis indigam, longeque difficultem, præcipue præ frumenti inopia; quod eo tempore, Germanis agriculturæ studium non erat, magna pars venatu et latrocino utebantur; quorum sit modo facultas, libenter nunc etiam utuntur; lacte, carne, caseo vietitabant: omissò incœpto rursas in Galliam reverti statuit: sed ut metu sui redditus barbaro-

<sup>75</sup> Lege, certiorem.—<sup>76</sup> Forte, cum suis.—<sup>77</sup> Lege, ibi.—<sup>78</sup> Apud Florum legitur: Hirciniis.—<sup>79</sup> Lege, sic ponte.—<sup>80</sup> Lege, fuere qui.—<sup>81</sup> Lege, Mosaellam.

rum impetum frænaret, non pontem fregit ut prius nisi ab ea parte qua Germaniam continebat. Illa quidem parte extrema in dextera Rheni ripam desinente, ducentorum pedum spatio rescissa, turre lignea superimposita, et multimodis circumvallata munitionibus, duodecim cohortes ad tutelam pontis imposuit, et Vulcatum Tullum his præposuit et pontis et cohortium curam dedit. Ipse vero adversus Ambiorigem proficiscens per Arduennam silvam maximam omnium Galliarum, quæ inter Treviros, Nerviosque et Rhemos quingentis et eo amplius passuum milibus in longum, ita enim proditum a scriptoribus rerum, in latum vero unius aut circiter æstivæ lucis itinere, quod ego ipse sum emensus, extenditur. Lueium <sup>82</sup>Basilium cum toto preire jubet equitatu, et cavere ne ignes in castris fieri sinat, [109] ne quod indicium sui detur adventus, neu strepitus aut tumultus incidentium audiatur; si forte velocitate vel silentio proficeret ad iniquissimum hominem opprimendum: quod pene successit. Nam Basilius propere supraque <sup>83</sup>longum iter <sup>84</sup>peragat: cumque indiciis comperisset, haud procul Ambiorigem inter silvas, comitatum paucissimis equitibus se tenere; improvisus ac subito <sup>85</sup>pervenit: ita ut currus, equos et arma ejus, et omne bellicum instrumentum Romani equites, antequam ab eo viderentur, arriperent. De quo ipso actum erat, nisi <sup>86</sup>quidem e suis locis angustias defendissent, <sup>87</sup>ut ipse interim unius manus inermis equo impositus, et postico nemorosæ domus emissus, per silvarum devia et calles abditos erupisset. Sic utramque in partem erga unum hominem una hora vim suam exercuit fortuna, ut incautus opprimeretur, oppressus evaderet: nec satis scio quis nocentium unquam tam indignus evaserit: nisi quod supplicii genus fuit vicinæ mortis metus, qui ut mihi quidem videtur ipsa pejor est morte. Et quid scimus, an sibi fuisse utilius ad irati licet Cæsaris potestatem pervenire? nam ut erat inexhaustæ clementie, <sup>88</sup>confiteri crimen et oranti forsitan veniam non negasset. Nunc per silvas Trausrhenanas vagus semper ac profugus perpetuis vitam egit in latebris <sup>89</sup>conscientiam illum, siqua erat, et jugi pavore plectentibus. Illud plane odiosum, quod de rege nefario

<sup>82</sup> Lege, *Basilum*, et sic post *Basilus*.—<sup>83</sup> Videtur ex Cæsare reponendum: *supraque omnium opinionem*.—<sup>84</sup> Lege, *peragit*.—<sup>85</sup> Forte, *supervenit*.—<sup>86</sup> Forte, *quidam e suis loci*.—<sup>87</sup> Forte, *ut ipsa interim unius manu inermis*.—<sup>88</sup> Lege, *confidenti*.—<sup>89</sup> Lege, *conscientia*.

nulla unquam aut Cæsari aut populo Romano vindictæ occasio data est. Et ipse latitans, atque invisus, et inultum scelus in finem sicut. Cæterum quo die e manibus Romanorum vix evasit ut diximus, vita retenta contentus, spe projecta, suis, quos a tergo liquebat, [110] per nuntios fugiens mandavit, ut qua posset sibi quisque consuleret. Qui per diversa effusi multumque vexati, pars se paludibus condiderunt, pars in alienas manus non sine suis miseriis inciderunt. <sup>90</sup>Cathovoltus vero qui secum super Eburones pari regnarat imperio, ejusdem consilium secutus Romanis sese bellis immiscuerat; quonam res venisset intelligens, jam grandævus et laboris impatiens, nec fugere valens nec pugnare ausus, suarum auctoris ærumnarum Ambiorigis caput multis imprecationibus execratus mortem sibi concivit: vicinæ gentes hoc eventu regum territæ, per legatos pacem a Cæsare petierunt: quam eis hac lege concessit, ut si qui Eburonum ex fuga in illorum fines devenissent, ad se captivos adducerent; se, si hoc facerent, temperaturum ab offensis ait. His actis omnes copias trifariam divisit, neve eum curæ aliae distraherent, impedimenta omnia unum contulit in locum: Advatica opido nomen: locus ubi Titurius Sabinus et Arunculejus Cotta hibernaverant, unde, ut memoravimus, imprudenter infeliciterque discesserant: hic locus eligitur, et quod aptus ad cætera, et quod munitiones anni alterius adhuc integras habebat, ut labori militum parceretur: legionem quartam decimam præsidio dimittit, legioni præfecit Quintum Tullium Ciceronem: tamen populatum in Menapios tribus cum legionibus Labienum et Cajum Trebonium, totidem in Advaticos adjacentem regionem dirigit. Ipse cum totidem Arduennam et fluvium <sup>91</sup>Scaldam qui Eburonum in finibus Mosæ illabitur pergit, quod eo Ambiorigem, qui nondum Rhenum transierat, configuisse audiebat, et digrediens se ad diem septimum redditum spondet. <sup>92</sup>Inde legati duo quos mittebat \* ut faciant, si liceat monet. Ciceroni præcipit ut castrorum custodiæ intentus, nullum portis egredi sinat: et tunc quidem acies hostium quæ timeri posset in circuitu nulla erat: [111] sparsim se silvis ac paludibus continebant; quos persecui et latebris eruere operosum erat ac difficile. Nam si simul exercitus duceretur, loca erant legionibus ac signis impervia: sin autem spargeretur, erat paucis ab omni parte periculum; hostes <sup>93</sup>nullæ locis incogniti delitebant: hinc

<sup>90</sup> Cæsari est *Cativulus*.—<sup>91</sup> Lege, *Scaldim*.—<sup>92</sup> Lege, *idem*.—<sup>93</sup> Lege, *autem*.

magna duci orta erat ambiguitas, quid consilii caperet: tandem illud elegerat, ut potius aliquid de justissima atque <sup>94</sup>exoptissima hostium ultione remitteret, quam <sup>95</sup>de edicta per proximas civitates ut qui lucrari cuperent convenienter. Multos vetus odium, inter vicinos maxime vigore solitum, neque pauciores cupiditas attraxit: sic utilius fieri dux prudentissimus extimabat, ut Gallorum opera Galli diriperentur, quam periculo Romanorum: præsertim cum locorum notitiam, quæ Romanis deforet, Galli haberent. Simul Eburonum urbem ita meritam, <sup>96</sup>cum funditus optaret everti: his septimus aderat redditui Cæsareo præfixus, nec ipse redierat, nec legati. Accidit præterea inopinus casus, quo suam fortunam <sup>97</sup>ponam in bellis præcipuam demonstraret. Jam prædæ in partem omnes acciri trans Rhenum quoque fama vulgaverat: mox Sicambri, gens Germana prædæ avida, collectis duobus milibus equitum, Rhenum navigio transeunt, <sup>98</sup>Eburones fines invadunt, prædam non tantum cum impunitate, sed etiam Romanorum cum gratia relaturi. Jam hominum pecundumque magnam vim collegerant: et urgente lucri dulcedine procedebant, nec eundi nec prædandi finem sibi cupiditas faciebat. Sic eentes captivorum unus avertit. ‘Et quid,’ inquit, ‘huic prædæ laboriosæ atque inopi tanto studio inhibatis; cum pervenienti ad summas opes tanto facilior breviorque sit via; trium spatum horarum Advaticam vos perducet: [112] ibi Romanus exercitus opes suas fortunasque reposuit: per exiguum præsidium loco est: Cæsar longe abest: hæc dies, ni <sup>99</sup>respuistis opulentos nullo <sup>100</sup>faciet negotio;’ præceps hominum genus et consilii inops, et plane proni sunt omnes acquiescere consiliis quæ delectant; mutato repente proposito prædaque ‘omnium quam ceperant recondita, eodem ipso consultore et duce Advaticam brevi calle perveniunt. Cicero cui legionis locique custodia commissa erat, totis septem diebus Cæsarei memor imperii suos omnes intra vallum sic tenuerat, ut nec militum nec calonum quidem quisquam castris esset egressus: cogitans demum neque Cæsarem promisso venturum tempore, quem processisse <sup>2</sup>utilius fama erat: insuper et suorum increpationibus impulsus, qui illius obedientiam tam exactam

<sup>94</sup> Forte, *exoptatissima*.—<sup>95</sup> Hic aliqua desunt, quæ ex Cæsare suppleri possunt.—<sup>96</sup> Forte, *ut*.—<sup>97</sup> Lege, *bonam*.—<sup>98</sup> Lege, *Eburonum*.—<sup>99</sup> Lege, *respuitis*.—<sup>100</sup> Addendum, *vos*.—<sup>1</sup> Lege, *omni*.—<sup>2</sup> Forte, *ulterius*.

desperationi atque obsidioni non absimilem numerabant. Non <sup>3</sup>abesse enim timendi causam ullam, propinquu Cæsare, salvis legionibus, integro equitatu; victisque ubique hostibus ac dissipatis et præ timore latentibus parumper et præceptum ducis inflexerat; et <sup>4</sup>appetui militum fræna laxaverat: et quinque cohortes in vicinas segetes frumentatum non tam miserat quam ire permiserat: secuta erat ingens vis calorum, et hujuscemodi generis hominum: et Sicambri interim (quis tunc eos expectasset; sed parere superioribus tutum est;) improvisi et teeti silvis ad castra pervenient; eaque non oppugnare, sed recta via eodemque quo venerant impetu intrare moliuntur: tantamque formidinem inopini hostis incursus totis castris infuderat, ut vix portæ defenderentur, et frequentare illa soliti mercatores, qui tum forte portis excesserant, subita re territi et oppressi, nec fugiendi, nec se intra vallum referendi spatium haberent, semper quidem mœstissimus vates timor omnia sibi tristia et periculosa fingebat. Quidam fusis copiis ac deletis, et imperatore pessumdato, [113] venire barbaros ad reliquias consumendas: nunquam aliter hoc ausuros. Alii infaustum Romanis legionibus locum esse, ubi paulo ante legio altera legatique perierint: alii hostes intra vallum esse et capta jam castra vociferari: nemo ullam solitæ virtutis imaginem aut actu fortii aut animo, aut animosa voce prætendere: huc illue sine ordine sine ratione discurritur. Qua trepidatione Sicambri sui ducis dicto <sup>5</sup>magisque fidei habere cœperant, nullum intus esse præsidium, seque mutuo incitantes, eo acerius insultabant: actum erat, ni vir unus, isque æger, affusset, quem supra nominavimus, Publius Sextius Baculus, tanta tunc pressus ægritudine, ut jam quinque diebus sine cibo ageret et morbo simul et inedia jam vicinus morti: sed generosum animum nulla res dejecit: is ut videt deseriri tutelam castrorum et de fuga non de virtute cogitari; remque in angusto positam nutare, et suæ et publicæ metuens saluti, surgit e <sup>6</sup>grabaculo, ira vires dante, et acceptis ab obvio quodam armis, gradu tremulo portam occupat castrorum seque semianimum hostibus <sup>7</sup>abjicit: sequuntur centuriones viri fortes aliquot, hinc metu, hinc pudore exciti: hosque alii sequuntur: ita sensim pugna restituitur; ipse post paulum <sup>8</sup>audiendi inceptor et dux Sextius, morbo additis vulneribus jam

<sup>3</sup> Forte, *adesse*.—<sup>4</sup> Forte, *appetitui*.—<sup>5</sup> Puto, *magis magisque*.—<sup>6</sup> Lege, *grabatulo*.—<sup>7</sup> Lege, *objicit*.—<sup>8</sup> Lege, *audendi*.

satiscens, manibus prælio subtractus in tabernaculo reponitur: non tamen omittitur resumpta defensio: frumentatores interea revertuntur, re conspecta territi, et quid agant nescii: <sup>9</sup>fortes adventu illorum subito permoti, et legiones reduces opinati, substitere: mox <sup>10</sup>re cognita paucitate, quos timuere despiciunt atque invadunt: ibi et consilia diversa, et res varie gesta est: pars incolumis Caji Trebonii ejusdam alterius ducatu, ipsos per hostes in castra penetravit: euiaque his equites et calones multi pari impetu <sup>11</sup>et tutum evasere: [114] pars egregie pugnans perit: pars eorum qui in collem proximum confugerant <sup>12</sup>vita comitum virtute, per eorum vestigia in castra festinans salva pervenit: pars præventa et circumventa procubuit. Barbari desperantes castra ut crediderant capi posse, ad prædas quas in silvis occultaverant, atque inde ad patriam sunt reversi. Neque tamen hostibus digressis abiit pavor; sic affixus animus; ut nocte quæ hunc casum insecura est, præmissus a Cæsare Cajus Volusenus, qui equitatu adveniens, et imperatorem cum exercitu adventare nuntians fidem non invenerit. Sic <sup>13</sup>cum omnibus persuasum erat, deleto exercitu fugisse equites, neque <sup>14</sup>omnino aliter castra aggredi ausuros ut dictum est. Denique boni nihil penitus cogitare audebant, in deterius inclinati animi: mirum valde, unde venit ea consternatio in tam fortes viros: nisi opinari libeat, cum humana omnia instabilia sunt, esse aliquas horas, quæ constantes quoque animos sui oblitos emollient, ac perturbent: neque vero hic metus altissime radicatus ulla re alia extirpari quivit, quam ipsius Cæsaris cum exercitu redeuntis aspectu, in quo uno omnis securitas habitabat. Cæsar ergo rediens, et fortunæ vim casuumque varietatem <sup>15</sup>ab aperto sibi notissimam recognovit, in eo maxime, et quod eo præter omuēm opinionem barbaros adduxisset, <sup>16</sup>ut inde eos pene jam voti compotes abstraxisset: hæc ut communia non admirans, unum non poterat non mirari; unde hæc barbaris consilii tanta mutatio <sup>17</sup>ut in gratiam Romanorum ad populandos Eburonum fines et Ambiorigem persequendum venerant, ad oppugnanda Romana <sup>18</sup>conversi, Ambiorigi atque <sup>19</sup>Eburonis gratissimam rem fecissent. [115] De reliquo quod contra suum præceptum cohortes in prædam emissæ

<sup>9</sup> Lege, *hostes*.—<sup>10</sup> Forte, *recognita*.—<sup>11</sup> Lege, *in*.—<sup>12</sup> Lege, *visa*.—<sup>13</sup> Lege, *enim*.—<sup>14</sup> Lege, *Germanos*.—<sup>15</sup> Forte, *olim*, aut simile quid.—<sup>16</sup> Forte, *et inde*.—<sup>17</sup> Forte, *ut qui in*.—<sup>18</sup> Addendum, *castra*.—<sup>19</sup> Lege, *Eburonibus*.

castra deseruissent; legati inobedientiam leviter arguit: ut qui et mitissimus natura; et legati hujus esset amantissimus, quod ex familiaribus ad eum factis epistolis evidenter elicitor: haec eum suis Cæsar; at adversus hostes iratior, in omnes partes diffundit exercitum: abiguntur pecora, convectantur prædæ, consumuntur frumenta, exuruntur ædificia, omnia denique <sup>20</sup>pernascantur: tanquam impetu hinc inde discursum est, ut Ambiorigem a se visum multi dicerent, atque ad eum comprehendendum incredibili celeritate contendenter, omni labore peti dignum extimantes, quo immensam Cæsaris gratiam mererentur: et canis in morem leporem captantis sepe ab effectu suæ intentionis minimum absuisse, tantumque non manibus illum arripiuisse se <sup>21</sup>concederent: dum ille interim nusquam tutus, die noctuque latebras mutaret nonnisi quatuor comitibus, cum salutem suam pluribus committere non auderet. Sic inultum semper Ambiorigi crimen fuit, quamvis fuga jugis et perpetuus pavor et latebræ longum supplicii genus esse potuerit. Tandem Cæsar fugitivum unum sequi et difficile sibi videns et <sup>22</sup>in gloriam, omnibus in circuitu vastatis, in Rhemorum fines rediit. Ibi <sup>23</sup>consilium Galliae indixit: et de conjuratione rebellium Senonum ante alios et Caruntum quæstionem habuit: de <sup>24</sup>Aethone autem principe conjurationis Romano more supplicium exegit: cuius quidem sibi <sup>25</sup>mole conseii effugere: aqua et igni contumacibus interdictum est; sic compositis rebus eis, decem legiones ita partitus est, ut duæ Trevirorum, totidem Lingonum; [116] sex aliae Senonum in finibus hibernarent, provisisque necessariis, ad Italianam est profectus.

Cæsar ut ex Gallia discessit, ecce novi undique motus, novæ rebelliones; ubique conventus, ubique consilia; non in urbibus modo, sed in silvis locisque abditis: multos odium antiquum quum incitabat, multos pavor <sup>26</sup>novis Atthonis morte concusserat: <sup>27</sup>rectissimum suum in caput illius supplicium cogitabat. Accedebat commiseratio communis patriæ, et indignatio gloriose olim Galliæ, tunc Romano jugo subditæ, et Romano imperio servientis. Multæ causæ ad unum finem animos urgebant. Cæsar Cisalpinam in

<sup>20</sup> Lege, percastantur.—<sup>21</sup> Lege, contendenter.—<sup>22</sup> Lege, inglorium.—<sup>23</sup> Lege, concilium.—<sup>24</sup> Accone est in Cæsare.—<sup>25</sup> Forte, male conseii.—<sup>26</sup> Lege, novus.—<sup>27</sup> Sensus postulat legi, unusquisque enim.

Galliam cum venisset, mox ad eum rumor de Clodii cæde perlatus est: hunc amicum Cæsaris Milo amicus Marci Ciceronis occiderat. De quo præclara ejus extat oratio quæ<sup>28</sup> Miliona dicitur. Ejus rei causa magni Romæ motus fuerant: nec fama finibus Italis contineri potuit, Alpesque transcederat: hinc rebellantibus occasio data erat historias novas in Cæsarem fingendi: dicebant, vulgoque percrebuerat, urbanis detentum simultatibus non posse deinceps in provinciam reverti. Tanto illi acrius instare; tanto alacrius Gallia omnis conspirare: nihil<sup>29</sup> e contingentibus omissum; preces pollicitis cumulantur: et qui se rebellionis in<sup>30</sup> Romanis ac Galliæ libertatis auctores profiteri ausi essent; his ingentia præmia proponuntur. Illud primum maximumque deliberant; qualiter Cæsar, si<sup>31</sup> sors redeat, a suis legionibus segregetur: illud tamen haud difficile factu esse confirmant, quod neque absente duce loco se movere audeant legiones, neque ad eas dux incomitatus accedere: modo sit aliquis, qui illius rei facultatem impedit, nec unius hominis nomen<sup>32</sup> totius orbis exhorreat. Postremo quisque rem casus exceperit, [117] satius esse multo sub propriis armis mori, quam sub externo jugo vivere, multoque tolerabilius, hanc præsentem vitam brevem et caducam, quam antiquam gloriam et<sup>33</sup> avidam perdere libertatem. His ac consimilibus consiliis agitatis,<sup>34</sup> Caruntes sese ingenti negotio duces offerunt. Et quum silvestribus in locis, ubi hæc fiebant, copia obsidum non sit, neque acciri queant, quin res in apertum exeat; quam religiosissimo se vicissim sacramento obligant, ne quis Gallus belli duces metu, aut spe, aut quacumque causa deserat: sic firmatis rebus multis cum laudibus ingentes gratiae Carnutibus actæ sunt: atque ita demum quasi majori parte negotii confecta ad sua quisque digreditur: dies aderat claro præfixa facinori. Caruntes tantæ rei duces, perditissimis sibi ducibus comparatis, Genabin opidum invadunt, civesque Romanos ibi negotiantes et prorsus incautos, nominatim Cajum<sup>35</sup> Suffium illic a Cæsare rei frumentariæ præfectum, honestum virum Romanumque equitem obtruncant, ac bona omnia tanquam bello parta diripiunt.<sup>36</sup> Illic rei fama diffunditur; ut sunt Galli rumorum serendorum ante alios studiosi; ut cum lucis initio belli

<sup>28</sup> Lege, *Miloniana*.—<sup>29</sup> Forte, *nihil a cunctis gentibus*.—<sup>30</sup> Lege, *in Romanos*.—<sup>31</sup> Forte, *forsan*.—<sup>32</sup> Lege, *totus*.—<sup>33</sup> Lege, *avitam*.—<sup>34</sup> Lege, *Caruntes*, et sic in sequentibus corrigere.—<sup>35</sup> Lege, *Fufium*.—<sup>36</sup> Lege, *Illico*.

principium conveniret, ante primam noctis proximæ vigiliam rei notitia ad Alvernos per centum sexaginta milia passuum deveniret. Ibi vero laudatores atque improbatores, ut variae sunt hominum sententiae, res invenit. Erat tune Alvernus 'ille,' ut Flori verbo, utar, 'corpo, armis, spiritusque terribilis, nonine etiam quasi terrore composito, Vercingetorix<sup>37</sup> quidem, potentissimus ac factiosissimus adolescens,' olim filius<sup>38</sup> Cebali, qui principatum omnis Galliae cum teneret ad regnum aspirans a populo fuerat interemptus: hic ut erat et potentiae ingentis, et ardoris ingenii, clientelis amicitiisque collectis, quod vult facile persuadet: [118] arma omnes capiunt atque ad bella se præparant. Erat illi patruus<sup>39</sup> Gobocio, vir proiectioris ætatis, et consilii sanioris: et sicut hunc stulti juvenes, sic senes illum providi sequebantur. Quibus ergo juvenile consilium non placebat; quique stultam et inutilem hanc fortunæ experientiam judicabant; Vercingetorigem ab incepto prohibit: reluctantem<sup>40</sup> Gergonia opido<sup>41</sup> perturbant: loco ille mutato animum non mutavit: quin etiam multo enixius urgebat incepsum. Et sicut fere accidit ut male agentes<sup>42</sup> comitationes sint: inopes perditique omnes, quorum<sup>43</sup> immutabilis turba est, ad hunc talem ducem confluunt. Quibus fretus et injuriæ memor, Geroniam rediit; patruumque et reliquos a quibus pulsus erat expellit. Et crescente vano favore multitudinis, quod optasse pater morte emerat, rex dicitur. Jamque insaniae auctoritate addita, legatos per diversa transmittit, et reverentius auditur, et promptius exauditur: tantumque brevi profecerat, ut secum Senones, Parisii, Pictones, Cadurci, Turones, Aulerci,<sup>44</sup> Lemonices, Andes, et cæteri qui ad Oceanum vergunt, unanimiter conjurarent: neque id satis, omnium consensu regnum ei atque imperium defertur. Sic ea tempestate Gallorum animi et consilia volvabantur. Sic Romani nominis odium alte animis insederat, ut quisquis se illis opponere ausus esset, regno dignissimus<sup>45</sup> habetur. Jam non Alvernæ rex igitur, sed Gallæ, contraque Romanos belli dux, non<sup>46</sup> erat neque consultit ut solebat: sed obsides, sed arma, sed milites imperat et paretur; imperiumque ipsum severitate terribile efficit. Gravioris

<sup>37</sup> Lege, *quidam*.—<sup>38</sup> Lege ex Cæsare, *Celtilli*.—<sup>39</sup> In Cæsare scribitur *Gabanilio*.—<sup>40</sup> Lege, *Gergoria*, et sic in sequentibus scribendum.—<sup>41</sup> Forte, proturbant.—<sup>42</sup> Forte, *malis comitatores*.—<sup>43</sup> Puto, *innumerabilis*.—<sup>44</sup> Lege, *Lemovices*.—<sup>45</sup> Lege, *haberetur*.—<sup>46</sup> Lege, *orat*.

noxæ reos flammis exurit, [119] tormentis excruciat: leviores au-  
sos effossis oculis aut auribus <sup>47</sup> refectis vitæ relinquunt ad ludibrium  
<sup>48</sup> ad exemplum: jam potens atque horrendus, et natura ferox, et  
regio tumidus fastigio; Lutherio Cadureo audacissimo viro cum  
parte exercitus <sup>49</sup> in urbe Ruthenos misso; petit ipse Bituriges.  
Hil adventu subito pernoti ab amicis Romanorum Æduis auxilium  
per legatos <sup>50</sup> petit. Ædui rem ad legatos Cæsaris rejiciunt, eo-  
rumque consilio equitum illis et peditum dirigunt auxilia; qui cum  
ad Ligerim amicorum Æduorum tunc et Biturigum imperii limitem  
pervenissent, aliquot <sup>51</sup> sibi dierum mora exacta redierunt; hanc  
causam redditus prætendentes, quoniam si transissent, hinc ab Al-  
vernus, hinc a Biturigibus opprimendi essent: id enim ambabus  
gentibus fuisse propositum. An id sane tali metu egerit, an fraude,  
ne dicam hodie, sed tum quoque dubium fuit: tamen hinc Æduo-  
rum secuta defectio; hinc quod statim <sup>52</sup> reversus auxiliis Æduo-  
rum, se Alvernus Bituriges adjunxere, rem suspectam faciunt.  
Cæsar hoc audiens et urbanis motibus Pompeji Magni virtute  
compositis, non se tunc amplius Italiae necessarium ratus, in Gal-  
liam redit: ingens illum exercebat cura, qualiter suis sese junge-  
ret. Nam sive ille proficiisci ad illos vellet, non sat tuto fieri posse  
cogitabat, ut in tanta rebellione regionum omnium, inter eos etiam  
qui amici credebantur, cum paucis securius incederet; tam modi-  
cum undique fidei videbat; sive ad se illos evocare mallet, hæsi-  
tabat ne itinere in ipso superventu hostium se absente, quod nole-  
bat, pugnare cogerentur: has inter euras Lutherius Cadureus a  
Vercingethorige missus, Ruthenos Alvernus attraxerat: nec manda-  
tum implesse contentus, alias quoque urbes acceptis obsidibus in  
potestatem redegerat, et rebus prosperis, <sup>53</sup> evectus in <sup>54</sup> Nerbonensem  
provinciam properabat. [120] Cæsar consilium hostis intelli-  
gens præcurrerit; et præventos metu animos confirmans, præsidia  
oportunis locis per extrema provinciæ hostibus objecta distribuit:  
et parte supplementi nuper ex Italia adducti in Æduos præmissa  
subsequitur; Ædui ab Alvernus Cebennia monte asperrimo ac nivo-  
sissimo distinguuntur, quo se Alverni quasi muro valido circumsep-  
tos arbitrantur, ea maxima parte anni, qua non dicam exercitui, sed

<sup>47</sup> Lege; *resectis*.—<sup>48</sup> Adde, *et*.—<sup>49</sup> Forte, *in urbem Rhutenorum*.—  
<sup>50</sup> Lege, *petunt*.—<sup>51</sup> Lege, *ibi*.—<sup>52</sup> Lege, *reversis*.—<sup>53</sup> Lege, *crectus*.—  
<sup>54</sup> Lege, *Narbonensem*.

ne viatori quidem permeabilis fuisse unquam diceretur. Et erant ab ea parte eo tempore plane tuti, si cum alio res fuisset. At Cæsar ut quem nulla res morari posset aut deflectere, nive<sup>55</sup> multitudinis pedum sex dimota, et adversum per jugum itinere<sup>56</sup> multo labore peditum expedito, Alvernos fines inexpectatus aggreditur. Juvat aliter hanc rem ipsam Flori verbis exponere; ‘Per invios,’ inquit, ‘ad id tempus montium tumulos, per intactas vias et nives expedita manu emersus occupat Galliam.’ Mox vero ut Alverniam attigit equitatu in omnes effuso, tantum subiti terroris incusserat, ut trepidi omnes Vercingetorigem ad fereundam opem patriæ suis consiliis laboranti nuntiis ac precibus excitarent. Quibus motus in patriam redibat.<sup>57</sup> Cæsar interim dimissoque sine intermissione agros hostium populari. Ipse ne suspicantibus quid suis quam celerrime potest, Viennam proficietur: inde equitatu quem ille præmiserat accepto, per Æduos pergit in Lingones; tanta ubique velocitate, ut non tantum hostes pavore, sed amicos stupore perfunderet, sic inopinantibus aderat: illie duæ legiones in hibernis erant: illis eductis octo reliquas hinc inde dispersas evocat, priusque quam hostes quo ivisset, aut quid<sup>58</sup> agere nossent, omnem exercitum congregavit: atque ut Florus idem ait, ‘ex distantibus hibernis castræ contraxit, et ante in media Gallia fuit, quam ab ultima timeretur.’ [121] Vercingetorix auditio Cæsaris digressu, retro in Bituriges reverso, atque hinc profectus in Bojos Transalpinos, opidum illorum sub Helveticae victoriæ tempus ædificatum a Cæsare, Æduisque<sup>59</sup> contradictum, oppugnare dispositus: opido nomen Gorgobia: gloriosum sibi existimans, si Æduorum receptaculum simulque Cæsareum opus everteret. Cæsaris animum haec res valde sollicitum habebat, ne aut neglecta amici defensio defectionem sociorum et contemptum sibi, aut suscepta anni tempore adverso, difficultatem rei frumentariæ legionibus importaret. Satius tamen duxit pati omnia quam contemni, et contemptu suo alienare sibi animos amicorum. Itaque dimissis impedimentis omnibus et duabus ad custodiam legionibus; et provisa cum Æduis quam potuit subventione commeatuum, in Bojos ducit. Erat viæ medio<sup>60</sup> Vellendinum Scenonum opidum:

<sup>55</sup> Forte, *in altitudinem.*—<sup>56</sup> Lege, *multo.*—<sup>57</sup> Nonnulla hic desunt, quæ ex Cæsare suppleri possunt.—<sup>58</sup> Lege, *ageret.*—<sup>59</sup> Forte, *attributum.*—<sup>60</sup> *Vellavnodunum Scenonum* Cæsari.

illud ne quid hostile post terga dimitteret, aggredi consilium fuit; opidum bidui oppugnatione tollerata, die tertio legatos ad Cæsarem de pace ac deditione transmittunt: jussi arma et jumenta et obsides dare, nihil recusarunt: ne quid autem temporis amitteret, G. Trebonio legato ad peragenda omnia dimisso, ipse iter interceptum solita celeritate prosecutus. Genabum erat opidum Carnutum, ubi Romanos negotiatores initio conjurationis occiderant: id opidum annis præter latitabat: ipsum in ripa situm ripæ alteri medio ponte conjungitur: ad loci hujus defensionem Carantes consilia conquirebant: eo tamen lentius, quo diutius bellandum crederent <sup>61</sup> rem hæsuram, et simillimum viri esset morem impigerimi ducis ignorantibus: hue ergo cum biduo pervenisset, oppugnationem quod diei illius sero erat, in diem proximum edidit: quid fieri velit milites edocet: veritusque, ne Genabenses nocte diffugerent; [122] <sup>62</sup> hinc rei excubitrices duas armatas legiones adhibuit, intentisque animis ac auribus pernoctare jussit: atque ut præsagierat accidit: <sup>63</sup> oppidum intempsa nocte per pontem faciti abibant. Cæsar eorum abitu per exploratores cognito, legiones quæ paratae erant muris admovet, et portis subito effractis, indefensum capit opidum; captum diripit, direptum incendit, præda militibus concessa; simul exitus obserari omnes jubet, mittitque qui profugos <sup>64</sup> prænominant atque sequantur: itaque paucissimi evasere: viarum et <sup>65</sup> ponti angustiis capti omnes. Cæsar hinc trans Ligerim ducto exercitu in Bituriges tendit: quo cum venisset, Vercingetorix ubi id sensit, Gorgobinae obsidione derelicta, contra eum pergit. Cæsar interea <sup>66</sup> Noviodunum aggressus oppugnat: quem confestim opidanis per legatos orant, ne in eos præter suum morem sœviat, neve pro tam levi causa de sua celeritate <sup>67</sup> aliud intermittat, quæ tot illi victorias peperisset, sed eis vitæ dimissis feliciter progrediatur ad reliqua: piæ preces videbantur: flectitur itaque; et iis arma, equos, obsidesque imperat: et jam pars obsidum data erat, et centuriones aliquet cum paucis militibus opidum introgressi cætera conquirebant; <sup>68</sup> dum repente de longinquo equitatus a Vercingetorige <sup>69</sup> promissus apparuit, opidanos spe tempestivæ opis erectos deditioinis cœperat pœnitere. Velut igitur ex condicto clamorem tollunt, arma corripunt, muros scandunt, portas obstru-

<sup>61</sup> Hæc sunt corrupta.—<sup>62</sup> Lege, *huic*.—<sup>63</sup> Forte, *oppido enim*.—<sup>64</sup> Lege, *præveniant*.—<sup>65</sup> Forte, *pontis*.—<sup>66</sup> Lege, *Noviodunum*.—<sup>67</sup> Forte, *aliquid*.—<sup>68</sup> Lege, *cum*.—<sup>69</sup> Lege, *præmissus*.

ere properant: sed Romani illi pauci qui in opido erant, animorum mutatione <sup>70</sup> perpensa; strictis subito gladiis portas praoccupant et incolumem exercitum intromittunt. Capto ad hunc modum opido Caesar statim equites suos contra equitatum hostium adventantem educit, et illos equestri prælio conserto multa cum eorum strage vicit, et in fugam vertit: [123] in qua victoria (ne privemus sua laude barbariem) quadringentorum equitum Germanorum qui sub Cæsare militabant, atque ab ipso principio secum erant, opera fuit egregia: ab eo enim immissi, laborantibus aliis in tempore subvenerunt; fregeruntque Gallos repentina impetu: hoc videntes e mœnibus opidani, spe auxilii amissa, iram Cæsaris metuentes, eos qui tumultum excitaverant vincitos ad eum deduxerunt, <sup>71</sup> captam deditio nem peregerunt. Ipse autem his peractis Avaricum maximum optimumque opidum Biturigum, et uberrima finium in parte situm oppugnare constituit, quod eo capto civitatem ipsam captumiri non diffideret. Vercingetorix tot adversis nondum animo collapsus; suis ad consilium vocatis in hanc sententiam disseruit. ‘Quotidie,’ inquit, ‘experiendo et discendo fiunt homines doctiores; quod cum in rebus omnibus; tum præcipue in re bellica verum esse deprehenditur: <sup>72</sup> magis animis bellum grave suscepimus, sed gerendi modum belli non sat sollerter advertimus; alia nobis itaque bellandi ratio ineunda est: non sponte cum Romanis concurrendum: sed omni ingenio providendum ut pabulo hostes, ut commeatibus arceantur. Id nobis haud difficile videri debet, cum et equitatu præstemus et anni parte adjuvemur. Illud quoque nobis acriter cogitandum, hostes nobiscum in finibus nostris pugnant, et contra nos nostris frugibus sustentantur: ubi Romani pabulantur, vicos domosque omnes frugesque comburi damnosum fortasse videatur, utilissimum est, ne sub nostris tectis nostri hostes habitent, nostris alantur frugibus; inopiam aut non <sup>73</sup> fere, aut non tuto longius pabulatum ibunt: nihil ad victoriam intersit, an hostes cecidamus, an bello necessariis spoliemus: gravius aliquanto videatur quod dicturus sum, sed virtuti nihil præter culpam atque infamiam grave est. Opida quoque quæ non penitus valida ac munita sunt exurenda censeo, ne aut nostris inertiae, [124] aut hostibus offensæ diverticula sint. Si quis est cui hæc aeria videantur, cogitet quanto acerius <sup>74</sup> liberos atque uxores in servitutem trahi cer-

<sup>70</sup> Lege, *perspecta*. <sup>71</sup> Lege, *captam*.—<sup>72</sup> Lege, *magnis*.—<sup>73</sup> Forte, *ferent*.—<sup>74</sup> Addendum, *sit*.

nere, exarmatum hosti jugulum præbere, et alta multa pati, quæ bellorum jure victi a victoribus patientur.' Persuasit his verbis, viginti et eo amplius opida una luce combusta sunt: neque solum in finibus Biturigum, sed in reliquis hac illac quoctunque oculos flecteres, incendia cernebantur, non sine omnium dolore: quem ea spes lenibat, quod parta victoria cito omnes perdita restaurarent. De Avarico in consilio agitatum est, an incendi illud, an intactum linqui melius foret. Enimvero ad hoc verbum ad Vercingetorigis pedes Gallorumque omnium qui consilio intererant affusi Bituriges, obtestantur, 'ne pulcherrimum Galliarum opidum <sup>75</sup> de cuius provincie Bituricensis ac præsidium flammis immeritis deleatur: cum defendi posset locus pene inexpugnabilis natura, cui si defensio militaris accesserit, maledici possit non noceri.' Movebant hæ preces animos cunctorum, unus Vercingetorix cunctis obstabat, qui et ipse tandem victus misericordia in sententiam cæterorum transiit. Sic defensoribus rebusque aliis ad custodiam oportuniis eo transmissis, servatur Avaricum a Gallorum flammis, sed non ab obsidione Romanorum: in qua quidem obsidentium fortis et animosa tolerantia emicuit. Cum enim hinc Vercingetorix castra propius admovisset, et ab exploratoribus per singulas horas quid in Romanis castris ageretur, edoctus, omne iter eorum observaret; et Romanos circum omnia exustis urgente necessitate longius pabulantes, crebris incommodis ac damnis afficeret. Illinc vero Ædui ac Boji quibus ea cura mandata erat: illi quidem quod mutato erga Romanos animo non curabant, hi quoque parum poterant, rem Romanam maligne commeatibus adjuvarent: [125] ad tantam penuriam <sup>76</sup>devenire, ut diebus plurimis frumento carentes tenui pecore vix proferrent imbecillem spiritum; nunquam tamen ab oppugnatione cessarent; nunquam vel irata vel mollis cuiusquam ex ore vox erumperet; aut Romanæ non conveniens majestati. Imo vero cum Cæsar laborem militum miseratus inter exhortandum sæpe diceret: 'si nimis aspera sunt ista progressu, nulla per me mora est, oppugnationem omittere sum paratus;' unanimiter respondebant: 'Non hæc quaesumus optime imperator: sic multos annos te duce militavimus, ut nullus metus, difficultas nulla nos fregerit: nullus hostium nobis hanc ignominiam <sup>77</sup>irrogant ut cœpta deserramus: ne tu ergo dux noster hanc æternam maculam nobis immiseris; sine modo omnia pati <sup>78</sup>malimus, quam ne nostra

<sup>75</sup> Forte, decus.—<sup>76</sup> Lege, devenere.—<sup>77</sup> Lege, irrogat.—<sup>78</sup> Forte, inusserris.—<sup>79</sup> Lege, malumus.

mollitie manibus Romanorum civium apud Genabim Gallica nequitia peremptorum, Gallico sanguine satis fiat:’ hæc Cæsari hæc eadem et tribunis militum et centurionibus repetebant, ut per eos imperatori familiarius diceretur. Cæsar dum hac nobili perseverantia in oppugnatione proceditur, jam turribus muris admotis discit ex captivis, Vereingetorigem castra propter defecatum pabuli promovisse, et cum equitatu expeditisque peditibus insidiatum sero ad ea profectum loca, quo Romanos <sup>80</sup> populatores hæc proxima venturos opinaretur. Quo cognito, nocte media digressus primo mane castra hostium attigit duce carentia. Illi adventu præcognito impedimenta silvis intruserant, aciem altiusculo in colle, quem difficilis palus, sed angusta cingebat, crexerant: pars præcisis pontibus, quasi clipeo quodam se palude protexerant, ubique <sup>81</sup> constituerant in Romanos versi: eratque res facilis, et pene æqua prospectui: sin ad experientiam veniretur, iniquissima, [126] plena difficultatis ac periculi. Itaque milites rem non nisi oculorum judicio metientes nobili indignatione permoti, Cæsarem circumsistunt: ‘et quid hic’ inquiunt ‘rei est? quis hic pudor? quænam hæc indignitas imperator? ergo hostes conspectum nostrum e tam proximo pati <sup>82</sup> possint? quin tu nos pugnare jube et signum prelii propone, ut jam ex iis quibus fidunt locis hos barbaros detrabamus:’ fide militum lætus fuit Cæsar. ‘Ego’ inquit ‘sic affectos cum vos videam, ut nullum discrimen pro mea gloria re-eusetis, impius <sup>83</sup> sum nisi vestram vitam meæ præferam saluti. Proinde <sup>84</sup> cum tempus solita virtute dexterisque victricibus usuri nunc quiescente, et electionem temperis et consilii capiendo curram linquite. Nempe hæc victoria quam tam facilem judicatis, loci situ, non hostium vigore difficilis, multorum mihi credite viorum fortium morte constaret, quod adversus penitus proposito atque animo meo est, et si enim vineendi avidum me nec negem nec dissimulem, nunquam tamen mihi placuit multo sanguine meorum empta Victoria.’ Quieverunt tanti ducis auctoritate repressi, quos ille in eo ipso die nulla alia re gesta reduxit in castra; atque ad inceptam oppugnationem studium omne convertit. Vereingetorix interea irritis reversus insidiis (<sup>85</sup> a tremula semper et fragilis potentia humana) cum ad suos pervenisset, accusatus ab eis est, ‘quod sine præsidio et sine duce de industria derelictis cas-

<sup>80</sup> Lege, *pabulatores*.—<sup>81</sup> Forte, *constiterant*.—<sup>82</sup> Lege, *possunt*.—<sup>83</sup> Lege, *sim*.—<sup>84</sup> Forte, *cum tempus erit solita virtute dexterisque victricibus usurus sum: nunc quiescite, mihique electionem*.—<sup>85</sup> Forte, *ah.*

tris, equitatu et omni flore militiae abducto Romanis Galliam prodere voluisse; quodque in se fuerat prodidisset. Nempe regnum consensu populi collatum sibi sordere, et illud a Romano duce consequi sibi gloriosius extimare: proinde Galliam sui regis fraude proditam, loci oportunitate, et cœlesti favore liberata: neque enim casu aliquo, sed certo consilio evenisse, ut et castra tutis locis abduceret, [127] Romanis proprius admota desereret, imo etiam spoliaret omni robore; vixque eo digresso hostes velut muntio moniti advolassent.' Accusationis hæc summa, hic suspiciorum color fuit: quibus apparebat tanti modo regis in dubio salutem verti; nisi reus his objectis constantissime respondisset. 'Nam quod castra moverem,' inquit, 'pabuli coegerit inopia, et hortatus vester: ut proprius Romanis accederem, ipsius situs loci attraxit per se ipsum tuti: equites abduxo, quos palustribus locis inutiles sciebam, utiles autem quo pergebam: ducem certum abiens non dimisi, veritus ne fortassis acquiesceret vocibus atque consiliis insanorum, pugnam intolerantia non virtute poscentium. Romanos si me absente casus attulit, fortuna non alteri imputandum, at si aliquo suadente contigisset, habenda illi gratia esset, a quo nobis præstitum ut eorum et paucitatem videretis, et ignaviam nosceretis, qui stulto adventu, turpe reditu, et consilii et virtutis inopiam detexere: a Cæsare ego non regnum per prodictionem, sed de eo victoriam per virtutem spero; quæ jam proxima jam pene nobis in manibus est: quin hoc ipsum regnum quod consensu omnium jure possideo sponte dimittere paratus sum, si forsitan vos honorem mihi potius contulisse creditis quam a me beneficium accepisse. Cæsar Romanusque exercitus ultima laborat inopia: jam ad pugnam atque ad opus et animi et corporeæ vires desunt: et nisi confestim aliud insperatae felicitatis affulserit, abitu moluntur: horum ut a me fictum nihil suspicemini, Romanos milites audite.' Erant servi aliqui inter pabulandum capti et in carcere torti multipliciter et afflicti, jussique quod per eos dici vellet: et producti in medium, legionarios se<sup>86</sup> † stultum esse in bellis prospera omnia sperare: temperanda dulcibus amara, ketis tristia; nunquam sui consilii fuisse ut defenderetur: fecisse hoc Biturigum

86 Hic multa desunt, ut videre licet in Cæsare: et sequentia pertinent ad orationem, quam Vercingetorix habuit suis militibus post Avaricum captum: attamen transposita fueront, et sequitur eadem narratio infra p. 1786. ubi est hoc signum †.

improvidam pietatem et facilem nimis indulgentiam cæterorum ; [128] permittendum fortunæ suo jure uti, quod illi cum ubique magnum tum in bello maximum atque inexsuperabile sit. Quod ad se attineret summo studio enisurum et incommodum nunc illatum multis et magnis commodis resarciat et compenset : atque in primis civitates quæ a consensu publico discessissent in cæterorum sententiam traducteturum, ut unum sit omnis Galliae consilium, unum corpus, una mens : cui terrarum orbis impar haud dubie sit futurus : id se non facturum tantummodo sed pene jam effectum reputare. Quod necessitas præsens poseat castra saluti omnium <sup>87</sup> pro futuro, labore omnium ac studio munienda esse, quibus subiti hostium incursus arceantur ? Grata omnibus hæc fuit oratio, quod non animo defecisset ; sed, ubi duces alii magnis cladibus acceptis sese abdere soleant, vultusque militum refugere, hic in publicum prodiit, et novum salutis iter ostendit, coque plus fidei illi erat, quo Avaricum incendendum deserendumque consuluerat, clarum providentiaë ejus indicium : sic cum cæterorum minni soleat, adversis creverat ducis hujus auctoritas. Neque aut in castris communiendis, quæ primo Romano more in Gallia communita sunt, quicquam a militibus est omissum, quamvis impatientissima gens laborum sit, aut a duce in conciliandis reliquis ut promiserat urbibus ulla in parte cessatum. Cogitabat æstuabatque animo, diebus ac noctibus laborabat, sollicitabat universas, ad res novas omnem Galliam excitabat. Inque hoc opus quos mitteret viros elegerat, qui vel noti in populis acceptique, vel blanda oratione atque ingenio, vel principum familiaritate pollentes, ac gratia idonei visi erant ; eos vero qui ad eum seminudi et inermes capto opido confugerant ; vestibus atque armis instruxit, inque gradum militiae pristimum restituit. Ad hæc diversis ex urbibus sagittarios et omnis generis contraxit auxilia, quibus acceptum Avarici detrimentum suppleretur. [129] Accessit <sup>88</sup> Oloruconis filius Theotomotus, Nichioborgum rex, cuius patrem Romanus senatus amicum appellaverat : sed ut sæpe filii derelictis parentum semitis, novas querunt ; iste contra Romanos ad Vercingetorigem cum multo se contulit equitatū. Cæsar ad Avaricum compluseulos dies egit et frumenti larga ibi copia atque omnium commeatuum in-

<sup>87</sup> Forte, profutura. Cæsar.—<sup>88</sup> Ollovicinis filius, Theulomatus Nitobrigum rex. Sic Cæsar.

venta, fessum atque esurientem exercitum recreavit. Inde quod bellis aptum tempus instaret ad hostem ire tota mente dispositus, ut inventum, vel tædio in apertum eliceret et in pugnam cogeret, vel obsidione conficeret. Dum ad hoc iter accingitur, legationibus Æduorum exoratus ad componendas eorum lites et controversias intestinas, quæ inter duos primores populi de summo magistratu ortæ, totam urbem alterius suffragiis agitabant, ante omnia eo proficisci statuit, non ignarus quidem quanta præsertim in bello jactura sit temporis, quantum in dilatione periculum: sed amicam urbem destituere, populo Romano seque indignum arbitrabatur, quam jam in armis esse hanc ob causam et pene jam configere fama erat: neque in honestum modo sed periculosum providebat eam rem negligere; ne auxilium fortassis ab hostibus pars inferior postularet, neque <sup>89</sup> vere legi amicorum ulla in parte derogare fas ducebat, qua ulla ratione <sup>90</sup> qui sibi gradum pars utraque vendicaret rebus omnibus regno parem; nisi ætate: erat enim animus integratus. Quamobrem <sup>91</sup> ne ad se patres evocare sustinuit; neque indignum censuit negotium, ad quod componendum ipse proficisceretur. In Æduos igitur cum venisset Decetiam opidum et partes et senatum omnem convenire jussit: et præsens de jure partium cognovit, metusque omnes sua auctoritate compescuit. [130] Cotum enim virum nobilissimum, et totius gentis potentissimum, cum creatum contra leges certis testimoniis deprehendisset, <sup>92</sup> credere: Convictolitanem vero rite per sacerdotes more patrio institutum præsesse <sup>93</sup> magistratu imperavit, obtemperatumque præcepto est, sine ullo murmure aut querela: hortatus dehinc Æduos ut civilibus discordiis abstinerent, quæ pestiferæ semper magnis urbis ac funestæ <sup>94</sup> sunt; utque in præsens bellum auxilia quæ possent mitterent, devicta Gallia digua a se præmia percepturi, equitatus ab his omnes et decem milia peditum ut sibi mitterentur obtinuit. Tunc exercitum duas distribuit in partes: quatuor legiones et partem non exiguum equitatus sub Labieno in Senones atque <sup>95</sup> Periseos direxit. Ipse cum sex legionibus et reliquo equitatu in Alvernos rediit, perrexitque Gergoniam. Vercingetorix adventu Cæsaris præcognito, qua transeundum illi noverat omnes fluvii pontes fregit, cui <sup>96</sup> Laber, alicubi Claver nomen invenio.

<sup>89</sup> Forte, veteri.—<sup>90</sup> Mendorus locus et mutilus.—<sup>91</sup> Forte, nec ad se patres.—<sup>92</sup> Lege, cedere.—<sup>93</sup> Lege, pro magistratu.—<sup>94</sup> Lege, sint.—<sup>95</sup> Lege, Parisios.—<sup>96</sup> Elarer Cæsari dicitur.

Itaque perveniens et præclusos aditus, et adversa in ripa obambulantem hostem reperit: hoc in statu premebant variae duces curæ. Vercingetorix, ne quem Cæsar e pontibus reficeret metuebat. Cæsar vero ne fluminis alveo præpeditus, quod vadari ante autumnum non soleat, otiosam agere cogeretur astatem: omne tamen incommodum <sup>97</sup> vicis ducit ingenium: siquidem præmissis e regione omnibus impedimentis et quatuor legionibus, additisque cohortibus aliquot, ut constare numerus videretur omnium legionum, et speciem præberet exercitus alibi aditum querentis; ipse locis abditis cum duabus tantum quæ supererant legionibus se tenuit: suisque ut quam longissime procederent, atque ita a se hostem distraherent imperavit. [131] Tunc hoste digresso et Romani exercitus iter observante, ut ubiunque transire volentibus obviaret; locum vacuum relictum Cæsar occupat, atque e pontibus unum, cuius pars una visa est intactior minorisque egens operæ; confestim reficit, et traductis legionibus castra communis, præmissasque legiones ad se e vestigio remitti jubet. Intelligens se delusum Vercingetorix, <sup>98</sup> amato obice, quo ab hoste separabatur; ne invitus ad pugnam cogi posset, ex eo ipso loco ubi erat dum redditum legionum et proprium vidit errorem, magnis <sup>99</sup> cursibus <sup>100</sup> milites dixerunt extrema fame victos e castris elanculum effugisse; pari omnem exercitum fame confectum esse. Cætera dehinc omnia dicto regis consona persecuti sunt: tum Vercingetorix exclamavit; ‘Et per me,’ inquit, ‘quem præditionis accusatis, hæc vobis cuncta proveniunt, atque illud extrellum, ut sine vestro periculo victus Cæsar ac fugiens, nullis agris ac urbibus receptetur, id enim inter multa meo consilio constitutum est.’ His dictis <sup>1</sup> usi repente animi variæ gentis et credulæ, usque adeo ut læto plausu, et armorum crepitu; quod signum erat dicta concionantis astantibus placuisse; acclamarent; et una voce Vercingetorix summus ducum ac fidelissimus hominum duceretur. Cæsar Avarici cœptam obsidionem, cœptamque defensionem hostes peragunt, inque dies obnixius utriusque: nam et Romani aggerem immensi operis gelu ingenti ac imbre perpetuo præpediti, virtute tamen ac perseverantia difficultates superante, viginti quinque diebus extruxerant, et muris admoverant. Et Galli decem milia ex omni Gallia delectorum hominum

<sup>97</sup> Lege, ricit ducis.—<sup>98</sup> Lege, amoto.—<sup>99</sup> Magnis cursibus in anteriora contendit: sequitur infra p. 1788, lin. penultima.—<sup>100</sup> Reponenda supra p. 1783, ubi est hoc signum t.—<sup>1</sup> Forte, versi.

opido intruserant, eo consilio, ne vel solis Biturigibus salus publica crederetur [152] vel servati oppidi gloria solorum esset Biturigum sed Gallorum omnium; et actis sub terram cuniculis incensoque per noctem aggere; et simul factis eruptionibus Romana castra in magno discriminne posuissent; nisi summa duci providentia esset ocurrsum, quod duas assidue legiones excubare pro castris faciebat: harum interventum et eorum qui ejusdem jussu totis noctibus in opere vigilabant, et flammeæ extinctæ, et insultus hostium sunt repulsi; et excitati omnes totis e castris ad auxilium convenerunt nec Romana virtute Gallica ideo pertinacia lentescebat. Obstinati in mortem non tantum resistebant, sed erumpere audebant, nec vel hostes invadere, vel jactare incendia desinebant; et defessis integri, et vivi mortuis succedebant; ut quæ in eo ipso temporis momento situm patriæ, statum et salutem totius Galliæ cogitarent. Qua in parte prætereundum non videtur illud memorabile, quod nec scriptor a quo ante alias ista decerpimus sibi prætereundum existimavit sub oculis suis gestum. Gallus quidam ante portam opidi traditas <sup>2</sup>eis ab intrinsecis pieis ac sevi glebas in ignem jactabat: scorpione transfixus examinatusque procubuit: unus e proximis transgressus hunc jacentem et periculi oblitus eodem officio fungi cœpit: illo quoque pari ictu scorponis occiso, mox successit tertius, et tertio quartus: nec ante successionum talium finis fuit, quam extinto igne, depulsisque hostibus in opidum; pugnæ etiam finis esset. Vercingetorix tandem, opidanorum animis atque corporibus fatigatis, ut quorum conatus omnes in nihilum recidissent, fugæ illis auctor esse cœpit; quam tutam fore castrorum suorum vicinitas dabat spem, et insequi volentibus objecta palus: ad id nocturnum tempus idoneum visum erat; fugæ consilium casus mirabilis impeditivit. Nox aderat, et <sup>3</sup>tanti per tenebras ituros se sperabant: tum matronæ aliae parvulos suos stringentes ad ubera, [153] aliae humi strate flébiliter obsecrabant, ne se, neve communes filios hostibus ad Iudibrium et ad pœnam darent: se quidem ad prosequendam suorum fugam sexu, ætate illos invalidos: ubi suos nec pietate nec precibus flecti et in proposito fixos vident et pudorem et amorem superante metu, e muris <sup>4</sup>ex clamore et Romanis ut poterant dare instantis fugæ sensum incepérunt. Quo metu opidani, ne re ab hostibus intellecta præclusis itineribus caperentur. <sup>5</sup>Cæsar die

2 Lege, *ei*.—3 Lege, *tulos*.—4 Forte, *exclamare*.—5 Supple ex Cæsare: *consilio destiterunt*.

proximo cum muro oppidi turres et machinas admoveisset, repente tantus imber nimbis affluxit, ut perfacile esset alium territurus; at ipse qui saepe sedis tempestatibus ad victoriarum uti soleret occasione<sup>m</sup>; sibi illud iter ad id quod intendebat apparuisse extimans, quod et suos ad opus solito pigriores cerneret; et hostes ad tutelam opidi lento<sup>6</sup>s et incantos ex rarioribus per muros custodiis animadverteret: hortatus milites, ut fructum tandem longi laboris arriperent: et primis in <sup>7</sup> muris ascensuris præmia consueta pollicitus, tuba prælii signum dedit. Ira igitur et spe præmiū stimulante, et unoquoque certatim adhuciente primum gradum laudis apprehendere. Muri undique ad <sup>8</sup> fastidia non tam ascenderunt quam evolaverunt. Stupefacti cives <sup>9</sup> in spera hostium corona; sese locis patentioribus liberius defensuri, ne viarum premerentur angustiis, in plateam confugerunt: postquam vero animadverterunt, haudquaquam Romanos in plana descendere; sed uno alium attollente magis ac magis mœnia completere, metuentes undique circumclaudi; fugamque eripi; trepide armis abjectis extrema opidi cursu rapido petiere: ibi pars portarum in exitu se coartans, pars flumen transvecta, ab equitibus ad haec missis cæsi omnes. Nullum prædæ studium sed vindictæ fuit: [134] omnibus ante oculos mors erat mercatorum Romanorum qui ad Genabum, immeriti illi quidem, sola Gallorum crudelitate perierant: ejus cædis recordatio supra Romanorum morem acerbabat animos, ut nec ætati nec sexui parceretur. Ex omnibus itaque qui in opido sunt inventi, quorum numerus ad quadraginta milia capitum ascendit; vix octingenti qui ad primum capti opidi clamorem sese portis murisque <sup>10</sup> præripuerant, evasere: et Avarici quidem longa ac difficilis obsidio hunc habuit finem. Vercingetorix vero Avaricenses reliquias nocturna fuga in sua castra delatas clementer exceptit, ac veritus ne qua ex eorum permixtione tumultuandi occasio præberetur, segregandos curavit; ut cum castra essent secundum numerum distributa, ad suos quisque duceretur. Ipse vero neque hoc fractus <sup>11</sup> ut dejectus eventu, ita consolatus est suos, ut diceret, ‘Non virtute sed arte quadam muros oppugnandi, victorian hanc Romanis obtigisse: <sup>12</sup> in <sup>13</sup> anteriora contendit: quem non segnius sua per vestigia Cæsar insequitur, quintoque die in Geroniam pervenit:

<sup>6</sup> Lege, acciperent.—<sup>7</sup> Lege, murum.—<sup>8</sup> Lege, fastigia.—<sup>9</sup> Forte, insprata.  
<sup>10</sup> Lege, proripuerant.—<sup>11</sup> Lege, nec.—<sup>12</sup> *Stultum esse, &c.* repete supra p. 1783. ubi est signum †.—<sup>13</sup> Lege, ulteriora, vel interiora.

et primo statim adventu leve prælum cuestre commisum sed nil in eo memorabile gestum est. Cæsar urbem altissimo in monte sitam et accessu ab omni parte difficilem speculatus, et agnoscens, non exigui temporis opus esse; oppugnationem differendam statuit, donec curam rei frumentariae et commeatibus impendisset. Ipse Vercingetorix singulos populos in singulis collibus Gergoniæ explicuerat; circumfusis ostentatione terrifica, quæ hostes facile solo spectaculo consternasset, nisi et Romani fuissent, et ducem Cœsarem habuissent. Erat ex plurimis collis unus, quem si Romani occupassent, poterant hostes et aquatione et pabulo impediri: is collis quod cæteris omnibus difficilior erat atque præruptior, [135] negligentius servabatur: sed virtuti nil usquam difficile nil præruptum: loci hujus opportunitatem conspicatus Cæsar non misit qui eum caperent: sed per se ipsum nocte intempesta profectus ex castris, ascensum vix accessibilem superavit et repentinus adveniens, depulso inde præsidio hostili occupavit collem, et castra ibi minora constituit, quibus duas legiones assignavit. Tum duplicem fossam duodenos pedes seu altitudinis seu latitudinis habentem a minoribus castris ad majora perpetuam duxit, quo nulla vis hostium vetare posset, quin inter se libere <sup>14</sup> commigrarent. Sic ad victoriā pronā omnia videbantur.

Nulla est autem in terris inconcussa felicitas: nescio quo in procurso rerum ad vota fluentium prosperis adversa se inserunt. Cœsare ad Geroniam res agente, nilque nisi de hostibus <sup>15</sup> solito periculosa defectio, unde minime timebatur eruptit. Civitas Æduorum prima amica populi Remani, et sui ducis et senatus sœpe decretis honestata, interque omnes, imo præ omnibus Gallicis urbibus summo semper in honore habita, de rebellione (quis hoc unquam crederet) <sup>16</sup> cognovit. Initium rebellionis a Convittoitane illo, quem Cæsar ante paucos dies in civilium seditionum <sup>17</sup> direptione prætulerat. O quam facile ingratia animis magnorum licet atque recentium <sup>18</sup> subrepit oblivio: ille siquidem beneficio obstrictum Cæsaris fassus, quod sibi justissima tamen favisset in causa; omissa mentione pecuniæ, quam ut Romanis fidem frangeret ab Alvernisi acceperat, cum nulla sit perfidia turpior, quam cui avaritia causam dedit, fœdoque proposito velum <sup>19</sup> caræ honestioris obtene-

<sup>14</sup> Lege, commigarent.—<sup>15</sup> Lege, solicito.—<sup>16</sup> Lege, cogitavit.—<sup>17</sup> Lege, direptione.—<sup>18</sup> Videtur deesse, beneficiorum.—<sup>19</sup> Lege, causæ.

dens, et plus se libertati, patriæque asserens debere quam Cæsari; nonnullis adolescentibus nobilibus ac superbis facile persuasit, ut Romanae amicitiae vinculum leve discuterent; seque non solum libertati natos; sed imperio meminissent: [136] unicam esse urbem Æduorum, quæ totius Galliae victoriam remoretur: ejas exemplum sequi alias: hac ad commune bonum redeunte, cæteras<sup>22</sup> securitas: nec Romanis ubi deinceps pedem ponant in Gallia superesse. Neque vero præter iguaviam Æduorum quicquam causæ esse, cur Romanos magis Ædui, quam Romani Æduos de suis quæstionibus adeant. Non hæc amplius toleranda esse: sed Cæsari ac Romanis ostendendum, et liberos se, et viros, et Gallicos.<sup>23</sup> Et eorum quidem adolescentium princeps erat Litavictus quidam, ejusque germani: qui cito omnes non consilium<sup>24</sup> auctorem consilii extimantes senioris atque potentioris et magistratu summo prædicti in sententiam transierunt; sed civitatem beneficiorum Cæsaris oblivisci posse<sup>25</sup> sperabant, nec credibile videbatur: alia ad id via fraudulentior inventa est: stulta tamen inventio, et inventoribus suis digna: ea vero fuit hujusmodi. Auxilia quæ ab Æduis mittenda monstravimus, ut Litavicto ducenda committerentur: id quidem nullo negotio<sup>26</sup> imperatum est: is ergo præmissis ad Cæsarem fratribus, quid de reliquo sint acturi cum eisdem ordinat. Cum ergo Romanis castris cum exercitu propinquaret, neque jam amplius quam triginta milibus passuum abisset, substitit, et repente quasi tristi nuntio accepto versus ad suos et illacrymans: ‘Quo pergimus,’ inquit, ‘et quid agimus amici; omnis nostra nobilitas, omnis noster equitatus, qui cum Romanis erat,<sup>27</sup> assumptus est. Eporedorix et Vindomarus<sup>28</sup> princeps gentis nostræ falso prodictionis criminè circumventi, quod cum Alvernis clandestina colloquia habuissent, præreptæ facultate defensionis occisi sunt; de fratribus meis ac propinquis loqui lacrymis impedior, omnium similis est fortuna; si mihi non creditis, hos audite, quos ex ea cæde non Romanorum misericordia, sed ipsorum fuga subtraxit;’ ad faciendam verbis fidem subornati testes prodeunt, [137] de conficta historia nil mutant. His ac itis territi omnes exclamant, Litavictum orant ut saluti omnium consulat; ‘quasi non facti,’ inquit, ‘sed consilii tempus sit: non est de rebus certissimis consultandum: quin imus

20 Lege, *secuturas*.—21 Adde, *sed*.—22 Lege, *desperabant*.—23 Lege, *imperatum*.—24 Lege, *assumptus*.—25 Lege, *principes*.

igitur in Geroniam, et Alvernorum signis nostra signa conjungimus; cui enim dubium esse potest quin Romani tanto scelere polliuti non hunc peccandi finem facturi, sed in nostram necem illico cum nos viderint ruituri sint? Mortem itaque fugiamus: et qua datur in praesens ulciscamur occisos.' Erant in comitatu Romani cives, magnam vim frumenti et commeataum reliquorum ad castra Cæsaris deferentes; qui ut tutius proficiscerentur (o mens hominum cœca et futuri inscia) sese illis adjunxerant: eos<sup>26</sup> Litavictus ostendens digito: 'occidamus' inquit 'hos latrones' paretur statim impis præceptis: vix dum verba finierat concursuque militum crudeliter imperfecti sunt, et direpta quæ ferebant omnia: neque hoc contentus flagitio Litavictus per omnes Æduorum fines hunc rumorem spargit, suadetque omnibus idem facere quod ipse fecit, ut scelere implicitos, vel errore impio a Romana disjungat amicitia. Erant cum Cæsare duo Ædui adolescentes egregii quorum supra mentio est habita, Eporedorix, prosapia ortus illustri, magnæque inter suos potentiae, et Viridomarus, par gratia atque ætate; sed genere longe impar; hunc Cæsar sibi a Divitiaco commendatum, ex imo in altum valde provexerat, ita ut cum Eporedorige ipso de prioritate contenderet; de quorum cæde Litavictus apud exercitum mentitus erat ut diximus: ad hunc Eporedorigem circa medium noctis hujuscemodi rei fama pervenerat, et quid Litavictus dixisset, quid egisset audivit, et quid animo volveret cogitavit. Statim ergo nulla mora interposita Cæsarem adit, et proditionem aperit, futurus ipse mox proditor: re ut erat exposita, ducem orat, sua sapientia temerariis et iniquis juvenum consiliis ut occurrat, nec permittat sibi populoque Romano amicissimam civitatem, paucorum, [138] iunctio unias hominis mendacio alienam fieri; prævidere enim se animo futurum, si tot milia Æduorum civium se ad hostes ducis licet fraude contulerint, ut vix civitas rem contemnat. Abscessit hoc nuntio somnus Cæsari: cura autem gravis accessit, quod Æduorum res semper ei cordi fuerat, et periculum providebat. Et quoniam celeritatem eximiam res poscere visa est, statim cum toto equitatu et quatuor expeditissimi legionibus castris egreditur, quæ temporis<sup>27</sup> exclusis angustiis non attaverat ut decuit, sed ingenti spatio præsidium exiguum nonnisi duarum scilicet legionum sub<sup>28</sup> legatos Fabio dimisit: ante omnia tamen Litavicti

26 Lege, *Litaricus*.—27 Lege, *exclusus*.—28 Forte, *legato C. Fabio*.

fratres capi jusscrat. Illi autem ut cum fratre convenerant, ad hostes paulo ante profugerant. Ita fraudem omni ex parte constantem Cæsar intelligens, tanto intentius <sup>29</sup>capto procedit itinere: inque ipso castrorum exitu hortatur suos; ne nocturno labore turbentur: esse enim, ut in euptum tempus <sup>30</sup>adeundum sit, necessarium pluimque iter; et debere pietate viae duritiem superare; omnibusque alacritatem multam, atque eundi cupiditatem gestu ac voce <sup>31</sup>significantibus proficiscitur. Et vigintiquinque milibus passuum exactis videt ab adverso venientem aciem Æduorum: præmittitque illis obviam equitatum, qui illos impedit ac retardet, gravi omnibus inhibitione proposita; ne quem prorsus occiderent: non severi judicis, sed pii more patris, castigare volens, non perire: nominatim Eporidorigem et Viridomarum ire jubet et suos alloqui, ut videant eos cæsos non esse, sicut proditor ille confinxerat. Qui ubi ad Æduos venere, amicosque et notos compellare cœperunt, (nemo autem illos e toto agmine non et noverat et amabat) percussit animos illico vera consideratio: senserunt se præcipitem in locum sui ducis fraude perductos. Projectis itaque statim armis, et protentis ad Cæsarem manibus, [139] cœperunt alta voce erroris veniam implorare. Litavictus vero intelligens inefficax suum esse commentum, dimisso exercitu amplius non suo, cum clientibus suis qui eum more Gallico in nulla deserere poterant fortuna, equo stimulis adacto clam dilabitur, pervenitque Gorgomam. Cæsar nuntiis <sup>32</sup>Æduum missis, qui proditionem Litavicti, suamque clementiam nuntiarent, servatricem suorum civium, quos occidere belli jure licuit, non amplius quam tres horas noctis ad requiem suis dedit, veritus credo, ne nimio sopore marcescerent. Inde Gorgomam <sup>33</sup>duo interim pericula contigerant: nam et Alverni co digresso castra ejus <sup>34</sup>evaserant, et castrorum latitudo et paucitas defensorum et vis hostium rem in summum discrimen adduxerat. Id se primo die passum, proximoque passurum, atque ad id se præparare Cæsari Fabius nuntiavit, is qui legatus ad castra remanserat: et hic <sup>35</sup>ille nuntius, noctis et viae medio, occurrit. <sup>36</sup>Propter gressu oddito accelerans, ad castra nondum orto sole pervenit. <sup>37</sup>Et Ædui,

—29 *Lege, capto.*—30 *Forte, ad eundum.*—31 *Forte, significantibus.*—32 Sic infra p. 1798. lin. 6. *Æduum versus.* ac etiam p. 1801. lin. 29. *Æduum accedat.*—33 *Deest, proficiscitur.*—34 *Lege, invaserant.*—35 *Lege, illi.*—36 *Forte, propterea.*—37 *Forte, At.*

Litavicti de suorum cæde nuntiis auditis, in furorem versi omnes, nihil amplius expectantes, nilque aliud requirentes, an falsa esse possent quæ veri utique faciem non haberent, sed more gentis audita quilibet pro compertis accipere solitæ: Romanos cives qui apud eos ceu fidissimos amicos securi agebant, aut morte aut servitute depravaverant, bona diripuerant, nil impietatis omiserant: agitabant animos latenti odio accensos avaritia, ira, temeritas, familiares pestes gentium illarum, et addebat stimulos furori Convictolitanis, Cæsaris munere summus Æduorum magistratus, summus Romanorum hostis ac <sup>38</sup>Cæsar, horum consiliorum auctor et princeps. Is sua sponte concitatum populum verbis urgebat, ut eo illos adduceret, unde redditus nullus esset ad saniora consilia. Itaque et tribunum militum Marcum Ariscium et negotiatores Romanos fide data Cabillone opido eductos in [140] itinere contra fidem aggressi spoliant, seque in locum eminentem defensionis gratia receptantes, die noctuque circumsistunt: ac multis ultiro citroque occisis, in diem posterum vim majorem parant. Sed hæc agentibus atque parentibus nuntius supervenit, decem milia illa suorum in potestate Cæsaris esse, vix Litavictum fuga eruptum evasisse. Tum subito <sup>39</sup>dejecto metu ad tribunum quem obsidebant vultibus mutatis sed non animis festinant: factum temere sine consensu populi excusant: de bonorum direptione judicium instiunt: Litavictum fratresque ejus exilio condemnant, bona publicant. Super his ad Cæsarem legatos mittunt, qui factum purgent, veniam petant: et hæc omnia non fide sed metu agentes: solita interim in secreto belli consilia agitabant, urbesque finitimas ad arma per nuntios hortabantur: mille beneficiorum atque honorum memoria exciderat: solius Cæsareæ meminerant clementiae: quæ cum omnes ad amorem atque obsequium excitasse debuerit, multos (indignum quidem) ad injurias excitavit: postremo hoc eum ad mortem usque perduxit, de quo suo dicetur loco. Nunc cepta prosequimur. Itaque Cæsar etsi animos Æduorum noverat; legatis tamen eorum ad se venientibus benignissimum responsum dedit: propter aliquot dementium vanitatem, non se minus urbem sibi charissimam amare: nec sibi posse in animum venire, ut quos ipse tantopere diligat, semperque dilexerat, ab iis parcius diligatur. Hæc legatis.

Ad se autem curis cor urentibus versus, multa circumspiciens,

<sup>38</sup> Lege, *Cæsar.*—<sup>39</sup> Forte, *et dejecti.*

magnos undique consurgentes <sup>40</sup> montes Galliae prævidebat. <sup>41</sup>Dum interea quædam sibi præter spem prosperioris eventus occasio se ostendit: forte enim in eum collem, quem captum et communatum, castris minoribus deputatum, fossaque majoribus castris adjunctum memoravimus, spectandi gratia condescendent; [141] collis alter ab hostibus possessus, apparuit vacuus custodiis, quibus confertissimus esse consueverat. Tum parumper gradum fixit admirans, reique causam quæsivit ex profugis, qui in dies ad eum multi veniebant, audit ex iis, quod ab exploratoribus suis jam prius audierat, omnes inde evocatos ad muniendos aditus loci alterius, cui maxime metuebant; quod inde planum iter esset ad opidum: quem aditum si Romani caperent, qui collem alterum jam haberent; tum sibi prorsus obsessi et seclusi a suis, et exclusi ab omni libero discursu atque a pabulo videbantur. Hoc audito recens cogitatio percussit repente animum, locum illum occupandi. Erat autem natura et manu hominum aggestis perplexum iter saxis: et super duplice difficultatem, tria ibi hostium castra munitiones insederant: sed difficilia cuncta perrumpere virtus amat. Ostentatis legionibus quasi aliud esset acturus, et hac illac per tenebras noctis magno strepitu discurrere jussis equitibus, et immixtis turbæ mulionibus galeatis, quo major ac strepenter motus esset, omniumque animos errore ac pavore vario, atque incerta expectatione suspenderet; ipse hostibus in suspicionem trepidam adductis; legatis legionum quid paret aperit, quantumque periculi: <sup>42</sup>adversus quam occasione non prælio sit utendum. Ut milites ergo suos contineant monet, atque imperat ne vel pugnæ vel prædæ dulcedine rapiantur quo non expedit. Sic suos afflatus, Eduos ascensu alio ad portas opidi proficiuntur jubet. Inde suis militibus signum<sup>43</sup> quo accepto, rapidissime, unde unus ascensus videretur, ad munitiones obvias pervenient: quibus dicto citius transmissis, trina hostium castra corripiunt, tanta celeritate, ut <sup>44</sup>Votimarus unus e regulis Gallorum dum meridiaretur in lectulo deprehensus, [142] vix manus militum semisopitus et semi nudus evaserit. Cæsar ubi quod animo decreverat actum videt, receptui caui imperat: substitit legio quæ propinquæ erat: altera vero remotior, <sup>45</sup>ceu signo per distantiam

<sup>40</sup> Forte, *motus*.—<sup>41</sup> Forte, *Cum*.—<sup>42</sup> Videtur omissum, in iniquitate loci sit ostendit. Vid. Cæs. vii. 47.—<sup>43</sup> Adde, *dedit*.—<sup>44</sup> Lege, *Theutomarus* ex Cæsare.—<sup>45</sup> Forte, *scu*.

non auditō, seu fervore Martio impellente animos; quamvis retinentibus legatis quibus hoc ab imperatore mandatum erat; et virtuti<sup>46</sup>tanti propriæ, et fugæ hostium confisa, et victoriarum suarum memoria nil judicans difficile; non prius insequi destitit quam ad portas opidi perveniret. Tantusque undique sublatus est clamor et clamori etiam mixtus rumor, Romanos opido potiri: ut qui altera ex<sup>47</sup> ipso sese opido præcipitanter eriperent; matronæ autem flentes veniam orarent, <sup>48</sup>nec, sicut Avarici gestum erat, fœminæ etiam atque infantes occiderentur: utque id facilius impetrarent e muris vestem argentumque projicerent; quædam quoque per murum demissæ sese traderent in fidem et brachia Romanorum militum. Lucius Sabinus octavæ centurio legionis, multis audiētibus die illo dixerat, se præmiis Avaricensibus, quibus Cæsar muri illius ascensorem primum donaverat, excitatum; non passurum ut quisquam Gorgomæ murum ante se scanderet. Is cum primus ad murum venisset, trium suorum ope manipularium in illum sublevatus, atque ipse eos<sup>49</sup> capti opidi speciem præbuerat. Sed temeritas ut sæpe læta principia, sic mœstos habet eventus. Alverni enim qui adversa in parte erant, audito capti opidi rumore, glomerati advolant, eligentes credo in defensione patriæ mori potius honeste, quam turpiter in exilio<sup>50</sup> sustinere: et præcurrente equitatu nullo ordine cætera turba consequitur, seque pro muris objicit: [143] hinc animus crescit obsessis, ut matronæ, quæ modo Romanos sicut diximus orabant, jam sparsis more patrio capillis et<sup>51</sup> prætentī pignoribus, orare suos inciperent. Instauratur pugna locis omnibus, sed iniquo partium concursu: nam ex alto dimicant Alverni, ex inferiore loco autem Romani, et pugna præcedenti et ascensu fessi. Quod Cæsar procul aspiciens, exitumque qualis futurus erat intelligens, legatum Titum Sextium cum expeditis cohortibus ad radicem collis misit, ut si suos terga dare contingere, hostes ab inseundo repelleret. Ipse autem quoniam locus pugnandi justa acie non erat, rei exitum anxius expectabat. Galli quidem loco et numero, Romani sola virtute præstabant; quæ tamen ad ultimum mole hostium victa succubuit. Itaque Lucius Sabinus e muro, in quem primus ascenderat, cum comitibus inter-

<sup>46</sup> Lege, tantum.—<sup>47</sup> Supple, parte.—<sup>48</sup> Forte, ne.—<sup>49</sup> Excipiens in murum extulisset, ex Cæsare supple.—<sup>50</sup> Puto deesse, vitam.—<sup>51</sup> Lege, prætentis.

fectus abjectitur, speratique <sup>52</sup>loco præmii supplicii occupavit. Memorandum præterea in hanc ipsam horam facinus incidit. Marcus nempe Petronius legionis ejusdem centurio, dum portas frangere nittitur, multitudine hostium circumventus, et plagiis multis afflitus, <sup>53</sup>ac versus ad socios; ‘quando,’ inquit, ‘me vobiscum servare prohibe or, vos servabo, quos mecum gloriæ studio in discrimen traxi: ite incolunes, dum parumper hos barbaros detineo?’ hæc dicens quasi adhuc integer in adversos invehitur; et duobus uno cæsis impetu, reliquos a portæ custodia interim avertit: dumque sui comites, qui inviti et mœsti eum deserebant, opem sibi nunc etiam ferre niterentur, ille ut loqui poterat: ‘frustra,’ ait: ‘jam me enim sanguis et vita destituunt. Quin me linquite igitur, et <sup>54</sup>nos moti dum licet eripite?’ sic vociferans insultansque hostibus ruit et moriens suis profuit. [144] His ac talibus suorum casibus Romani tandem prægravati, cæsis quadraginta sex centurionibus ac militibus septingentis, iniquo colle rejiciuntur. Fuisset fuga longior et largior cædes, ni prudentissimi ducis ex sententia, Romanae se cohortes Gallis insequentibus objecissent: cumque ad plana fugiendo, insequendo, atque obstando perventum esset; legiones ipsæ instructa acie stabant, quibus animadversis Vercingetorix, antequam se æquis locis crederet, suos in castra revocavit: hæc est legio ad Gorgomam fusa, cuius meminit Tranquillus in primo inter tres belli Gallici adversitates Cæsareas numerata. Et dici quidem illius reliquæ sauciis curandis aut humandis mortuis et seris querimonias sunt absumptæ, ubi dies proximus illuxit convocato ad concessionem exercitu Cæsar ita disseruit. ‘Habetis temeritatis o milites et cupidinis vestræ fructum, animo mœstum meo, vestra tamen audacia atque insolentia non indignum: qui vobis ipsis quid agendum linquendumve, quo eundum, unde abstinentium, hoc est, totum vestri ducis officium usurpastis. Atqui ego vestræ militiæ ubi possum faveo: vos mihi, quod in vobis est, meum imperium abrogasti; qui signum receptui a me datum, qui legatorum, imo meos ex illorum ore utiles monitus contempsistis, atque urgente nescio quoniam animorum impetu ivistis, unde nec redirent omnes, neque qui redirent, aut salutem suam, aut Romanum decus integrum <sup>55</sup> reportarent: an ignorabatis ut magni sæpe exerci-

52 Forte, *locum præmii supplicium.*—53 Forte, *conversus.*—54 Forte, *vos morti.*—55 Lege, *reportarent.*

tus a paucis, sola locorum iniquitate superati sunt? an si alias nesciretis historias, obliti eratis, ut nudius tertius ego ipse ad Avareium, dum hostes equitatu ac duce mudatos, et per se vinci faciles ante oculos haberemus, quia tamen illis loci favebat iniquitas <sup>56</sup> nostram nobilem indignationem ab eorum aggressione continui? nunquam victoram desperarem; sed ne secum magni aliquid afferret incommodi: vos et veterum et recentium obliiti, hostes simul et naturam vincere voluistis: metite igitur quod sevistis: <sup>57</sup> et cui plus miscreor, [145] metet ipsa res publica, tot viris fortibus amissis, quanti nec Gergoma nec tota erat <sup>58</sup> Alverni. Ego quidem fortitudinem vestram miror; qua nec arduus mons nec muri, nec castra hostium <sup>59</sup> circuerunt: sed non minus et superbiam et contumaciam vestram damno, qui plus vobis <sup>60</sup> inventuri præsagio tribuitis, quam imperatori vestro; cui non jubere sed parere tenemini, quique frustra datur exercitui, si ad nutum quisque suum ire possit in prælium ac redire: rarum donum<sup>61</sup> animi bonum providentia est: ideo pauci sunt boni duces, cum multi sunt milites animosi. Quæ quidem virtus si omnibus data esset, quid in bellis opus esset imperatore; vestra nunc in acie quisque sibi fuit imperator: ego tristium spectator eventuum, et stultitiae castigator irritus fui; qui profecto semper in militibus meis et modestiam et obedientiam, non minus quam fortitudinem requiro: nolim tamen vos hoc errore dejici, non terrere sed arguere, et castigare propositum est, reparare et firmare animos: errando discitur. Eritis ad alia in posterum cautores. Neque enim quid iniquitas loci et vestra <sup>62</sup> stat audacia, virtuti hostium imputandum est: hesternum diem fortuna suo egerit arbitrio: in reliquis vestræ fortitudini ut spero vestræque prudentiæ morem <sup>63</sup> gerat.' His dictis consolatus milites ac pudore et <sup>64</sup> in errore concussos oratione firmaverat. Ipse vero bellis undique orientibus, propositum abeundi ex his dudum locis cœperat: sed ne <sup>65</sup> aditus fugam saperet, instructa acie e castris in apertum exiit, ut siquid hostes auderent, se param invenirent. Vercingetorix cui multum animi et plus erat virium, contemplatus abeuntem; ipse etiam in plana descendit, concursumque est equestri tantum levi prælio, quo superior Cæsar

<sup>56</sup> Forte, *vestram*.—<sup>57</sup> Forte, *sed, cuius plus miscreor, metet.*—<sup>58</sup> Lege, *Alvernia*.—<sup>59</sup> Forte, *arcuerunt*.—<sup>60</sup> Forte, *de futuri, aut inani.*—<sup>61</sup> Videtur *donum expungendum esse.*—<sup>62</sup> Forte, *tulerat.*—<sup>63</sup> Lege, *geret.*—<sup>64</sup> Forte, *mærore.*—<sup>65</sup> Lege, *abitus.*

in castra se retulit: par sequenti die prælium, parque eventus: quibus et Gallicam jactantiam sat compressam, et suorum spes erectas ratus, ne vel hostes fugæ arguerent digressos; [146] vel sui non tam duci ad alia, quam subduci præsentibus periculis se crederent atque abduci: castra movit, nulloque hostium insequente, Ædum versus, ubi maxime metuebat, institutum iter arripuit. Erant in exercitu Eporedorix et Viridomarus Ædui, quorum supra mentionem fecimus: hi magnis beneficiis præventi, et præsertim secundus, in multis sæpe discordes, in hoc uno tunc <sup>66</sup> imperio et in grati animo concordarunt, ut dominum et benefactorem suum non solum in necessitate desererent, sed contra eum quoque nefarie conjurarent. Tertio ergo profectionis die simul eum adeunt, narrant Litavictum concivem suum magno cum equitatu ad alienandas mentes popularium a Romanis in patriam profectum, et necessarium esse ipsos prævenire, ut consiliis atque conatibus ejus occurrerent. Non fecellit circumspectissimi ducis acumen fucata adolescentium oratio: senserat jam pridem erga se nutantes Æduorum animos, et horum juvenum levitatem certis indicis jam ante notaverat: neque in dubium revocabat; quin horum profectio alimenta perfidiaæ esset allatura, essetque iis præsentibus latens adhuc proditio eruptura maturius: ne tamen et liberum commeatum liberis hominibus denegando, videretur injurius, aut invitatos detinendo pavidus crederetur, licentiam dedit abeundi: digredientes vero sic alloquitur: ‘Et ite,’ ait, ‘amici, quando sic libet, memento autem, et vestris civibus memorate, si forsitan obliiti essent, mea in illos et populi Romani beneficia. Ego enim (non antiqua res est) ante paucos annos cum vos Ædui humiles et conclusos in opidis, agris fortunisque omnibus amissis, per vim obsides aliis ac stipendia pendentes, vestris finitimus ludibrium, accepissem, non modo stipendio atque obsidibus liberavi, sed supra omnium memoriam <sup>67</sup> gloriosus feci: ita ut ex misera seu miserabili fortuna, invidiosos toti Galliae reddiderim. Ite, inquam, mei et horum quæ vobis dico memores: [147] humanis etiam in rebus nihil <sup>68</sup> est fide nobilior penitus.’ Illi autem quibus esset imis præcordiis affixa <sup>69</sup> præsidia abidere illico, et verborum et rerum omnium et tanti ducis immemores. Itaque statim ut Noviodunum attigerunt, ubi

<sup>66</sup> Forte, impii et ingrati.—<sup>67</sup> Lege, gloriosos.—<sup>68</sup> Forte, esse fide nobilior putate. Illi.—<sup>69</sup> Lege, perfidia.

Cæsar Æduorum fidei credens obsides ex omni Gallia et frumentum et pecuniam reipublicæ, et sua et exercitus magna ex parte impedimenta deposuerat, equorum numerum ingentem in usus belli, ex Italia atque Hispania deductorum: comperto quod Litavictus ab Æduis cum honore susceptus esset, et magistratum ac senatus occursu, missique de amicitia publice ad Verecinctorigem legati, et tempus sibi andendi aliquid advenisse rati; nec contenti præda nisi cruenta crudelitate respersa esset, opidi custodibus et Romanis negotiatoribus ad unum cœsis, quaecunque ibi reperta sunt, tanquam bello vel haereditate quæsita; æquis inter se portionibus diviserunt; præter obsides, quos ad magistratus ab illis libertati reddendos deduxerunt: opidum vero ipsum sat validum extimantes, ne quando Romanis utile esse posset, flammis immissis exusserunt: et frumenti parte<sup>70</sup> manibus quantum paucis horis licuit (erat enim in ripa Ligeris opidum)<sup>71</sup> amicta; parte aut<sup>72</sup> flammis injecta, ne quid penitus Romanis tanto ex opido superesset: neque his contenti duo illi egregii Cæsaris amici, colligere omni ex parte præsidia quibus Cæsari obstarent, ripas fluminis custodire, quo<sup>73</sup> cum transitum prohiberent: frumentaque omnia corrumpere aut asportare, ut eum si non aliter, saltem fame repellerent; qua in spe valde illos Liger annis erigebat; liquefactis auctus nivibus, ut vadari nusquam posse crederetur. Cæsar hæc ita fieri audiens, credo cognoscere cœpit se clementiorem esse; non quam sibi, sed quam reipublicæ expediret: [148] nihil tamen animo dejectus, sed perfidam in auctores vertere<sup>74</sup> cogitatis, celerandum statuit; ut si fieri posset cum hostibus ante congrederetur, quam eorum copiæ ex omni Galliarum angulo convenienter, quæ ante retroque innumerales et immensæ erat. Cogitabat autem Ligerim facto raptim ponte transire. Ad quem cum die noctuque nunquam intermissis itineribus pervenisset, melius sibi quam putabat accidit. Expediissimi quidam equitum suorum vadum in flumine reperiere, altum quidem ac difficile, sed pro qualitate temporis oportunum. Itaque quod persæpe et fecerat et facturus erat, transversis in flumine equis majoribus qui undarum primum impetum sustinerent, salvum quidem licet usque ad humeros madefactum traduxit exercitum. Et quum præter omnium opinionem ac spem venerat, solo hostibus

<sup>70</sup> Forte, navibus.—<sup>71</sup> Lege, arecta.—<sup>72</sup> Suppleo ex Cæsare: flumine aut.  
—<sup>73</sup> Lege, cum transitu.—<sup>74</sup> Forte, cogitans.

stupefactis aspectu, ingentem vim frumenti ac pecoris late effusi adeptus, egentes rerum omnium legiones, dispersa inter eos rerum copia recreavit. Dum hæc ab imperatore tam celeriter quam feliciter gererentur legatus vir fortissimus Labienus in perplexitatibus multis erat; profectus nempe cum quatuor legionibus Lutetiam Parisiorum quæ in insula Secanæ sita erat, ubi nunc est totius transalpinæ Galliæ famosior civitas fundata Parisius, magna ibi <sup>75</sup> multitudo hostium exceptus, et nequidquam tentato transitu repulsus erat: sed nocturno inde silentio digressus Melodunum venit, opidum tunc Senonum: et navibus inventis in flumine, introgressus, ac pene vacuum nactus locum; quod pars maxima aceolarum Lutetiam ad bellum jussa perrexerat, sine contradictione aut ulla repugnantia eum cepit. Inde super amnem refecto ponte, copias transfert, atque illis terrestre iter agentibus, ipse secundo fluminis alveo Lutetiam repetit: quo præcognito hostes opidum incenderunt, pontesque opidi, quorum alter dexteram ripam circumflui amnis <sup>76</sup> levem alter attingebat resciderunt. [149] Ibi vero non Parisiorum solæ, sed finitimarum omnes gentium copiæ constiterant, præposito omnibus <sup>77</sup> Camulogeno, quo de cognomine Aurelio, alibi Aurelium invenio: hic vir senio gravis, sed rei bellicæ peritissimus habebatur: propter quod hunc laborem consensu omnium coactus extrema in ætate suscepérat. Sie se rebus habentibus rumores varii jactabantur: Cæsarem Gergoma digressum ac Ligeri interclusum demum frumenti inopia ultima compulsum, in provinciam Romanam eis Rhodanum concessisse: Æduos rebellasse: Galliam omnem in motu esse. Quibus rebus Labienus ipse permotus, non pugnare decreverat: idque unum animo volvebat, qualiter <sup>78</sup> Agivicum, id opido nomen erat, unde discusserat, atque ubi præsidio imposito impedimenta dimiserat, salvas reduceret legiones. Interim tamen et Bellovaci inter Gallos famosi, motibus tantis accesserant, et rebellione Æduorum exciti odium diu celatum aperuerant; jamque aperti hostes in armis erant: itaque <sup>79</sup> Parisiis inde Bellovacis, et varia belli mole pressus et circumventus, consilium <sup>80</sup> invitavit ex tempore, statuitque fortunam prœlii tentare; nocturna tempestate horrida adjutus, exploratoribus hostium nil tale cogitantibus interfectis, tota

<sup>75</sup> Lege, *multitudine*.—<sup>76</sup> Lege, *læram*.—<sup>77</sup> Forte, *Camulogeno, cognomine Aulerco*. Sic Cæsar.—<sup>78</sup> *Agendicum Cæsari*.—<sup>79</sup> Adde, *hinc*.—<sup>80</sup> Forte, *mutavit*.

nocte tumultu vario et trepidatione multiplici fugam simulans ; cum sollicitos ac suspensos hostes usque ad lucem tenuisset, subito constitit, et instructa acie magnifice suos hortatus est, illud in primis obsecrans ‘ut et suæ pristinæ atque expertæ totiens virtutis, ac Cæsaris meminissent, eumque sibi fingerent presentem, quo duec tot tamque claras victorias habuissent. Siquidem illius auspiciis etiam nunc pugnari, et vel solam sui memoriam, fiduciam suis, terrorem hostibus, allaturam.’ His dictis signum pugnæ dedit ; pugnatum est magnis hinc inde animis, usque adeo ut Galli primo impetu una suorum parte propulsa, [150] cæteri tamen quamquam multis vulneribus afflicti neque vultus averterent, et cum septima legio clam immissa a tergo illos invaderet, terga quidem hostium vident, sed minime fugientium : cæsi omnes, et ipse quoque Camulogenus suorum usque in finem hortator egregius, nullo boni ducis officio prætermisso : sed ita sibi statutum erat, ut vel decrepitus in prælio moreretur : pars hostium quæ præsidio castris relicta erat auditio prælio accurrit : sed et hæc in Romanos incidens, victorum impetum non tulit, eandem cum suis sortem habuit : nisi quod illi fere omnes in prælio, ex his per plurimi in fuga periire. Cum haec magna victoria Labienus Agediacum redit, inde ad Cæsarem cum incolumi profectus exercitu : nec minus ideo Gallorum populi conjurant ; Æduis (quis credit) <sup>81</sup> actorisatibus legati undique destinantur : si qui autem visi erant ad consensum lenti : Novioduni inventi erant omnium fere obsides populorum, quos ibidem Cæsar ut diximus sub Æduorum fide reliquerat, hiique eorum in potestate erant omnes ; horum ergo suppliciis hæsitantes terrebant ; et nunc precando nume minando <sup>82</sup> suam sententiam protrahebant. Mittunt denique ad ipsum Vercingetorigem legatos : petunt ut Æduum accedat, ibique de rationibus belli consilium ineatur. Paret ille <sup>83</sup> aut gravatim et illorum defectione laetus et belli cupidus gerendi. Cumque eo per ventum esset petere eos in consilio non puduit (o præsens impudentia) ut eis adversus amicum suum Cæsarem belli administratio crederetur : quam ultiro oblatam, etsi non virtute animi, ac saltem verecundia siqua esset, recusare debuerunt : id enimvero cum negatum, resque in controversia versa esset, Bibracte amplissimo tunc Æduorum opido consilium Galliæ totius instituitur, ad quod populi omnes convenire præter <sup>84</sup> Roma-

<sup>81</sup> Forte, *autoribus*.—<sup>82</sup> Adde, *in*.—<sup>83</sup> Forte, *haut*.—<sup>84</sup> Forte, *Rhemos*.

nos et Lingones Treverosque, et illos quidem duos amicitia continuit Romanorum, [151] hos tertios locorum distantia, et suus labor,<sup>85</sup> quam patiebatur eo tempore ab incursibus Germanorum: quae res toto illos bello medios tenuit, ut in neutram partem inclinarent. In eo sane consilio commissa questione suffragiis; consensu omnium populorum Vercingetorix belli dux decernitur: cuius decreti pudore simul ac meroe consternati Ædui: et e spe improba dejecti, tum primum et cognoscere Cæsarem cœperunt et fortunam suam: non tamen ab incepto resilire ausi, hinc Cæsarialis, hinc Gallorum metu: tum primum quoque tumidi adolescentes Eporedorix et Viridomarus indignantes agnoscere potuerunt, quanto esset honestius sub Cæsare tali viro, et de eis ita merito quam sub Vercingetorige adversus Cæsarem militare. Ipse autem pridem factus, nunc resectus, quodque est fortius,<sup>86</sup> contentione reformatus imperator Vercingetorix; suo jam certior de statu, agit jam cuncta fidentius: edicisque omnibus ut equitum certum numerum confiant, obtemperatumque illico est: quindecim milia equitum fuisse satis convenit: peditatu sane non alio quam quem habuisset opus esse professus est, qui octuaginta milium erat: non se tamen prælii fortunam totis his copiis experturum, neque rem justæ commissurum aciei Vercingetorix ajebat: sed quum abundaret equitatu, Romanos pabulo exclusurum, atque ita viros armis invictos, inedia ac fame victurum: neque arcere hostem a frumentis tantum, sed frumenta ipsa corrumpere suis persuaserat.<sup>87</sup> Sic privatis temporalibus incommodis perpetuam publicam libertatem quæri dictans: et erat tumultuarius imperator ordinariis curis intentissimus, quasi legitimis bene moratae ejuspiam reipublicæ suffragiis ad imperium<sup>88</sup> accidissent. Inter alia quidem Allobrigibus bellum, quod cum Romanis sentire eos opinabatur, indicavit, [152] unaque cum bello, animos eorum secretioribus nuntiis ac promissis tentat ingentibus,<sup>89</sup> princeps perviam, civitatem imperio provinciae; ut quod una non possit<sup>90</sup> alter consequatur viam. Hoc adversus Allobrogas bellum Æduis committit: qui congressi, multis suorum obtruncatis, amicitiam Romanam utilē fuisse senserunt, sub qua dudum honorati quietique vixerant. Cæsar interea in Sequanos proficisciatur: ejus iter Vercingetorix fugam ratus, ad

85 Lege, quod premebantur.—86 Forte, consensione.—87 Forte, His.—

88 Lege, accessisset.—89 Forte, principes pecunia.—90 Lege, altera consequatur via.

consilium suos vocat: et fugere quidem hostes ait, ac Gallicis finibus abire: id in præsens <sup>91</sup> tis esse, ut Galli sua antiqua in libertate remaneant; in futurum minime: nam quis dubitet majore illos <sup>92</sup> visu atque impetu reversuros; occurrentum prosugis igitur, ut vel fugere nequeant, vel amissis impedimentis nudi et inglorii fugiant, exemploque alios simili terreat ab incœpto. Consensum est magnis potius animis, quam consiliis, et religiosissimum jusjurandum more gentis interponitur: ‘ne cui equitum ad filios ad parentes ad conjugem sit reditus, qui non Romanam aciem penetrasset.’ Tres acies Gallorum equitum fuere: totidem his Romanas Cæsar opposuit: tribusque simul est certatum locis, quo certamine, in submittendis auxiliis ubicunque suos urgeri senserat, Romani ducis diligentia ingens fuit. Germanorum quoque equitum quos e Transrhenanis urbibus Cæsar acciverat, insignis opera,<sup>93</sup> fuso equitatu raptisque et Cæsari præsentatis aliquot nobilissimis Æduorum, qui hostium in acie contra eum fuerant. Vercingetorix qui <sup>94</sup> illa nube peditum seorsum stabat, cum eisdem pugnæ exitum prævidens abscessit: ductis secum quos ducere licuit, sequi jussis cæteris, Alexiam opidum quod non longe aberat gradu festinante <sup>95</sup> se contulit. Castra præ portis oppidi metatus Cæsar impedimentis tuto loco positis, abeuntem reliquo consecutus exercitu, [153] ultimam semper aciem carpendo, sic inter eundum <sup>96</sup> decem milibus hostium obtruncatis; Alexiam cum venisset ad vesperam, nocte illa substitit: ubi illuxit, quamvis altissimo sita in colle, et duobus prope <sup>97</sup> cuncta fluminibus pene inexpugnabilis appararet; suos tamen cunctis difficultatibus assuetos exhortatus, vallo illam atque obsidione circumdat, ejus ambitus decem milia passuum tenebat: <sup>98</sup> IIII ac XXIII castellis in circuitu erectis, <sup>99</sup> præsidiaque ad unumquodque adhibitis, maximeque nocturnis: quibus nondum peractis et obsessis adhuc nonnihil audentibus, equestre prælium ante urbem plana in valle conseritur: ubi cum victoria Romanorum, et multa hostium cædes esset; et quidam ex hostibus intra muros refugiendo castra deserent: priusquam fuga omnium nudarentur, claudi portas Vercingetorix jubet. Ante quoque quam vallum et munitiones Cæsareæ completerentur, omnesque præcluderentur ad

<sup>91</sup> Lege, satis.—<sup>92</sup> Lege, nisu.—<sup>93</sup> Adde, sicut.—<sup>94</sup> Adde, cum.—<sup>95</sup> Forte, se contulit, castra pro portis oppidi metatus. Cæsar.—<sup>96</sup> Cæsar ponit, tribus millibus, quod magis verisimile videtur.—<sup>97</sup> Lege, cincta.—<sup>98</sup> Puto legendum, IIII. ac xx.—<sup>99</sup> Lege, præsidiisque.

egressum viæ; quod in castris atque in urbe rerum omnium penuria ingens erat, a se equitatum omnem obsidioni gravem et inutilem abdicare disposuit. Quibus tandem silentio noctis abeuntibus, anxia atque sollicita cura imperat, ‘ut urbes suas adeant, et pro se quisque suos hortetur, ut universos ferendis armis idoneos in bellum mittant: neu se de libertate et gloria Gallicana, deque omnibus sic meritum, inter manus hostium ludibrio deserendum putent; sed obsessis opem ferre festinent: opus enim esse celeritate, quoniam omni parcimonia quantumlibet exacta, paulo amplius quam triginta diebus tollerari posset obsidio: properent ergo <sup>100</sup> in segnitie impia octuaginta milia electorum hominum suorum perdita atque hostibus prodita pati possunt.’ Sic admonitis et emissis equitibus, ipse cum reliquis intra urbem se recipiens: ac pecus frumentumque omne ad se relatum, [154] parce nimium ac maligne disperiens, veri speciem præbebat obsessi; non eruptione; non armis; sed expectatione ac nuntiis bellum gerens, auxilia undique postulans et expectans. Cæsar ex profugis et captivis de statu certior obsessorum, munimenta et turres ac machinas, nec non frumenti et pabuli uberioris abundantiam; et quidquid in talibus humano ingenio cogitari potest, quo <sup>1</sup>non a parentibus tantum, sed quæcunque fungi possent, periculis obviaret: tanto studio maturabat; ut legere ea vel audire difficile sit, quæ sibi factu quoque cuncta facilia victoriæ appetitus vel gloriæ faciebat. At Gallorum populi, suorum reditu admoniti, <sup>2</sup> quem in arcto ad Alexiam res essent, concilio celebrato, et auditis principum sententiis, nullo pacto negligendum sibi tantum Galliæ periculum <sup>3</sup>consuerunt neque tantum quod obsessus petierat imperator, cogere in bellum omnes qui arma possent portare ne in infinitum <sup>4</sup>cederet: sed singulis civitatibus certum numerum decreverunt: longum est singula prosequi, et quamquam notitiæ rerum <sup>5</sup>aliquid fortasse, non minus tamen interdum tædii habituum, quadraginta vel circiter nomina urbium sunt: bellatorumque ex his equitum octo, peditum vero ducenta quadraginta milia redacta reperio. Cum haec tanta multitudine recenti atque integra, decem Romanis jam vincendo fessis legionibus ipsis hostium in finibus decertandum erat: et haec tanta armatorum moles hostium non alibi quam in campis Æduorum, <sup>6</sup>nunc Cæsar in Æduos tolle-

100 Lege, *ni.*—1 Forte, *non præsentibus.*—2 Lege, *quam.*—3 Forte, *censuerunt: neque tamen.*—4 Forte, *crescent.*—5 Forte, *utile.*—6 Videntur delenda haec verba, *nunc Cæsar in Æduos tollerantia.*

rantia, præfectisque Æduis Eporedorige scilicet ac Viridomaro, addito Comio Atrebateni; qui omnes Cæsaris familiarissimi fuerant; explicita memoratur. Sed excusant factum: quia <sup>7</sup>videt tantum studium recuperanda bellicæ gloriae, et avitæ libertatis incesserat; [155] ut neque familiaritatis atque amicitiae fræno, neque ullo <sup>8</sup>beneficio ab aliquo perceptorum obligatione atque memoria cohiberi possent. Eratque species impietatis atque perfidiae amicum nosse, nisi quod qui amicus et patriæ suæ esset, huic libertatis et gloriae studio tanta inerat alacritas, tanta spes, quasi jam præsentis victoriae anticipatio animorum, ut nullius esset opinio, Romanos tanti exercitus clamorem atque conspectum, ne dicam vim atque arma passuros: præsertim cum obsessi eos rebus cognitis quotidie eruptionibus exercearent; jam inclinatis et defessis tamen subito novum pondus accederet. Denique Ver-  
casiænus Alvernus Vercingetorigis consobrinus, omnium dux  
eligitur, datis e qualibet urbe viris prudentissimis, quorum consilio  
regeretur: his ille consiliis, atque his armis, plenusque fiduciae  
ingentis Alexiam petit. Et hi quidem festinabant, obsessi autem  
consultabant: neque vero facile magnæ res parvo in tempore expedi-  
diri possunt. Hæc igitur tanta de tam distantibus locis hominum  
<sup>9</sup>coacto in tam paucis diebus fieri nequivisset, nisi incredibilis quidem  
consensus omnium affuisset: neque tamen omnibus animorum  
stimulis festinari adeo tanta res potuit, quin dies trigesima a Ver-  
cingetorige prædicta transisset, totque dies alii, ut res ægre amplius  
trahi posset. Tum vero, qui miserorum mos communis, ad  
consilia concurritur: dicuntur <sup>10</sup>finem pro animorum varietate  
dissimiles: his deditio: his placet eruptio: his vita pacifica: his  
honesta mors. Erat inter consiliarios vir unus, magnæ inter suos  
opinionis: origo illi Alverna, clarum genus, durus animus, inflexibile  
propositum, nomen viro Tritognatus: propter quæ non ab re  
fortasse fuerit, auditis aliorum sententiis, quid iste suaserat audire:  
quamvis autem oratio ejus longiuscula, <sup>11</sup>in hæc omnium summa  
fuit: [156] dixit, ‘eos qui deditio nem suaderent <sup>12</sup>nec audiendi  
quidem, quoniam nomine deditiois fœdam et miseram suadeant  
servitutem: eos vero qui eruptionem viriliter quidem loqui, quod  
bene mori viris fortibus exoptandum sit: non tamen utiliter nec

<sup>7</sup> Forte, *omnes*.—<sup>8</sup> Forte, *beneficiorum*.—<sup>9</sup> Forte, *coactio*.—<sup>10</sup> Forte, *sen-  
tentiae*.—<sup>11</sup> Forte, *tamen hæc omnium*.—<sup>12</sup> Lege, *ne audiendos*.

consulte satis, quod eorum mors, non ipsos modo, sed illos quoque qui <sup>13</sup> eos auxilia veniant dejectura sit, inter suorum tot cadavera non aequis animis pugnáturos: qui si neque ipsi ad diem venire, neque eorum nuntii per circumfusas hostium custodias pervenire poterant, nequaquam tamen de illorum fide dubitandum: appropinquare enim illos haud dubie: idque si aliunde non possit intelligi, ex ipsa Romanorum trepidatione castrorum posse perpendi, qui non tam auxie die noctuque operibus incumberent, nisi vim hostium adesse sentirent: harum <sup>14</sup> erga sententiarum altera reprehensa, altera laudata quidem in parte, sed rejecta: ipse sententiam suam dixit ut corporibus eorum qui inutiles bello essent viri fortes vitam sustentarent, donec præventi auxilio juvarentur: idque et factum docuit bello altero longe impari, quo Cimbri scilicet Gallias ante vexaverant: et nunc eo promptius <sup>15</sup> faciendum esse, quo Cimbri transeuntes, prædam non aliud quærebant: Romani autem <sup>16</sup> confidentes imperium querunt: idque ex finitimis posse cognosci, qui victi ab eis, amissis <sup>17</sup> legionibus patriis, et perdita libertate, gravi jugo pressi sub immortalis servitio vitam agunt: et si factum non fuisset, esset tamen faciendum; quod exempla virtutis ut a majoribus accipienda, <sup>18</sup> sit posteris sint tradenda, et fortitudinis opera viris fortibus inchoanda; multo magis igitur imitanda.' Haec sententia Tritognati fuit, ferox quidem, et ferocis <sup>19</sup> judex animi, atque ideo ne recepta quidem, sed dilata in tempus ultima necessitatis: adhuc enim in utrumque esuriendo licet et parcendo aliquot diebus <sup>20</sup> vinci poterat: deliberatum tamen in præsens, <sup>21</sup> et inepti ad bellum vel sexu vel valitudine vel ætate pellantur; pulsi in primis Mandubii, quorum erat opidum, quique eos amice suis muris exceperant: documentum evidens, ne quis armatos <sup>22</sup> hospites intra suum limen sponte recipiat, <sup>23</sup> cedant enim jura armis: hi vero cum conjugibus ac natis et annosis parentibus per suos pulsi patria, dum ad Romanas custodias venissent, genitu atque obsecrationibus instant in servitatem recipi, cibo refici: negat Cæsar, eosque unde venerant mox reverti jubet. Dum talia obsessi agunt expectata aderant auxilia: quæ castris juxta Romana castra dispositis, die pro-

<sup>13</sup> Lege, *cis auxilio*.—<sup>14</sup> Lege, *ergo*.—<sup>15</sup> Lege, *faciendum*.—<sup>16</sup> Lege, *confidentes*.—<sup>17</sup> Forte, *legibus*.—<sup>18</sup> Forte, *accepta, sic*.—<sup>19</sup> Lege, *index*.—<sup>20</sup> Forte, *duci*.—<sup>21</sup> Forte, *ut*.—<sup>22</sup> Lege, *hospites*.—<sup>23</sup> Lege, *cedunt*.

ximo omnem quæ ante Alexiam erat <sup>24</sup>completere planitem: horrendum hostibus spectaculum, ni Romani; obsessis vero lætissimum: itaque conspectu ipso gaudium et gratulatio ingens fieri, quo assunta fiducia portis egressi eruptioni ac prælio præparantur. Cæsar ad omnia præsentissimo animo suas copias partitus, hos unis, hos aliis objicit: duobus magnis præliis ea in valle certatum est, tertio etiam ancipi: eratque co hostium incursus ardentior, quo suorum sub oculis pugnabatur, nec latere cujusquam virtus nec ignavia poterat: et pugnantes gestu et clamoribus ac Gallico juvabatur ululatu: tertio vero quo pugnatum diximus congressu, adeo in extremo Romana res stetit, quod nisi Cæsar Labienum cum cohortibus, et inde <sup>25</sup>aliosque in tempore submisisset, et ipse demum medium sese in aciem terrifico impetu conjecisset, labentemque rem firmasset, atque ita permiscuisset, ut nullus missilibus locus esset, sed gladiis omnia gererentur: denique sub quo cunque duce alio <sup>26</sup>alibi et ruere omnia potuissent: magna est unius virtus hominis, magna fortuna: [158] omnibus tandem præliis victor Cæsar signis multis militaribus ad se relatis, ingenti strage hominum facta et ducibus multis cæsis, Vereasmellannum Alvernū auxiliorum ducem omnium vivum cepit: plurimi interfici: pauci fuga elapsi. Et nisi milites Romani tanto et tam vario labore haud immerito fatigati insequi nequivissent; vix aliquis evasisset: missus tamen equitatus a Cæsare nocte media ad insequendum profugos, tum ultimos attigisset, multos capit, multos interficit: cæteri hac illae incertis fugæ vestigiis in patriam quisque suam abeunt, nuntiantque quæ viderant. At obsessi omni spe consumpta, et quid agant quid consilii capiant ignari, tali tandem Vercingetorigis oratione firmantur. ‘Ego,’ inquit, ‘Deos omnes testor, bellum hoc non meæ, sed publicæ utilitatis consideratione suscepī, eique fideliter dum potui: satis adversantibus rem <sup>27</sup>egressus expertusque omnia, ad ultimum victus sum: neque in me quidquam amplius; neque in alio quod videam spei est: cedendum jam fortunæ censeo: cui libentius fateor non cederem: sed ineluctabilis et invicta est. Id unum cogitandum restat Romanis victoribus qualiter satis fiat: idque ego non aliter quam mei ipsius captivitate seu morte fieri sentio. Ad utrumque ego etiam æquo animo paratus sum, seu vivus seu occisus in manus hostium venire. Placemus Cæsarem, quem

<sup>24</sup> Lege, complevere.—<sup>25</sup> Lege, alios quoque.—<sup>26</sup> Lege, labi.—<sup>27</sup> Lege, aggressus.

superare non possumus, ad quem de hac re legatos <sup>28</sup>mittendo censeo. Facile approbat unusquisque quod sine periculo suo fit. Ita publico de consilio cum hac optione mittuntur ad Cæsarem legati. Ille <sup>29</sup>unum Vercingetorigem quam mortuum prælegit. Ipsum ergo qui tot motus exciverat, et reliquos principes hostium, solio ante castra residens suscepit. Illud in rege memorabile, quod cum ad Cæsarem pervenisset, projectis insignibus <sup>30</sup>regibus armisque et phaleris ante genua victoris, notissimam illam vocem edidit: ‘<sup>31</sup>Et habe,’ inquit, [159] ‘fortem virum vir fortissime vicisti!’ et hoc quidem dictum hancque deditioinem Florus brevis et comptus historicus ad Gergomam factam dicit: ubi nil prosperum fuisse, his credendum qui rebus interfuerere. Arma præterea et captivos simul Cæsar accepit, quos omnes per exercitum, singula capita singulis divisit in prædam, præter Æduos atque Alvernos: hos<sup>32</sup> si retinuit, si fortassis eorum pretio recuperare populos illos posset, successitque quod intenderat. Nam profectus in Æduos urbem sine prælio recepit: eo quoque ab Alvernis placata legatio sub idem tempus venit, suos in illius potestate futuros dicens: ipse magno numero obsidum <sup>33</sup>impetrato; quo eos fræno in fide atque obedientia contineret, utriusque genti captivos suos ultro restituit: <sup>34</sup>multa erant circiter viginti. His gestis, exercitum ne uni provinciae gravis esset, utque omnibus <sup>35</sup>sequi emergerent casibus promptius, et proximo subveniret, per idonea loca dispersit: duas scilicet legiones in Sequanos, his præfecit Labienum, cui Marcum Sempronium Rutilium dat collegam: totidem legiones in Rhemos ne a Bellovacis <sup>36</sup>molestantur: his <sup>37</sup>Gajum Fabium et Minutum Basilium legatos præfecit: unam legiōnē in <sup>38</sup>Ambibaricos sub Gajo Antistio: unam in Bituriges sub Tito Sextio: unam in Ruthenos sub Gajo Caninio Rebibo: reliquas Cabillone ac <sup>39</sup>Matistone sub Quinto Tullio Cicerone magni Ciceronis fratre, Publioque Sulpicio secus <sup>40</sup>Ararum aprenem ad rei scilicet frumentariae curam. <sup>41</sup>Ipsi autem Bibracte de quo diximus <sup>42</sup>Hybernorum opido hibernavit: hisque per litteras senatui nuntiatis dierum viginti supplicatio Romæ fuit.

28 Lege, *mittendos*.—29 Forte, *vivum*.—30 Lege, *regiis*.—31 Lege, *En habe*.  
 32 Lege, *enim*.—33 Lege, *imperato*.—34 Forte, *milia*.—35 Lege, *qui*.—36 Lege, *molestantur*.—37 *Cajum*, et statim: *Cajo Antistio*: et post *Cajo Caninio Rebilo*.—38 Apud Cæs. legitur *Ambivaretos*.—39 Lege, *Matiscone*.—40 Forte, *Ararim annem*.—41 Lege, *Ipse*.—42 Forte, *Rhemorum*.

*Hic incipit octavus Commentariorum liber quem fecit Julius Celsus: [160] septem autem primos et usque ad hunc passum fecit ipse Cæsar, quamvis hic auctor aliquot in locis contradicit et male Cicerone teste et ipso Celso in prologo suo, &c.*

VICTOR Cæsar non tam ipse per hiemem quiescebat, quam honesto labore fessus militibus quietem dabat; nunquam animo otiosus; semper in futurum providens, et ventura præteritis conferens, adversusque omnia quæ casu aliquo evenire possent, quasi præsentia consilio jam intuitus, ut vix unquam sibi impedimentum <sup>43</sup>aliud accideret: quod etiam de morte ejus quidam opinati sunt, de quo suo dicemus loco. Et hæc quidem ipse victor: victi autem Galli nec quiescere poterant, et impositum jugum neque sustinere volebant, neque executere valebant, indomitorum tamen ac fragili more bonum executere nitebantur: hinc per urbes ac populos et <sup>44</sup>tractatus varii et conjurationes, novarumque rerum studia undique resurgebant; ac velut incipientium tempestatum murmura longinquis e littoribus resonabant: horum causa <sup>45</sup>mortuum erat, quod Galli potentiam solam, quæ utique magna erat, non virtutem aut fortunam suam metientes, dicebant, proque comperto habebant; vel si suas copias effudissent, non posse Romanos tot locis occurtere; vel si eas in unum contraxissent, tantum simul coactam sarcinam tollerare. Quod ultimum præcipue quam prudenter opinarentur, prælia ista novissima docuisse debuerant. Sed sunt multi qui nihil eventurum cogitare didicerint, nisi quod cupiunt evenire: sic indomitum fortunæ caput suo substernunt desiderio, sæpiusque falluntur: ex eodem fonte sunt, qui sua inter multos agitata consilia nunquam in hostium notitiam ventura; [161] et quod ea vulgari nolunt, nec vulgari quidem posse confidunt: hæc in præsens Bituriges passi sunt. Siquidem Cæsar rebus apud Æduos rite compositis, pridie Kalendas Januarii, tempore <sup>46</sup>aut sane exercitum ad iter oportuno, Bibracte digreditur: edicitque militibus, ut villarum incendiis abstineant, ne <sup>47</sup>ut exercitum pabulum desit, aut hostes territi spectaculo sese <sup>48</sup>intutum eripiant. Ita raptim in Biturigum fines, unde hostilia munitantur, erupit, ut præmissi equites prius in agris otiosos securosque ruricolas deprehenderent, quam aut fugere

43 Forte, aliquod.—41 Lege, tractus varios.—45 Lege, motuum.—46 Forte, huud sane exercitu.—47 Forte, aut exercitu.—48 Lege, in tutum,

aut a quibus caperentur advertere potuissent. Sic multi hominum milibus captis, reliqui Bituriges per vicinas urbes salutem sibi, hospitum indulgentia, et privata fide, aut publica consiliorum participatione, quærebant: sed nequidquam: celeritate enim illa sua ubique Cæsar erat, quæ et amicos servabat, et dubios in fide firmabat, et hostes terrebat atque turbabat, neque ulli populo vacuum sinebat de aliena prius, quam de sua salute curam gerere. Exclusi undique Bituriges <sup>49</sup>at semper promptam ac patentem omnibus misericordiam Cæsaris rediere; datisque obsidibus sunt recepti, non ad impunitatem modo, sed ad gratiam, ita ut cum jam digressus legatos eorum recepisset, open poscentes adversus Caruntes, qui eos prœliis lacessisse dicebant, non tantum miserit auxilium, sed tulerit, eoque cum copiarum parte perrexerit: quæ ditata prædis ingentibus, cum Caruntes difficultatum ad extrema redegisset, pro parte <sup>50</sup>animi adversa satis actum ratus, hostium distraxisse contentus, ne quid ex hiberni consilii seminibus bellum gravius vere nasceretur, abscessit. Dum ecce Rhemorum legatio querentium, Bellovacos inter omnes Gallos bello claros, exercitum comparare ut Suessionem suam urbem invaderent: [162] duces esse Comium Atrebatem amicum quondam Cæsaris, <sup>51</sup>Corbeumque Bellovacum, cui maxime ab omnibus pareatur, quod ei ante omnes Romanum nomen odio esset ingenti. Nou censuit Cæsar expediens neque honestum socios bene meritos in tanta necessitate desererere: itaque hyeme media, nec sibi parcens nec militibus, cum quatuor legionibus eo profectus, positis castris, cognitisque hostium consiliis, comperit nullum fere præter rusticos in ædificiis inveniri: demigrasse omnes Bellovacos armis idoneos, et cum eis aliarum quinque populos civitatum: alto uno omnes in loco et paludibus <sup>52</sup>cepto castrum metatos consedisse, Cæsaris expectantes adventum; ut si cum tribus, ut fama erat, legionibus veniret, prælio decernerent; si cum multis, loci se difficultate defenderent, et inopia pabuli ac frumenti, et asperrima parte anni, quæ pro eis omnia contra Cæsarem militarent. Quæ ille audiens, sat matura et minime barbarica consilia judicavit: in id maxime intentus, ut manus hostes, spreta suorum paucitate, consererent; fidens secum paucos quidem numero, sed expertos bellis spectataeque virtutis

49 Lege, ad.—50 Forte, anni.—51 Correcumque: sic Cæsar.—52 Forte, septo castra.

viros esse, quos nulla multitudo hostium, nulla vis frangeret. Itaque convocatis militibus, et patesfacto hostium consilio, hortatur suos, ut et more solito fortiter se habeant, et globatim prodeant, quo paucitatis opinio hostibus augeatur. Ipse tres in fronte legiones quanto quivit arctius, impedimenta in medio, legionem unam in fine constituit: neque tamen hoc commento hostes elicuit. Etsi enim illos ad prælitum paucitas hortaretur; subitus tamen dehortabatur adventus, qui (ut erat) ingentis plenus fiduciae videbatur: loco sese altiore continuerunt. Cæsar castra hostibus <sup>53</sup> potuit viciniora committunt: vallo supra communem modum ac turribus crebris et validis: id duplii fiebat ex causa ut et hostibus fiducia, opinioque Romanorum metus acreceretur: [163] et cum legiones pabulatum longius proficerentur, pauci possent de se fortia claustra defendere: in medio <sup>54</sup> utrumque castrorum his atque illis urgentibus sœpe levibus præliis certabatur: et siue Romani pabulatores locis longe lateque distantibus, quo eos suæ quæcumque necessitas urgebat, unus alterque deprehendebantur: quod etsi nonnullius damni esset, æquo tamen id animo ferebat Cæsar, Barbarorum spes <sup>55</sup> manes parvisque successibus <sup>56</sup> inestandas spe-rans. Accedebat auxilium Germanorum equitum per eos dies a Comio Atrebate deductorum, qui etsi pauci essent, nempe non plures quingentis, auxerant tamen spes Gallorum: his etiam illud additum: Nam Rhemorum equites, dum avidius hostibus <sup>57</sup> susulant, in insidias lapsi, præfectum equitatus et principem civitatis amiserant, Vertistum nomine, virum grandævum, sed peritum belli; qui Gallorum more, laborioso <sup>58</sup> deletus officio ne uti quidem justa ætatis excusatione <sup>59</sup> consenserat. Creverant hostibus animi hoc eventu: sed quæ facile crescunt cito occidunt. Paulo post Germanorum, qui sub Cæsare erant, aliquot equitum incursu primum quidem loco moti, mox in fugam versi, <sup>60</sup> resistendo constantiam amisere; nil deinceps ausi nisi per insidias: hisque ipsis infeliciter usi, et eorum fraude Romana virtute superata, equitum peditumque multis milibus amisis, ipso cum duce, implacabili illo Romanorum hoste Corbeo, qui nullo periculo moveri quivit ut fugeret; nullus victorum hortatibus, nulla spe veniæ oblata flecti quivit,

<sup>53</sup> Forte, posuit viciniora: communis vallo.—<sup>54</sup> Lege, utrorumque.—<sup>55</sup> Forte, magnis.—<sup>56</sup> Lege, inescandas.—<sup>57</sup> Lege, subsulant, vel insultant.—<sup>58</sup> Lege, delectus.—<sup>59</sup> Forte, poterat.—<sup>60</sup> Lege, resistendi.—<sup>61</sup> Lege, nullis.

ut se dederet, pugnans mori maluit; fracti ac dejecti animis cum adesse Cæsarem audirent; clangore tubarum velut ad consilium congregati, unanimi clamore diffiniunt mittendos ad eum obsides ac legatos, [164] notamque ad misericordiam convolandum. Nullus ab hoc consilio dissensit præter unum Comium, qui metu digni supplicii fuga deditio[n]em declinavit, atque ad Germanos se contulit unde<sup>62</sup> equitum nuper adduxerat. Legati cum ad Cæsarem venissent ad genua provoluti verba in hanc<sup>63</sup> fixere sententiam. ‘Parce Cæsar parce, non propter degeneres actus nostros tuam nobilissimam corrumpe naturam: nisi peccarent homines, segnis esset et otiosa clementia, quæ non minus tuum nomen quam omnes bellicæ laudes omnesque victoriae clarum fecit. Da veniam erroribus nostris, eoque suppicio contentus esto, quod ipsi nobis intulimus, quod tu nunquam, si bene te novimus, intulisses: peccavimus, non negamus: sed peccati nostri gravissimas pœnas damus: amisimus opes nostras et vetustam gloriam, et matres et viros amisimus: nihil nobis est reliqui præter tuam misericordiam: de illo solo sperramus quem offendimus: hoc tantis in malis boni est, quod simul et Corbeus omnis mali auctor occubuit, quo sospite<sup>64</sup> unquam nobis resipiscere licuisset: ille plebem miseram quocumque libuerat concitabat. Plus ille unus quam senatus noster, quam<sup>65</sup> princeps, postremo quam tota civitas poterat: gaudemus perisse dum ille perierit.’ Et Cæsar ad hæc: ‘et anno altero primi furentium, ultimi resipiscentium fuitis, et nunc nulla nostra culpa bellum nobis intulisti: sed enim fecit hæc Corbeus solus; nullum in aliis crimen est; libet id quidem opinari: scio tamen quam accusare mortuos nec responsuros leve est. Sed nunquam tantum unus in populo potest, quin plus possit universa nobilitas, si ad salutem publicam bona fide concordet. Ego autem non omittam morem meum in vobis; parcam vel indignis; non quid vos deceat aspiciens, sed quid me: vos peccastis, et vos vobis pœnam irrogasti[us] qua contentus aliam non imponam.’ Datis obsidibus pax convenit, secutæ exemplum urbes reliquæ quæ cum illis conjuraverant, et petentes similem clementiam invenerunt. [165] Jam quod ad publicos attinebat motus compressa et pacata omnia videbantur præter Treveros, nunquam nisi per vim imperata facturos, eo Labienum

62 Forte, *equitatum*.—63 *Lege, fecere*.—64 *Lege, nunquam*.—65 *Lege, principes*.

cum duabus legionibus dirigendum statuit. <sup>66</sup> Superant tamen, ut ex magnis ægritudinibus solent dolores aliqui membrorum, sic ex gravibus bellis privatorum hominum singulares motus ex hac aut illa urbe migrantium sedesque mutantium, nullam aliam ob causam, quam ut Romanum imperium detrectarent, cui nec obstare poterant, nec subjici <sup>67</sup> dignantur. Fugæ remedium inter difficultates elegerant. Hos motus neque comprimi magno opus apparatus, neque omnino negligi consilium erat, quamobrem dividere legiones sub legatis per extrema Galliarum statuit, quibus et fugam rebellium, et injurias fidelium inhiberet. Quo facto ipse quidem ad vastandos sui antiqui hostis Ambiorigis Eburonum regis fines proficiscitur: quem neque armis vincere semper prœlio abstinentem, neque cursu assequi sæpe fuga præcipiti sibi elapsum speraus, extimabat vastitate finium ac <sup>68</sup> damnum sic invisum patriæ suæ facere, ut consensu civium belli auctor perpetuo plecteretur exilio, et ipse interim vel amicis open, vel hostibus pestem aliquam importaret: copiis <sup>69</sup> usquam diffusis, utrumque votive accidit: nam et fines Ambiorigis multis captis cæsisque mortalibus ferro atque igne vastavit, et per legatos interea amicis subvenit egentibus, nominatim Pictorum in finibus <sup>70</sup> Andio Duracio populi Romani amico stabili semper ac fido, qui tune temporis ad Limonem obsidebatur ab <sup>71</sup> Addimaeo: qui ad famam adventantis auxiliū Romani in fugam versus atque inter fugiendum prœlio victus, ac sarcinis omnibus spoliatus vix evasit. Duracius obsidione liberatus; multæ per id tempus urbes in potestatem populi Romani redactæ et in fidem receptæ sunt: [166] in quibus fuere Caruantes qui fere semper eatenus obstinati in rebellione permanserant: quorum exemplo motæ urbes aliæ Galliarum Oceanum accolentes, quæ dicebantur Armoricæ, sponte Romano jugo colla subjiciunt; quæ omnia per Gajum Fabium gesta sunt. At Gajus Caninus Drapentem <sup>72</sup> Senonem et Lucterium Cadurecum audacissimos nocentissimosque homines; qui adunata servorum <sup>73</sup> exiliumque ac latronum manu, et Romanos commeatus turbare, et late latrocinari soliti erant; sic in finibus Cadurecorum obsedit primum, dehinc autem

<sup>66</sup> Lege, *Supererant*.—<sup>67</sup> Forte, *dignabantur*.—<sup>68</sup> Lege, *damno eum*.—<sup>69</sup> Forte, *itaque*.—<sup>70</sup> Dele, *Andio*.—<sup>71</sup> Lege, *Audio Dumnaco*. Sic apud Cæsarem legitur.—<sup>72</sup> *Drapetem et Luterium* est in Cæsaris libris.—<sup>73</sup> Lege, *exnlumque*.

<sup>74</sup> Verselledunum <sup>75</sup> id opido, obsidebantur, erat nomen, comportandis intentos aggressus, Lucterium seorsum ita acie contudit, ut vix eo cum paucissimis fugiente, sui ad unum omnes cæderentur: neque enim quenquam scelestorum furum Romani milites vivum capere dignarentur: tanta denique strages fuit ut ne unus quidem superesset, qui rei nuntius ad Drapentem iret, qui ut puto rerum nescius in castris agens, et fortasse socium expectans, subito hostium incursu pari strage deletus est: hoc intersuit, quod alter suis pereuntibus abierat, hic in manus hostium vivus venit: paucisque post diebus seu dolore captivitatis et fortunæ seu <sup>76</sup> odio, seu metu supplicii gravioris, spontanea cibi inedia vitam finivit. His feliciter fortiterque per legatos gestis, Cæsar relieto in Bellovacis Marco Antonio cum præsidio, ne quid novi tumultus oriretur, per se ipsum urbes alias invisit: evocatisque ad concionem populis, oratione miti ac magnifica, qua in re principes omnium seculorum vicit, et præstantissimos oratores æquavit; multa undique perturbata composuit: nam et amicos <sup>77</sup> illa ravit, et hostes placavit, et dubios firmavit, dejectos <sup>78</sup> eripit, et mœstos ac pavidos consolatus est. [167] Inter cæteros populos cum Caruntes adiisset, unde ut diximus multa rebellio orta erat, cogitans eos plus cæteris omnibus propter offensæ conscientiam formidare, mox ut urbem attigit, conjurationis auctorem <sup>79</sup>Gutturarium deposevit: is vulgato more hominum, qui libenter commune omnium periculum unius in caput vertunt, quæsitus a populo diligenter et inventus cum ad eum adductus esset, vim naturæ suæ Cæsar attulit; utque unius suppicio metu omnes absolveret, illum a quo damna et mala omnia exercitui illata omnium una voce constabat, militum odio permisit, et securi percuti passus est. Cæsari apud Caruntes agenti litteræ redduntur a Cannio legato, de strage hostium, Lucteriique fuga et captivitate Drappeti, insuper et de opidanorum immutabili proposito, qui nec ducum eventu, nec exercitus flecterentur: que res, etsi admodum parva, animum ducis movit; ne scilicet unum opidum multis urbis argumentum esset, non sibi superioribus bellis ad defensionem libertatis, tam potentiam quam constantiam defuisse: et potuisse urbes teneri, cum opida tenerentur: hanc opinionem extirpandam, ne qua forte novandarum rerum esse posset occasio; et obsessorum

<sup>74</sup> Lege, Uxelodunum.—<sup>75</sup> Lege, (*id oppido, quo obsidebantur, erat nomen*) comportandis frumentis intentos.—<sup>76</sup> Lege, tædio.—<sup>77</sup> Lege, hilaravit.—<sup>78</sup> Forte, crexit.—<sup>79</sup> Gutturatum est in Cæsare.

pertinaciam penitus confringendam censuit. <sup>80</sup> Itaque cum sic opidum ab omni parte circumdatum esset, ut nil operibus addi posset, et obsessis rerum copiam omnium esse sentiret, aquam eis auferre tentavit, et flumen quod præterfluit ad radicem montis avertere: cumque id natura rerum obstante nequivisset, at hostes usu saltem fluminis prohibere nisus erat: positisque ad unam ripam sagittariis, alterius aditum præcluserat. Erat autem fons vivus et abundans haud procul a muris opidi, is auferri nullo modo posse videbatur, quum præter loci iniquitatem, periculosa esset pugna Romanis: labore tamen ingenti et indesimenti certamine effecit, ut ad fontem telis venientibus, periculosa hostibus et difficilis esset aquatio: [168] unde non tantum pecora sed homines plurimos sitis extinxerat: neque tamen vel minimum proposito movebantur: sed ut periculum periculo pulsaretur, sevo et pice ardentibus et apte instructis, ignem in opera Romana jactabant: atque ita multis exustis sitim suam alieno incendio vindicabant. Ibi vero et contra flammas et contra tela et contra ipsam loci difficultatem a Romanis æerrime decertatum est, coque ardenter, quo altiore in loco dimicabatur, ut eujusque virtus et ignavia ab imperatore totoque conspiceretur exercitu: quod tamen difficilima res erat, et multi ex Romanis assidue vulnerabantur; exegitavat aliam viam Cæsar, et omisso certamine impari ac damnoso, cuniculis sub terram actis, ad ipsius jam fontis venas penetrando <sup>81</sup>perveniat: quibus præcisis atque aliorum derivatis, subito fons siccatus est: quæ res intrinsecis tantum doloris attulit ac stuporis, ut non humanum opus crederetur, sed divinum, et quasi Romani in bello diis auxiliaribus uterentur, territi desisterent ab iucœpto, atque ultima vi cogente, se traderent ad omne victoris arbitrium. Senserat pridem Cæsar, ad res gerendas suam sibi obstare clementiam, quo animo nullum finem rerum fore si omnibus æque plus omnes ad rebellandum spe misericordiae incitaret: sed invitus contra suam<sup>82</sup> contraque suum morem quidquam durius cogitabat: ex diverso autem suam mansuetudinem sic notam omnibus confidebat, ut minime vereretur si quid asperius <sup>83</sup>ne quid severitate actum et non potius necessitate <sup>84</sup>judicaret: hac fiducia et exempli causa inductus, in omnes qui illo in opido contra eum arma gestaverant insuetum sibi supplicii

80 Nonnulla hic deesse suspicor, cum de adventu Cæsaris Uxellodunum nihil dicat.—81 Lege, pervenit.—82 Adde, naturam.—83 Adde, fecisset, ne id.—84 Forte, judicaretur.

genus exercuit, quibus ad terrorem cæterorum præcisis manibus vitam dedit. Per hos ipsos dies Labicuus equestri prælio Treveros vicit, [169] multosque eorum ac Germanorum qui eis tulerant tulissentque omnibus contra Romanos auxilium, interfecit: multos ex principibus vivos cepit; et Lucretius Cadureus quem victum a Cannio profugisse memoravi, cum creberrime mutaret hospitia, ut qui sibi male conscius nusquam tutum se putaret: et sic vagus forte in manus venisset Erpasnaeti Alverni, qui inter tot patriæ suæ motus semper amicitiam populi Romani uno fidei tenore servaverat, per eum vincetus ad Cæsarem est perductus. Rebus itaque ad votum fluentibus, Cæsar omni Gallia perdonita suum credidit, Aquitaniam licet per legatos victimam per se adire, ibidemque agere quid superesset æstatis. Eo igitur profectus, omnes illas terras, incertum, utrum majori felicitate an celeritate composuit: cum certatim omnes primo ejus adventu et obsides ad eum mitterent, et legatos, eligentes benivolentiam tanti viri potius quam potentiam experiri. Inde Narbonam adiit, divisisque legionibus per hyberna, sic ut nulla pars Galliæ præsidiis vacua esset, ipse cognitis inter eundum causis populorum, ad quod nemo aptior, nemo fuit facilior, cognitis et meritis singulorum, et pro varietate meritorum pœnis aut præmiis assignatis; iter flexit in Belgas: ibi proximam hyemem egit: corpore forsitan otiosior, quam ætate, sed non animo: et quamquam præteritas per hyemes ad sequentium semper æstatum bella sollicitus fuisset, nunc una illi cura erat omne belli semen extinguere, nihil armis, sed omnia mitibus actis, dulcibus verbis agere, amicos veteres servare, novos querere, nulli malum facere, bona omnibus, nil novi <sup>85</sup> operis imponere multis <sup>86</sup> veteris vel minuere vel auferre: denique modis omnibus curare, ut discedens pacatain relinqueret regionem; et cessante bello ad triumphum rediens, victorem exercitum reduceret, quod sibi contingere bello durante non poterat: effecitque sperato quoque facilius quod optabat: [170] nam et ipse ad talia semper omnium efficacissimus: nec bello quam affabilitate; nec inetu quam conciliatu hominum major: et fessa bellis Gallia appetentissima pacis erat: eo quoque magis, quo et dux semper natura mitis, nunc mitissimus: et parendi melioribus conditio semper tolerabilis, nunc optabilis ac libertate <sup>87</sup> anxia videbatur. Ipse quidem hybernis exactis apud Belgas, jam præsagiens civile bellum,

<sup>85</sup> *Lege, oncris.*—<sup>86</sup> *Lege, vetera.*—<sup>87</sup> *Forte, potior.*

in Italiam venit, ut omnes urbes et famosa opida cisalpinæ Galliæ circumdeundo, popolorum gratiam sibi conciliaret: a quibus omnibus plus quam humano cultu ac veneratione susceptus, rursus transalpinam in Galliam remeavit ad exercitum, suspensus animo atque expectans quid de se Senatus et respublica decrevisset. Hi sunt quidem multorum annorum Cæsaris labores in Gallia, hæ difficultates, hæc pericula; uni magno imperio nedum uni viro multa satis et gravia: quorum summam complexus est Suetonius Tranquillus his verbis, quæ inserere juvat propter eximiam brevitatem. Gessit, <sup>88</sup> inquam, novem annis, quibus in imperio fuit, hæc fere: omnem Galliam quæ a saltu Pireno Alpibusque et monte Gebenna, fluminibus Rheno ac Rodano continetur, patetque circuitu ad bis et trecies centum milia passuum, præter socias ac benemeritas civitates, in provinciæ formam redigit, eique in singulos annos <sup>89</sup> stipendii nomen imposuit. Germanos qui trans Rhenum incolunt primus <sup>90</sup> Romano ponte fabricato aggressus, maximis affectis cladibus. Aggressus et Brittanos ignotos antea, superatisque pecunias et obsides imperavit. Et hæc ille, quæ nos latius in historiæ formam nostro more digessimus.

Et arma quidem Julii Cæsaris clara hactenus, gloriosa, magnifica: etsi enim in nonnullis actibus modus fortassis excederetur, [171] quem in multitudine actuum, præcipue bellicorum, ad unguem servare difficile: Etsi Suetonii, quem proximo nominavi, de ipso loquentis plane ista sententia sit: ‘Siquidem nec <sup>91</sup> dictum,’ ait, ‘belli ulla <sup>92</sup> actione injusti ac periculosi abstinuit, tam fœderatis quam infestis ac feris gentibus ultro lacescitis.’ Ac constat utique gloriosum nihil esse quod <sup>93</sup> multum sit. Quamvis hæc inquam ita sint, et possit forsitan unus alterque actus argui: summa tamen irreprehensibilis videri potest. \*Pugnare, propriam et suum et imperii sui nomen crebris ac maximis ornare victoriis, et Romana virtute furorem compescuisse barbaricum: itaque generosis conatus affuit fortuna, et rebus supra spem supraq[ue] fidem prospere succendentibus, idem ille senatus qui legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos aliquando decreverat, et illi ipsi qui dedendum hostibus censuerant (gravi prorsus et odiosa sententia) admiratione rerum, gloriæ tandem sue faverunt, eique plures et

<sup>88</sup> Lege, inquit. — <sup>89</sup> Lege, stipendii nomine quadringenties. — <sup>90</sup> Forte, Romanorum. — <sup>91</sup> Forte, deinde. — <sup>92</sup> Lege, occasione, ne injusti quidem. — <sup>93</sup> Forte, injustum.

plurium dierum supplicationes, quam ulli unquam deerevere, ut et historicus idem ait, et ex præmissis <sup>94</sup>aperuit. Deinceps eadem arma impia et injusta et in viscera patriæ miserabili alternatione conversa: Quamvis enim et his magna non desit excusatio, vere tamen nulla sufficiens causa est contra patriam arma moventibus: de <sup>95</sup>quibusdam jam hinc agere aggrediar. Dictum est multis in locis et dicendum pluribus: 'Nulla unquam magna gloria sine magna fuit invidia:' ut memorabile sit quod fertur Socratis consilium, qui quærenti Alcibiadi qualiter invidiam vitaret: 'vive' inquit 'nt Tersites:' sic est herele. Si vixisset domi Cæsar otiosus, voluptati et somno incubuisse, haud dubie hostibus et invidia caruisse: sed cum Galliam domuisse, Romanumque illam jugum ferre coëgisset, veetigalia populi Romani immensum auxisset, Germanos ut est dictum cladibus affecisset maximis, quos tamen vincendo ac vastando, [172] ita sibi virtutis admiratione devinxerit, ut usque in præsentem diem gubernatores imperii (quod ad eos ideo vereor descendit, ut rueret) non alio quam Cæsaris nomine vocitent vulgari in sermone: cum et Brittanos similiter subjugasset Rhenumque, ne amplius limes esset, atque ipsum etiam <sup>96</sup>docuisset Oceanum; multa et magna agendo atque audendo, multorum et magnorum in invidiam incidit. O mortalium semper laboriosa conditio, semper disposita vel contemptui, vel invidiae subjacere. Erant Romæ multi viri ingentes, quorum quisque sibi primum locum gloriæ vindicaret. Inter imo ante alios magnus nomine, re autem maximus Pompejus: cui Cæsar ut amicum illum sibi faceret, filiam Julianam optimam et viri amantissimam collocavit: sed ad odium pronas mentes ad amicitiam detorquere difficile: valere tamen poterat ad publicam pacem, si aut ipsa vixisset, aut conceptum subita consternatione non effudisset abortum. Junxit et alio nexu sibi Pompejum Cæsar, priusquam iret in Gallias: et ut glutino stabiore consistenter, Mareum Crassum ipsi Pompejo a quo veteri odio dissidebat, reconciliavit: ut tribus potentissimis, nullo contrario auso Romana Respublica, et per consequens totus orbis obsequeretur: <sup>97</sup>aut sane commentum rude vel <sup>98</sup>insulssimum: sed fortuna more suo rotans res humanas, omnia ad unum devolvebat: et Pompeji quidem auxilio primum Galliam atque Illiricum pro-

<sup>94</sup> Lege, apparuit. — <sup>95</sup> Forte, quibus. — <sup>96</sup> Lege, domuisse. — <sup>97</sup> Lege, band. — <sup>98</sup> Forte, insulsum fuit.

vinciam adeptus, mox cum L. Domitius consularis candidatus minaretur, si ad consulatum perveniret, et inquisitorum contra eum, et sibi exercitus adempturum: ipsius quoque Pompeji, simul et Marci Crassi opera, et adversarium a consulatu repulit, et obtinuit sibi imperium in quinquennium prorogari: quibus obtentis eo fiduciae est evectus, ut jam nihil sibi credens impossibile et legiones novas auctoritate sua scriberet, [173] et nihil quod ei in animum venisset, aggredi vereretur. Quibus rebus ego culpa Cæsarem non absolvo, fecit quidem, non infiior, quibus liberam immo dominam gentium civitatem in stuporem primo post in iram verteret: forum <sup>99</sup>per maxime impense cœpit extruere e manubiiis, quæ non <sup>100</sup>sui erant sed populi Romani: disciplinam militarem, publice solitam doceri, ad se reduxit, ut privatim suo doceretur arbitrio: quod et fortassis sibi suo jure licuerit, ut qui partem in ejus rei peritia non haberet, fuit tamen contra mores atque instituta majorum, quorum semper observantissimi fuerant Romani: legionibus in omne tempus stipendum duplicavit: quod quidem etsi exercitui gratissimum fuerit, eumque militibus charissimum fecerit, sic ut charior nemo unquam alias; sumptuosissimum tamen reipublicæ fuisse non ambigitur: et hæc quidem inter suos. Apud exteris vero reges gentesque præter licentiam Senatus ac populi miras exercuit libertates, non ut dux populi Romani, sed ut dominus aut rex: neque solum in Italia, Galliisque et Hispanis, sed in Asia etiam et Græcia, et dona <sup>1</sup>indigentia et auxilia eis misit, et eorum urbes præclaris operibus adornavit: <sup>2</sup>quem omnia etsi contra consuetudinem Romanorum ducum, aliterque ac mos patrius exigebat, facta non negaverim, posset tamen excusator inveniri: solent enim qui majora aliis agunt, et majora præsumere, et, quo melius sibi sunt consci, plus audere. Erit fortasse qui dicat, tolerabile in Cæsare, quod in alio quolibet non fuisset: erit ex diverso qui hoc favorabiliter potius, quam civiliter dictum dicat: excellentia enim <sup>3</sup>eujus et viri boni non licentiam debet augere, sed modestiam. His tandem horumque similibus ex causis <sup>4</sup>tandem latens erupit invidia: [174] et primo quidem tentatum ab æmulis Labienum legimus, eujus crebra mentio in superioribus est habita, quem tunc Cæsar cisalpinæ Galliæ præfecerat: quod eo spectabat, ut eo alienato,

<sup>99</sup> Lege, *permaxima impensa*.—<sup>100</sup> Lege, *sua*.—<sup>1</sup> Lege, *ingentia*.—<sup>2</sup> Lege, *quaæ*.—<sup>3</sup> Forte, *cicis*.—<sup>4</sup> Delendum *tandem*.

Cæsar parte exercitus privaretur: de quo Cæsar ipse multa audiens nil credebat, constantiam alienam sua metiens constantia: cuius factum pro varietate sententiam et excusare licet et reprehendere. Nam si Cæsar injuste contra patriam arma vertebat, juste deseriri potuit, et reipublicæ charitas privatis affectibus anteponi. Alioquin ingratia infamia non carebit, qui tam eaque duci alium prætulerit, eique sine causa acerrimus hostis evaserit. Et profecto si ingratitude fuit, sat digno supplicio punita fuit, ut qui sub Cæsare victoriosissimus vir fuisset, sub Pompejo fugacissimus factus sit, mutata cum duce, non fortuna tantum hominis, sed virtute: quod in eum aliquando Cæsar mordaciter exprobrando dixisse traditur. Sane qualiter aut quando discesserit <sup>5</sup> seque vocantium hortatibus acquierit, non invenio; nisi quod libro VII Epistolarum Ciceronis ad Atticum; eo tempore, quo haec in republica fiebant, ita scriptum est: ‘Labienus discessit a Cæsare?’ et in alia statim Epistola: ‘Labienum ab eo discessisse propemodum constat.’ Et post pauca de eodem simulque de Cæsare loquens: ‘facinus,’ inquit, ‘quo jam diu nullum civile præclarioris: qui ut aliud nihil, hoc tamen prosecit: dedit illi dolorem: sed etiam ad summam profectum aliquid puto:’ nec longe post: ‘Labienus,’ inquit, ‘vir mea sententia magnus Theanum venit: ibi Pompejum consulesque convenit: qui sermo fuerit, et quid actum sit, scribam ad te cum certum sciam.’ Et rursum: ‘Aliquantum nobis animi videtur attulisse Labienus.’ Denique de Pompejo agens: ‘Labienum,’ inquit, ‘secum habet, non dubitantem de imbecillitate Cæsaris copiarum: in quo quidem tam de indubitate judicio longe (ut res docuit) fallebatur.’ [175] Quamvis vero modus transeundi non penitus <sup>6</sup> motus sit, illud plane compertum est, durum per hoc ex amico hostem Cæsari quæsitum, sed innoxium: sibi autem communem fere omnibus trans fugis contemp tam: siquidem Cicero ipse qui eum sua sententia magnum <sup>7</sup> unum dixerat, confessim libro proximo: ‘In Labieno,’ inquit, ‘parum est dignitatis:’ unde a principio arbitrari se ait, illum jam tune sui trans fugi pœnitere; quod Pompejum scilicet et consules viresque omnes reipublicæ, urbe deserta, sparsas per Italiam, longe que alium rerum statum quam speraverat invenisset. Commune malum instabilium, ac vagarum mentium. Sciunt homines, quæ reliquunt qualia sint: at quæ petunt nesciunt: unde fit, ut stepe se

<sup>5</sup> *Lege, sententiarum.* — <sup>6</sup> *Lege, atque.* — <sup>7</sup> *Lege, notus.* — <sup>8</sup> *Forte, virum.*

inveniant minores, et relictæ suspirent, et inventa fastidiant: hæc tam multa de Labieno, quia res apud historicos videtur occultior, et curiositas legentium nihil etiam minimum respuit, quod cognitus sit dignum. Et hæc clam per nuntios, illa palam in Senatu dieta contra Cæsarem ac decreta: novæ etiam viæ excogitatæ, quibus ejus potestas, quæ multis formidabilis esse cœperat, tolleretur aut certe minueretur. Siquidem cunctis jam magnificientia, et liberalitate Cæsarea stupefactis, et quid his rebus tantis, et tam late effusis sibi vellet secum tacitis meditantibus, nec loqui aliquid <sup>9</sup>audientibus. Marcus Claudio Marcellus consul, cui an amore publico, an privato odio dignitas Cæsaris ac potestas invisa erat; frequenti senatu testatus de salute reipublicæ se acturum, definivit, ut cum bellum in Gallia finitum esset, dimitteretur victor exercitus: et quamquam ante tempus, successor Cæsari mitteretur, qui in pace provinciam gubernaret, ipse vero sine imperio rediret: addidit <sup>10</sup>ne absentis ratio comitiis consularibus haberetur, [176] quod licet communi lege de omnibus <sup>11</sup>tantum esset, legi tamen Cæsar exceptus erat: ita ergo sublata erat exceptio: et non contentus consul injuria Cæsaris in personam illata: his quoque <sup>11</sup>Cæsar civitate donaverat, adimendam judicavit, ambitiosam concessionem et immodicam asseverans. His turbatus Cæsar, nec immerito, cogitansque quod sæpe <sup>12</sup>debere solitus fuit, operiosius multoque difficilius principem virum a summo dignitatis gradu ad media dejici, quam a mediis ad extrema: non cedendum, ut Africanus major fecerat, sed obstare statuit invidiæ, et turbare prius omnia, quam exemplo illius, quamvis laudatissimo, invictus ab hostibus vinci a civibus, et in exilio mori <sup>13</sup>vellet. Non dum tamen ad arma prorupit: sed donec jure agendi spes semper fuit, quiescendum statueus, patienter quidem, dicam melius, dissimulanter cuneta sustinuit, et quum nonnisi verbis offenderetur; adhuc verborum quoque defensionem parans; et consulem alterum et animosissimum atque eloquentissimum e collegio tribunorum Cajum Ciceronem, multa sibi ac profusa largitione quæsivit: ne quando vel in senatu, vel ad populum decessent suæ causæ defensores. Cum vero jam multi Cæsaris <sup>14</sup>nec alii Pompeji formidarent potentiam, sæpe Curio ipse Senatui obtulerat, ut uterque simul ab

<sup>9</sup> Lege, *audientibus*.—<sup>10</sup> Forte, *cantum*.—<sup>11</sup> Adde, *quos*.—<sup>12</sup> Lege, *videlicet*.—<sup>13</sup> Lege, *velle*.—<sup>14</sup> Forte, *nec non*.

armis abscederet, atque ad aequam civilitatem pariter remearent; ita demum securam liberamque reipublicam fore; idque non solum pollicitus sed contentiose visus est efficere, certus de Cæsaris voluntate, qui id ipsum a Senatu litteris petiit, ut scilicet aut sibi populi Romani beneficium integrum servaretur, hoc est imperium cum legionibus; aut cæteri saltem duces in <sup>15</sup>ea conditione essent, exercitusque dimitterent: quod eo fidentius postulabat, ut quidam opinabantur: quia se, [177] cum vellet, aliquanto facilius veterano rum, quam Pompejum tyronum, exercitum ad obsequia reductu rum non ambigeret, tantam cum veteranis amicitiam Cæsar longo usu, tantamque familiaritatem contraxisse videbatur, usque erat affabilis et animorum rapax, sine ulla dubitatione contraxerat: sed neque per se neque per tribunos quod petebat obtinuit, obstans illus fautoribus partis adversæ, qui nullum Pompejo parem pati poterant.

<sup>16</sup> Indicit in hoc tempus senatusconsultum, prima aequum fronte, vere autem iniquum, ut due quidem, una scilicet ex Pompeji, altera ex Cæsar's legionibus ad bellum Parthicum mitterentur: en in verbis aequalitas: ecce autem in rebus iniquitas: siquidem cum Pompejus unam e suis quibus ipse præerat, amicitiae jure <sup>17</sup>Cæsar's concessisset, illam bello Parthico destinavit verbo non animo, eamque repetiit: eam Cæsar remisit, et e suis misit unam: ita Pompejum nulla, Cæsarem vero duabus legionibus minutum, nemo fuit qui non intelligeret; tulit tamen, quin etiam cum adversariis pacisci voluit, ut transalpina Gallia et Illiricum cum duabus tantum legionibus, et nomen imperii <sup>18</sup>remaneret. Denique eosque submisit excelsum animum, ut qui Cæsarem non nosset, suspicari eum posset belli metu ad ista descendere: quo nihil erat ab illius viri moribus ac mente remotius: sed tantum illi studium fuit, vel exercendæ vel simulandæ modestiæ; ut <sup>19</sup>quid jus vider potius eligeret, quam publicæ tranquillitatis eversor. At cum obstinatos ad negandum <sup>20</sup>cernere, senatum sibi adversum, et e suis inimiciis designatos jam consules audiret; tribunos qui sibi aderant nihil posse, imo quidem propter se periculo atque odio expositos: [178] non amplius differendum ratus, ne aut sui periclitarentur, aut ipse cunctatione vilesceret; dispositis more solito per hiberna legionibus, ultimo transitu ex Galliis in Italiam rediit: quo cum venisset invenit duas illas legiones sub obtentu belli Parthici sibi creptas, neque ad bel-

15 Forte, eudcm.—16 Lege, *Iudicatur*.—17 Lege, *Cæsari*.—18 Adde, *sibi*.—19 Lege, *quidvis videri*.—20 Lege, *cerneret*.

lum profectas, in Italia detentas; quin et Pompejo assignatas: quod ad evidentem Cæsaris injuriam pertinere non solum ipse vir talis, sed quicunque de populo perpendebat: adhuc tamen tacitus processit. Conventibusque peractis ut solebat, Ravennam venit urbem suæ provinciæ ab ea parte novissimam: ut nec terminos suos excederet et proximus esset adversariis, ac <sup>21</sup>peractis ulcisci, si quid forte sui odio in tribunos inimicius decrevissent. Et hoc quidem belli civilis initium, hæ fuerunt causæ, aliquam et fortasse non parvam justitiæ faciem habentes, si qua usquam esse potest justa causa patriam oppugnandi, quamvis ab aliis minus justæ quidem afferantur: sed odium manifestum testimonii fidem levat. Cnæus Pompejus gener atque hostis Cæsaris, ajebat, cum ideo quod non posset opera incœpta perficere, neque de se populi expectationem adimplere, turbare omnia voluisse, ne in turbando veritas appareret: fuere qui timuisse illum dicerent, ne eorum, <sup>22</sup>qui primo consulatu contra leges gesserat, rationem reddere gravi suo periculo cogeretur: cum Marcus Cato, iste ultimus, cuius virtus ac gravitas comminationem ejus non minus terribilem quam ejus-  
cunque consulis faciebat, palam diceret ac juraret, se Cæsaris no-  
men, mox, ut privatus esse inciperet, inter reos delaturum: publicæ ille justitiæ studiosus, seu propriæ memor injuriæ: unde jam in vulgus effusum erat, idem Cæsari eventurum quod Miloni, ut circumseptus armatis apud judices seu ex vinculis causam dicat. Et hanc verisimilem belli causam videri posse, una vox ejus facit, de qua suo loco dicam: aliis visum est, [179] eum spatio plurimorum annorum imperio assuefactum, <sup>23</sup>didicisse privatum modum; et sola <sup>24</sup>cupidinandi dominandi in belia civilia consensisse: hæc videtur fuisse Ciceronis opinio, sibi interdum amicissimi, sed in fine hostis: qui in libris Officiorum semper Cæsarem in ore habuisse ait versus illos Euripidis, quos ipse sic in Latinum vertit; ‘nam si violandum est jus, regnandi gratia violandum est; aliis rebus pietatem colas.’ Posui ecce opiniones hominum varias una eademque de re, et hominum idem volentium Cæsarem scilicet infamare: mihi autem sat ne dicam valde rerum talium <sup>25</sup>curiose venere ad manus aliquot Cæsaris ipsius epistolæ. Nota sunt etiam ejus dicta ac responsa quam plurima, in quibus omnibus avidum se pacis ostendit, qui-

<sup>21</sup> Forte, paratus.—<sup>22</sup> Lege, que.—<sup>23</sup> Lege, dedidicisse.—<sup>24</sup> Lege, cupidine.—<sup>25</sup> Lege, curioso.

busque fortasse non minus fidei sit habendum quam suspicionibus æmolorum: illi enim oderant et veritatem ignorabant et mentiri poterant, Cæsar autem etsi mentiri posset, veritatem ignorare non poterat: legi et suorum comitum epistolas, idem pacis studium expressius continentest. Quid resert igitur quid de illo sentiat Pompejus et Cicero, cum perraro quisquam de hoste bene sentiat: illud potius pertinet ad rem audire, qualia de Pompejo suo scribat Cicero, quem tantum dilexit in finem; ut vir, sicut de eo scriptum est, nihil minus quam ad bellum natus, et jam senior, illum in civilia, suo totiens damnata judicio, et infelia bella sequeretur, magis eligeret secum ruere, quam sine illo consistere: quorum partem, quod non omnibus nota<sup>26</sup> erant, et notitiae studio et novitate rerum delectandi gratia, huic parti historiae inserentam censui. Is ergo epistolaram ad Atticum libro octavo. ‘Ut enim,’ inquit, ‘gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori reipublicæ beata civium vita proposita est, [180] ut opibus<sup>27</sup> copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit: hujus enim operis maximi inter homines atque optimi illum esse<sup>28</sup> perfectorem volo: hoc<sup>29</sup> C. N. noster, cum antea nunquam, tamen in hac causa minime cogitavit: dominatio quæsita ab utroque est: non illud actum, beata et honesta civitas ut esset: nec vero ille urbem reliquit, quod eam tueri non posset, nec Italianam quod ea pelleretur, sed hoc a primo cogitavit, omnes terras, omnia maria movere; reges barbaros incitare, gentes<sup>30</sup> in Italianam armatas adducere, exercitus confidere maximos. Genus illius Sillani regni jam pridem<sup>31</sup> appetit, multis qui una sunt cupidibus. An censes nihil inter eos convenire? nullam pactionem fieri potuisse? nec hodie potest, sed neutri<sup>32</sup> ckoreot est ille, ut nos beati simus, uterque regnare vult: haec a te invitatus breviter exposui: voluisti enim<sup>33</sup> quid de his malis sentire ostendere? Quid tu lector ex his verbis judicas? quantoque justiorem Pompeji causam<sup>34</sup> rerum esse quam Cæsaris? Item in ejusdem libri fine: ‘Qua spe proficiscor,’ inquit, ‘video, conjungoque me cum hemine magis ad vastandam Italianam, quam ad vineendum parato?’ et sentiens se posse reprehendi, quod tales sequi vellet; ut ostenderet non se hominis virtute, sed erga se merito<sup>35</sup> et metu infamiae, ne ingratus scilicet diceretur. Audi quid

<sup>26</sup> Lege, erunt.—<sup>27</sup> Adde, firmat.—<sup>28</sup> Lege, effectorem.—<sup>29</sup> Id est, Cucus.—<sup>30</sup> Adde, feras.—<sup>31</sup> Forte, appetitur.—<sup>32</sup> Σκοπός: id est, intentio.—<sup>33</sup> Adde, me.—<sup>34</sup> Lege, reris.—<sup>35</sup> Videtur deesse moveri, vel duci, nisi pendeat ex verbo sequi.

eadem dicit epistola: ‘Non me igitur is dicit, sed sermo hominum.’ Et rursus in ix. cum dixisset: ‘Mirandum in modum Cneus noster Sillani regni similitudinem concupivit’ addidit: ‘Cum hoc ne inquies esse vis?’ et respondens: ‘Beneficium,’ inquit, ‘sequor, mihi crede, non causam.’ Et alibi de eodem: ‘Si vincit,’ inquit, ‘Sillano more exemplique<sup>36</sup> vincit?’ et statim: ‘Mea autem causa alia est, [181] qui beneficio<sup>37</sup> victus ingratus esse non possum.’ Multa<sup>38</sup> sicut id genus in illius epistolis ab homine non solum doctissimo sed amicissimo, in Pompejum dicta, ut scilicet undique fides constet. Sed ego haec pauca et ad rem de qua agitur spectantia et e locis secretioribus<sup>39</sup> erupta libenter apposui, ut utriusque partis merita non usque adeo ut putantur imparia, et utrumque sicut dictum est, regnare voluisse magno ac fide digno teste constaret. Ad historiæ seriem revertor. Dum Ravennæ ergo substitisset Cæsar, ne provinciæ suæ terminos transgrediendo aperte agere contra Rempublicam videretur, audiens tribunos, qui pro eo erant, contemptui habitos, et vel vi urbe depulsos, vel sua sponte digressos; Romæ omnes unanimiter contra se sentire, omnia sui odio divina atque humana misceri ac perverti; se quoque per patientiam contemptum iri cogitans; neque jam amplius ferendum, dissimulaundumque aliquid existimans: evocatis legionibus ubicunque<sup>40</sup> esset, præmissisque clam, quæ tunc aderant, cohortibus; ne quam novi motus opinionem turbido habitu præberet, die illa et convivio et spectaculis<sup>41</sup> otiosis intersuit: sero autem clandestino egressu secretum iter paucis comitatus arripuit: in quo cum tota nocte deerrasset vix ad auroram viæ ducem casus obtulit: quo prævio, ad rectum iter perplexo ac difficiili calle reversus, inventisque cohortibus, quas præmisserat, ad Rubiconem venit, amnem exiguum, sed magnarum tunc limitein regionum, ubi parumper cogitabundus substitit, secum tacitus examinans quantum opus aggredieretur: tandem versus ad comites: ‘Adhue,’ inquit, ‘coepitis absistere, ac reverti licet: at si rivum hunc transgredimur, ferro gerenda nobis erunt omnia.’ Ibi hærens dubiusque animi; hujuscemodi visione firmatus est: Quidam sibi et statura et specie corporis supra humanum modum [182] subito visus est, qui amnis ad ripam sedens, pastoria modulabatur arundine: ad quem ut animal non visum cum et pastores locorum

36 Lege, *vincit*.—37 Lege, *vinctus*.—38 Forte, *sunt*.—39 Lege, *eruta*.—40 Lege, *essent*.—41 Lege, *otiosus*.

et quidam quoque militum concurrisserent, ille subito unius e manu tubicinum arrepta tuba, vehementi flatu increpuit,<sup>42</sup> gurgitemque pertransiit: motus Cæsar spectaculo: ‘<sup>43</sup>Eat ergo,’ ait, ‘quo deorum prodigia atque hostium vocat iniquitas, ut cœpta res est.’ Haec dicens transiit ac traduxit exercitum, Ariminumque urbem proximam<sup>44</sup> longe pace tranquillam attigit: et patentibus portis introgressus: tribunis plebis, qui propter ejus odium pulsi sibi obviam veniebant, astantibus, concessionem habuit ad exercitum: lapis me puerο ostentabatur, fori medio, ubi Cæsar concionatus ferebatur: fuit autem concio efficacissima: scissa ferunt veste, verisque seu<sup>45</sup> victis cum lachrymis, ad suam dignitatem contra invidiam hostium conservandam fidem militum implorantis, et ingentia promittentis. Cæsarem Arimini agentem, Lucius Cæsar adolescens adiit, qui patrem habebat Cæsaris legatum: is explicitis pro quibus advenisset, commissa sibi a Pompejo quædam ait ad Cæsarem, jure illius quæ inter eos esset amicitia. Ea vero hujuscemodi fuere: ‘Excusare se Pompejum Cæsari, et poscere ne ea quæ pro reipublicæ studio atque amore gesserit, ad injuriam suam trahat: charum enim esse sibi Cæsarem, sed rempublicam rebus omnibus chariorem et esse et semper fuisse, similiter et Cæsari caram esse debere ut privatas suas inimicitias reipublicæ remittat: neque tam graviter irascatur, ut dum hostibus vult nocere<sup>46</sup> patri noceat immeritæ: idque ita facere ad suum decus eximium pertinere.’ Ad ea Cæsaris responsio paulo longior fuit. ‘Commemoravit injurias pro multis in rempublicam meritis sibi illatas, paratum se tamen omnia reipublicæ condonare: [183] ita tamen ut discedant omnes ab armis, et ad civilitatem solitam revertantur: dilectus enim per Italiam fermentes et retentas sub praetextu belli Parthici legiones, et civitatem esse armatam, quid nisi ad suam perniciem spectare? Proficiscatur ergo Pompejus in provinciam suam,<sup>47</sup> dimittitur exercitus, omnes per Italiam arma deponant, cessent motus et metus publici, sit togata civitas non armata: se quoque æquissimo animo quieturum, injuriasque omnes et contumelias oblitterum. Ad haec tamen scientia et jurejurando confirmanda, petiit ut Pompejus proprius accederet vel se accedere pateretur: sperare enim se colloquio et conspectu mutuo omnes controversias finiendas.’ Ad haec responsio

<sup>42</sup> Lege, gurgitemque.—<sup>43</sup> Lege, Eatur ergo.—<sup>44</sup> Lege, longa.—<sup>45</sup> Lege, fictis.—<sup>46</sup> Forte, patriæ.—<sup>47</sup> Lege, dimittantur.

in scriptis<sup>48</sup> redita ‘ ut Cæsar quamprimum in Galliam revertatur, exercitumque dimittat : quo facto iturum in Hispaniam Pompejum : alioquin nihil de dilectibus omissuros consules Pompejumque.’ Iniqua responsio visa est Cæsari, quod se facere juberet, cum ipse nihil nisi promittere se facturum vellet, nec diem promissis apponaret, neque colloquio tempus daret, nec promitteret accessum, nec permitteret : hinc<sup>49</sup> paucis desperatio et belli præludium. M. Antonius cum quinque cohortibus Auxium præmissus. Erat Auximii<sup>50</sup> civitas ad custodiam<sup>51</sup> Actius Varus, quem decuriones Auximiani summo adeunt consensu : dicunt ‘ notum sibi Cæsaris adventum : neque vero propositi sui esse suorumque civium, neque Romanum<sup>52</sup> consonum videri, imperatorem populi Romani, talem virum sic de imperio meritum, tot victoriis insignem, mœnibus urbis amicæ areeri ; orant ut<sup>53</sup> fame, ut suo suorumque discrimini dum tempus est consulat.’ His permotus Varus et perniciem timens, fugam arripit ; et insequentibus Cæsaris militibus prælio decernere coactus ac desertus a suis, solus abit,<sup>54</sup> quibusque eorum domum, [184] aliis ad Cæsarem se conferentibus : quos ipse collaudatos benigne suscepit, et L. Puppium centurionem partis adversæ ad se adductum illico relaxari ac dimitti jubet. Auxium ingressus civibus gratias agit, atque illorum erga eum charitatis haud immorem se futurum spondet. Quibus Romæ cognitis,<sup>55</sup> tantum pavor omnium mentes invasit, ut urbe fere omnes excederent : ipsique consules, atque ipse Pompejus ; actum suis de rebus opinantes, et ex unius opidi eventu omnia metientes ; mirum valde, unde in tam parvis animis tam magna superbia, ut ejus viri meritos honores ac gloriam tam pertinaciter detractarent, cuius nec conspectum certe ne<sup>56</sup> viciniam pati possent, et patriam, et talem patriam, solum ad illius nomen universalis animorum consternatione deserent : sed urgebat hinc invidia ; inde autem terrebat fama viri, quæ eousque creverat, ut clementissimus omnium, præ omnibus atque ab omnibus timeretur. His ad Auxium gestis : Picenum omne, cuius olim Esculum, hodie Ancon est caput, nullo usquam contradicente pervagatur. Sed cunctis sibi urbibus atque opidis obviam mittentibus ; Cingulo quoque, quod opidum suo sumptu Labienus extruxerat, legati, auctoris immemores, Cæsarem adeentes, se imperata

48 Lege, *reddita*.—49 Lege, *pacis*.—50 Lege, *civitatis*.—51 Cæsari, *Attius*.

—52 Consonum videtur delendum esse.—53 Lege, *fama*.—54 Forte, *aliquibusque*.—55 Lege, *tantus*.—56 Forte, *nec viciniam*.

facturos obtulerunt, atque imperanti milites alacriter paruerunt: diffuso metu simul et fama virtutis, et vulgato horum de quibus diximus exitu; cæteræ omnes sequebantur undique deditiones: et si quis præfectorum contradiceret capiebatur aut pellebatur. Ita pulsus ex Etruria Libo, Thermus ex Umbria, Estulo Lentulus, captus Cneus Magius<sup>57</sup> præfecti ambo: et cum Magius ad Cæsarem ductus esset, ac fortasse supplicium formidaret, Cæsar eum placido animo dimisit. ‘Et vade,’ inquit, ‘ad Pompejum, eique meis verbis nuntia: quoniam ad hunc diem non fuerit nobis oportunitas colloquendi, atque ego Brundusium, quo ivisse illum audio, profecturus sum; [185] credo, ut colloquamur expediens publicæ saluti, cuius curam gerere maxime nostrum est. Non est autem par effectus per nuntios de longinquò, atque inter præsentes ista tractari, quod conspecti vultus et vivæ voces ad movendos animos multum possint.’ Occupato sine ictu gladii Piceno, Corfinium progreditur opidum Pelignorum: xii.<sup>58</sup> passuum distans a Sulmone: quod idecirco dixerim, quod vulgares quidam opidum putant esse<sup>59</sup> Tusrorum: ibi contentionis plusculum fuit: pendente tamen obsidione, Lentulus Spinter muris egressus, et finem metuens ad Cæsarem venit, sibi atque intrinsecis veniam petens, ad quem Cæsaris responsio fuit: ‘Non se ut cuiquam malefaceret venisse, sed ut se ab inimicorum malis atque injuriis tueretur, ac tribunos plebis sui odio in exilium actos, in suam reponeret dignitatem: denique ut seipsum ac populum Romanum servitio et paucorum tyrannide conculecatum, antiquæ redderet libertati:’ opido tunc præerat L. Domitius vir magni animi, sed exiguæ fortunæ, et bello promptus, sed infastus: is defensionem parans, sed ab opidanis ad ditionem coactus, cum mori mallet, a suo medico venenum poposcit, quod ille nec dare volens nec negare ausus, ut qui domini mores nosset, poculum somniferum pro veneno obtulit: quo ille hausto, gravi sopore resolutus conquivit: experrectus postmodum et delusum intelligens se, vixque a suo<sup>60</sup> manus abstinent, cum multis nobilibus qui secum sentiebant, vincitus ad Cæsarem est perductus, mori appetens, et perosus vitam: quem Cæsar illico solvi jussit; neve quis eorum a militibus re vel verbis offenderetur inhibuit: questus perbreviter quod pro suis ingentibus et in illos et in rempublicam<sup>61</sup> referre meritis sibi debitam gratiam neglexissent, et injurias et contumelias indebitas

<sup>57</sup> Forte, *præfectus fabrum.* — <sup>58</sup> Adde, *millia.* — <sup>59</sup> Lege, *Tuscorum.* — <sup>60</sup> Credo deesse, *medico.* — <sup>61</sup> Lege, *meritis referre.*

retulissent: [186] cunctos dimisit incolumes, quin et pecunia  
pondus ingens Domitii depositum, et ab opidanis sibi oblatum;  
quamvis et pecunia publica esset, et in stipendium numerata,  
Domitio restituit, ne sanguinis, quam pecuniae abstinentior videretur:  
nihil postremo ex ea victoria vel prædae cujuspam vel ultionis ac-  
cepit, nisi quod Domitii milites sacramento adegit, non invitatos ut  
arbitror, sed eo libentius jurantes, quo felicius est sub sequaci,  
quam sub fugaci duece<sup>62</sup> militari, vulgatis sane quæ ad Corfinium  
acta erant, multum metus omnibus demptum, multumque spei ad-  
ditum, cognoscentibus Cæsarem nihil bello nisi victoriam petere:  
unde ut diximus et<sup>63</sup> Tustorum populi et omnis Umbria, pulsis inde  
præsidiis ad Cæsarem transiere: atque ita rebus suo more velociter  
gestis ac prospere, cum jam secum Gallia omnis cisalpina sentiret,  
magnas partes Italæ primo occupavit adventu. Sed cum spes  
cæteris omnibus, soli Pompejo atque Senatui additus timor, qui in  
Domitio multum momenti reposuerant, et saepè eum per literas evo-  
catum expectabant: Itaque confestim Pompejus Liceria digressus,  
ubi belli sedem statuisse videbatur, Brundusium petiit, ut Italæ  
litore in extremo promptior esset ad transitum: ita enim animo  
decreverat, relicta Italia, transmarina tentare: sive id metu solo  
pellente, sive intentione illa, quam paulo ante ex epistola Ciceronis  
elicui atque exposui. Cæsar autem semper propinquus atque con-  
tiguus hostibus esse festinans, non nisi septem dierum mera Corfi-  
nium exacta, eo ipso duce quo Domitium<sup>64</sup> captivos dimiserat, mo-  
tis castris in Apuliam perrexit. Operæ pretium nisi fallor fuerit,  
quid de his<sup>65</sup> quomodo memoravimus, et ipse Cæsar et alii senserint:  
cum enim clementiae ejus, quam Domitio acerrimo hosti, et qui  
tumultu in illo reipublicæ successor sibi destinatus, [187] et ad consu-  
latum aspirans sieut diximus sibi minabatur, exhibuerat, fama ut ad  
hostes, sic ad amicos etiam pervenisset; duoque sibi familiarissimi,  
Cornelius Balbus atque Oppius, factum ejus per literas vehementer  
laudassent, responsionis Cæsareæ extat epistola, quæ mihi nunc, et  
propter scribentis auctoritatem, et propter ipsius epistolæ gravitatem  
ac brevitatem, digna his inseri visa est, ea vero est hujus modi:  
‘ Cæsar Oppio Cornelioque salutem. Gaudeo meherele vos signi-  
ficare literis quam valde probetis ea quæ apud Corfinium sunt  
gesta: consilio vestro utar libenter: et hoc libentius quod mea

<sup>62</sup> Lege, militare.—<sup>63</sup> Lege, Tuscorum.—<sup>64</sup> Videtur legendum, captivosque  
alios.—<sup>65</sup> Lege, quæ modo.

sponte facere constitueram, ut quam lenissimum me præberem, et Pompejum darem operam ut reconciliarem: tentemus hoc modo, si possumus, omnium voluntates recuperare, et diuturna victoria nti: quum reliqui crudelitate odium effugere non poterunt, neque victoriam diutius tenere, præter unum L. Sillam, quem imitaturus non sum: hæc nova <sup>66</sup>ratio vincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus: id quemadmodum fieri posset, nonnulla mihi in mentem veniunt, et multa reperiri possunt: de his rebus rogo vos ut cogitationem suscipiatis. <sup>67</sup>N. magni Pompeji præfectum deprehendi, scilicet meo instituto usus sum, et eum statim missum feci: jam duo præfecti <sup>68</sup>partium Pompeji in meam potestatem pervenerunt, et a me missi sunt: <sup>69</sup>sed volent grati esse debebunt Pompejum hortari, ut malit mihi esse amicus, quam iis, qui illi et mihi semper fuerunt inimicissimi, quorum artificiis effectum est, ut respublica in hunc statum perveniret.' Eadem cum de hoc scripsisset factumque laudasset Cicero, qui se <sup>70</sup>ad medium, <sup>71</sup>inter magna licet animum fluctuatione, et multa consiliorum varietate, tenuerat, rescripsit his verbis: 'Cæsar imperator Ciceroni imperatori salutem dicit. Recte auguraris de me, bene enim tibi cognitus sum, nihil a me abesse longius crudelitate: [188] atque ego cum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho et gaudeo: neque illud me movet, quod hi qui a me dimissi <sup>72</sup>discessisse dieuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: nihil enim malo, quam et me mei similem esse et illos sui.' Quod dicto vix aliquid unquam dici gloriosius ac magnificentius audivi, et hæc quidem extra, sed non ut arbitror contra seriem historiæ, pro delectatione lectoris interposui. Ad rem redeo. Cum Cæsar Apuliam attigisset; mox Brundusium adiit, Pompejumque jam prægressum valida obsidione circumdedit: de quo iisdem quibus supra scribit, nam et hæc animi ejus index epistola videtur. 'Cæsar Oppio Cornelioque salutem. Ad vii. Idus Martias Brundusium veni: ad murum castra posui. Pompejus est Brundusii: misit ad me <sup>73</sup>N. Magium de pace: quæ visa sunt respondi: hæc vos statim seire volui: cum in spem venero de compositione aliquid me confidere, statim vos certiores faciam.' Et quoniam propter navium penuriam mari eum obsidere non poterat; timens id quod omnes cupiunt hostes, fugam: famosissimum maximumque illum portum

<sup>66</sup> Adde, sit.—<sup>67</sup> Lege, Cn. Magium.—<sup>68</sup> Adde, fabrum.—<sup>69</sup> Forte, si.—<sup>70</sup> Forte, adhuc.—<sup>71</sup> Lege, in magna.—<sup>72</sup> Adde, sunt.—<sup>73</sup> Lege, Cn.

saxorum molibus injectis obstruere nisus est: opus non tantum homini sed naturæ improbum atque inextricabile, quod ipse cognoscens, uni ex amicis Q. Pedio scribit his verbis: ‘Pompejus se opido tenet: nos ad portas castra habemus: conamur opus magnum; et multorum dierum propter altitudinem maris: sed tamen nihil est quod potius faciamus: ab utroque portus cornu moles jacimus; ut aut illum quamprimum tracicere quod habet Brundusii copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus.’ Cum vero exitu prohibere, ino natura ipsum <sup>74</sup>prohibente non posset, catenis eos portus præclusit: sed neque sic detinere valuit Pompejum quin mari Adriatico Durachium navigaret. Cæsar hoste digresso, cum sequi illum non posset, Brundusium ingressus concionem habuit, [189] qua justitiam <sup>75</sup>carne suæ, injuriasque hostium omnibus aperiret: quo facto cum sua illis in locis inutilis mora esset, ne quid sibi otiosum tempus <sup>76</sup>afflueret, urbem Romam versus iter arripuit, toto belli Gallici decennio non visam: cuius adventus fama cognita quantus Romæ terror fuerit haud facile dictum est, multo quidem major quam necesse esset. Iratus quidem multis erat, et fortasse non immerito, sed iracundiorem extimabant: non enim naturaliter, neque nisi magnis ex causis ad iracundiam pronus fuit. Venit ergo Romam, senatumque habuit ex iis principibus qui domi substiterant: ibi perpetuam dictaturam ipse sibi sua authoritate arripuit: unde Cæsaris dictatoris nomen: multa quoque constituit, in quibus pro lege voluntas fuit. Illud inter cuncta memorabile: nam ærarium populi Romani quod tot victoriæ, tot secula compleverant, uno die exhausit: interque alia, ut scriptum, protulit <sup>77</sup>ex eo latorum aureliorum **XXVI.** non thesaurizandi cupiditate sed largiendi: nam ut alter ait, nemo liberalius victoria usus est: nihil sibi retinuit præter dispensandi potestatem. Compositis rebus urbanis ut visum est animum ad externa convertit, atque imprimit Ciciliam ac Sardiniam duo illa horrea populi Romani per legatos administrare dispositum, de Gallia nihil sollicitus, quam in summa pace reliquerat: solam respexit Hispaniam cogitansque cumprimum classis opportunitas affluxisset, vestigiis Pompejum assequi: ne quid a tergo formidabile linqueret, decrevit ad Occidentem proficisci, ubi Pompeji copiae ingentes erant, quarum præsidio ille terrarum tractus tenebatur, sub legatis tribus, M. Petrejo, L. Afranio, et M. Var-

<sup>74</sup> Lege, prohibere.—<sup>75</sup> Forte, causæ.—<sup>76</sup> Lege, afflueret.—<sup>77</sup> Lege, laterum aurorum nimirum **XXVI. millia.** vid. Plin. **XXXIII. 3.**

rone: de quibus tam contemptim sentiebat ut, moturus inter suos diceret; 'Vado ad exercitum sine duce, mox revertar ad ducem sine exercitu:' [190] eo vero pergenti, Massilia federata civitas, et ab ipso principio Romanis amicissima; non sui odio, sed ingenti studio R. P. portas clausit: quam ille cum obsidione cinxisset, Decimo Bruto cum parte copiarum oppugnandam linquit: ipse coepit iter peragens, ad Hispanias venit: ibi a Petrejo et Afranio qui primi occurrerant, bellum incipiens: cum nullo temporum discrimine aequae die ac nocte hostes aggrederetur, consilium ducum fuit, ne nocturnis horis aliquando pugnarent, quod tune pavor ad ignaviam impellat; nec sit, qui submotis testibus concitatos revocet atque contineat; luce pudorem obstat, et ducum imperio, et potentia tribunorum atque centurionum frænari, et ad virtutem et ad fidem retrahi, ut contra metum mortemque consistenterent. Cæterum fato res bellicas volvente, ad Ilerdam compulsi hostes. Cæsar vero maximis imbribus, et diluvio aquarum, ingenti quidem rei frumentariae inopia circumventus; perseveravit tamen in incœpto, et omnes difficultates sola et solita virtute superavit, donec tandem abeuntes <sup>78</sup> sceleri atque arido in monte deprehensos obsedit, atque ita circumdedit, ut nullus ad fugam exitus pateret; qua desperatione pulsi, cum fame et siti ultima premerentur, sæpe erumpere et mori voluerunt. Quibus Cæsar contra suum morem pugnae copiam non fecit, sed intra munitiones seque suosque continuo: cuius facti certa erat ratio: sperabat enim eos ad extrema perductos sine prælio vinci posse: cur igitur aut suos optime de se meritos sibi charissimos periculis atque vulneribus exponeret, sine quibus, ut secunda sint prælia, victoria vix contigit, et fortunæ committeret, quod expectatione quamquam serius, tutius tamen posset, cum sit ducis officium non minus consilio quam ferro ad victoriam aspirare: ex diverso autem cur non eos vincere mallet quam occidere, [191] qui licet essent adversarii, cives erant: hoc ducis optimi consilium assueti cædibus milites non laudabant, sed invicem murmurabant, quod dux cum posset vincere recusaret, se quoque ducis imperio in prælium non ituros. Ille autem quem non facile res moverent, verbis immotus, in sententia persistebat, victoriam incurvantem sperans: nec sefellit opinio: unum hoc <sup>79</sup> inter mores accidit memoratu dignum et <sup>80</sup> exiguum Cæsareæ <sup>81</sup> levitatis indicium: dum enim inter partes dedi-

<sup>78</sup> Lege, Ilerdae, atque arduo.—<sup>79</sup> Lege, inter moras.—<sup>80</sup> Lege, eximium.—<sup>81</sup> Lege, lenitatis.

tio tractaretur, atque hac fiducia milites hinc illuc<sup>82</sup> atque colloquerentur, et paulatim e castris<sup>83</sup> in castris discurrerent, positoque ad tempus civili odio sine suspicione atque ullo metu simul ut in pace agerent; Afranius atque Petrejus repentina ac pessima mutatione propositi, omnes Cæsaris milites intra vallum suum deprehensos inermes scilicet et incautos occiderunt. Quo auditio Cæsar, sævitiam noluit imitari, sed illorum milites suis in castris inventos, ut ducum perfidia inscios et<sup>84</sup> expertos dimisit incolumes. Tandem vero duces impii rerum inopes omnium, et in primis viris atque equis<sup>85</sup> jam dierum jejunio affectis, colloquium petiere: hoc addito, ‘ut si Cæsari placaret, secum submotis militibus loquerentur’: negavit hoc Cæsar, et si loqui vellent cunctis audientibus loqui jussit: dato obside filio Afranii in locum a Cæsare assignatum veniunt, et coram duobus exercitibus verba fecit Afranius humilia admodum ac demissa. ‘Si,’ inquit, ‘ab alio victus essem, non mihi ad arcessendam mortem, aut manus aut animus defuisisset: sed cogitans te dignum cui<sup>86</sup> vigilatam debeam, ad clementiae tuae potius quam mortis auxilium configio: [192] nec nobis Cæsar nec militibus his irasci debeas, quod erga imperatorem nostrum Pompejum quoad licuit obsequiosi fuimus et constantes: neque enim tui odio, sed servandæ fidei studio id egimus: sed jam fidei satis ac supplicii est: et fides et patientia victa est: multa gravia et animis et corporibus passi sumus, et pati amplius non valentes victique et supplices oramus ne ad ultima progrediare supplicia.’ Quæ cum ille dixisset, Cæsar semper pronus ad veniam: ‘Nulli,’ inquit, ‘ex omnibus quos bellum armavit, minorem quam vos habent aut commiserationis materiam aut querelæ: cæteri enim omnes ad hunc diem cum pugnare meliori conditione licuisset, sese prælio congressuque volentes<sup>87</sup> abstinere, ne fuso sanguine civium iter pacis obstrueretur: soli vos ultiro mihi armati occurristis, meas, si contra sors esset, victorias moraturi: sed evenit vobis quod quibusdam pertinacibus ac superbis, ut ad illud quod insolenter recusaverint, mox humiliiter revertantur: vobis ergo libenter<sup>87</sup> venientes veniam dedissem: renuistis veniam et parastis bellum: sed et nunc petentibus veniam do: supplicium remitto: ite igitur in pace: sed exercitus dimittite: non ut mei sint, sed ne contra me.’ Nihil lætius milites audire

82 Videtur delendum, atque.—83 Lege, *in castra*.—84 Lege, *expertes*.—85 Forte, *vitam*.—86 Lege, *abstinuere*.—87 Forte, *veniens*.

potuissent, quod voce gestuque indicabant, nempe qui pœnam timuerant, gratissimam atque optatissimam missionem sibi obtigisse lætabantur. Cum igitur de tempore ac de loco <sup>88</sup> jussionis agi erupsum esset, milites Pompejani omnes manibus ac clamoribus obtestari cœperunt, ut ibidem statinque dimitterentur: nempe si dilata res esset, promissionibus nihil actum iri: jure <sup>89</sup> periculum et infaustum bellum oderant: omne in eo mali genus experti pacem optabant et quietem, quæ tunc plane cognoscitur dum perditur: finis fuit ut qui in Hispania possessiones aut domicilium haberent, statim; reliqui omnes ad Varum ammem Italæ in ingressu dimitterentur. [193] Cæsar ex liberalitate insita ex illo <sup>90</sup> usque ad Varum frumentum eis pollicetur: addit insuper, ut quisquis eo <sup>91</sup> bellum aliquid amisisset, quod penes milites suos esset, ei restitueretur; militibus extimatione facta pretium rerum ipsarum de sua pecunia restituit: his victis et in deditioñem acceptis, sic citeriore Hispania in potestatem redacta; ulterior nullo negotio consecuta est, quæ sub Marco Varrone tenebatur: ille comitum secutus exemplum, cessit ultiro; nec distulit commissa <sup>92</sup> si provincia Gadæ, et usque Oceanum fortunam Cæsaris sequi, et submissa cervice jugum pati. Sic compositis rebus cum <sup>93</sup> victoria et mansuetudinis insigni laude, ex Hispania discessum, redditumque Romam est. Massilia interim e legato Cæsar, aequoreo vieta certamine, et ut quidam asserunt eversa, sive ut alii, idque est verius, capta per deditioñem ac direpta, nulla suarum rerum civibus relieta, præter inopem, sed chariorem cunctis opibus libertatem: et <sup>94</sup> seditionem militum terribili, quæ ut quidam volunt Placentiae <sup>95</sup> certæ itinere medio exarserat, mira et vix credibili tune inermis ducis virtute compressa. Dum sic Cæsari obsequitur fortuna, et ut sic dixerim adulatur, quasi cum timeat et negare potenti nihil audeat: aliquid tamen adversus abeuntem ut Flori verbo utar ausa est; ‘forte ut immixtis adversitatibus, prosperitates ejus elicet cariores.’ Si quidem præmissi Antonius, et P. Dolabella ad mare Adriaticum occupandum, ab Octavio Libone legato Pompeji<sup>96</sup> in præpollentis pelago circumventus Antonius, ad deditioñem fame compulsus est: ubi illud memorandum facimus evenit: quod cum ad ejus auxilium

<sup>88</sup> Forte, missionis.—<sup>89</sup> Lege, periculorum.—<sup>90</sup> Adde, dic.—<sup>91</sup> Lege, bello.  
<sup>92</sup> Forte, sibi.—<sup>93</sup> Lege, victoria.—<sup>94</sup> Lege, seditione militum terribili.—<sup>95</sup> Lege, Placentiae, certe.—<sup>96</sup> Aliquid deest.

aliquot naves missæ ab Asile altero legato Cæsaris venissent, [194] et arte <sup>97</sup> Celitum qui Pompejana classe navigabant, funibus illaqueatæ essent, reliquis adjuvante æstu maris evadentibus, una sola, Opiturgnis nautis acta, exitum non iuvenit, sed circumfusi totius hostium exercitus usque ad vesperam impetum, atque omne missilium genus invicta virtute pertulit. Cumque nec fuga pateret, nec ullus se superior rei finis ostenderet, suadente per noctem tribuno militum Vulteo, ne in potestatem hostium venirent; mane proximo victoribus ipsis spectaculo attonitis, sese omnes vulneribus mutuis peremerunt. E Dolobella in eodem æquore classem perdidit, et Curio <sup>98</sup> R. pleb. audacissimus vir, cum missus a Cæsare in Africam venisset, primoque adventu Varum, qui pro Pompejo illi <sup>99</sup> erat provinciæ, victum proelio effugasset, adolescentia atque animi magnitudine insita, nunc vero Victoria ac fiducia elatus et incautus, a Juba rege oppressus exercitum amisit: cumque fugere posset, mori maluit sponte <sup>100</sup> sua quos ad mortem secutus.

Hactenus quasi quibusdam præludiis gerebatur bellum: crebræ hinc victoriæ, illinc fugæ atque deditiones, prælia autem rara: sed jam tandem tantorum <sup>1</sup> collisionum motuum differre amplius fortuna non poterat. Jam Pompejus Epirum occupaverat, idoneam bello sedem ratus, eo Cæsar inseundum hostem statuit: et quamvis adhuc inops navium, quamvis adversa hyeme, tantus erat ardor animi, tanta <sup>2</sup> cupidinis bellandi, per medias pelagi procellas <sup>3</sup> bellum tumultuaria classe transfretavit, neque vero prosperis neque adversis sie vel inflari potuit vel irasci, ut a proposito pacis animum diverteret; quin bellando pacem cogitaret, eamque omni quo posset studio procuraret: quod curiosius propter illos dico, qui ignari rerum opinione quadam, [195] nescio, ne ipsi quidem sciunt unde orta, Cæsarem belli, Pompejum pacis amicum sibi pertinaciter fixerunt. Erat inter præfectos Pompeji <sup>4</sup> L. Bibulus Rufus bis dimissus, semel ad Corfinium inter illos nobiles de quibus diximus, et rursus in Hispania: hunc quod et sibi beneficio obstrictus et Pompejo carus esset, pacis idoneum sequestrum ratus, cum his mandatis ad Pompejum misit: ‘ Satis jam malorum reipublicæ <sup>5</sup> bellum invectum: indeque sufficere posse ad providentiam futuri, ne plura nunc etiam

<sup>97</sup> Lege, *Cilicum, qui in.*—<sup>98</sup> Forte, *tribunus plebis.*—<sup>99</sup> Forte, *præcrat.*—<sup>100</sup> Forte, *suos usque.*—<sup>1</sup> Lege, *collisionem.*—<sup>2</sup> Lege, *cupido.*—<sup>3</sup> Forte, *ad bellum.*—<sup>4</sup> Lege, *L. Vibullius.*—<sup>5</sup> Lege, *bello.*

invehantur: decere utrumque pertinacia omissa ab armis abscedere, neque fortunam sæpius experiri, si rempublicam, si seipso ament: unum illud tractatibus pacis idoneum tempus arripiant, dum scilicet partium status anceps, æquis prope lanceibus<sup>6</sup> pandet: ubi præponderare cœpit pars altera, eum qui superior evaserit, æquis conditionibus non staturum: nam quis in prosperitate uti soleat æquitate? et quum de conditionibus pacis ambigeretur, eas a senatu et populo Romano peti oportere.<sup>7</sup> Si enim ex ipsis civilem animum et reipublicæ majestatem pristinam restitutam esse, visum iri. Interim principium pacis esse, si uterque confestim in concione juraverit, se eodem ipso triduo exercitum dimissurum: et hæc ut bona fide agi Pompejus noverit, se priorem omnes copias dimittere paratum: quod cum fecerit uterque, necessario senatus ac populi judicio standum fore.<sup>8</sup> Hæc cum Vibulo ad<sup>9</sup> Coreicam, ubi eum forte comperat, cum egisset, et Vibulus ad Pompejum ivit: et Cæsar tractatore pacis præmisso, paratus ad bellum e vestigio subsecutus positis ad Oricum castris contra hostem constituit: magnus in exercitu Pompeji inopino Cæsaris adventu tumultus exarserat, quo compresso, ubi primum animi conuiuere, Vibulus adhibitis aliquot ex iis, quos Pompejo caros fidosque cognoverat, de mandatis Cæsaris loqui cœpit: [196] vixque dum incipientem Pompejus interrupit exclamans. ‘Et quid?’ inquit, ‘mihi vel vita vel civitas profutura est, quam beneficio Cæsaris assecutus videar? cuius contrarium videri<sup>10</sup> nequit, nisi bello peracto in Italiam, unde discesserim, sim reversus.’ Responsum hoc Cæsari, per eos ipsis qui audierant illud, notum fuit: potuisset mediocris etiam vir fortissime subirasci, indignari, omnem pacis omittere mentionem. Ipse vero non destitit, sed aliud iter pacis ingressus retentare voluit, an quod secreto non potuerat palam posset. Erat inter castra ducum amnis unus exiguis<sup>11</sup> Tapsus nomine; ibi milites<sup>12</sup> erexitis inter se quotidiana colloquia serere soliti erant, sine ullo telorum periculo: quum inter partes convenisset colloquendi credo desiderio tantisper iras cohibente: illic Cæsar P. Vatinium ex legatis suis ire jubet, et quæcumque magis extimaret ad pacem motura animos, cum civibus eisdemque hostibus agere, et sæpe alta voce querere,

<sup>6</sup> Lege, pendet.—<sup>7</sup> Forte, Sic enim ipsis civilem.—<sup>8</sup> Forte, Coreiram, ubi forte cum repererat.—<sup>9</sup> Forte, nequeat.—<sup>10</sup> Lege, Apsus.—<sup>11</sup> Forte, crebro.—<sup>12</sup> Forte, quasi inter partes.

licetne civibus, quod fugitivis interdum ac prædonibus licuisset, legatos de pace mittere, ne cives inter se funesto Marte concurrent, et suorum manibus Romanum everterent imperium: multa quoque humilia verba, et quæ, ut dixi, timentis videri possent nisi a Cæsare dicerentur. Paret ille et ad ripam annis profectus mandata sui ducis exequitur, et ab utraque partium ingenti silentio auditus est; responsumque ab adverso, quod Aulus Varro die proxima ad colloquium veniret: legati autem tuto et venire possent et quæ vellent loqui. Vatinio quoque dies eadem ad redditum præfixa: qui cum venisset, et ille ad eundem<sup>13</sup> rediisset, turba ingens utrinque convenerat, intentis ut videbatur ad pacem animis dum res ad bonum exitum prona esset. Labienus prodiit, et cum Vatinio colloqui cœpit atque contendere, ut qui ingenti odio Cæsarem odisset: [197] tela utrimque missa sermonem dirimere. Vatinium armis milites protexerunt, multi autem vulnerati, nominatim Cornelius Balbus et centuriones militesque alii: hunc effectum inter Pompejanos habuit per Cæsarem tam humiliter pax delata. Labienus vero quasi facinoris compos egregii: ‘Desinite,’ inquit, ‘jam de pace agere: pax enim nisi trunco et oblate nobis capite Cæsaris nunquam erit:’ dictum pessimum et nescio iniqui magis hominis, an amentis. Venerat in Epirum Cæsar, rebus in Italia pro tempore dispositis, propter festinationem quidem fine non expectato, sed relicto ad Brundusium Antonio cum parte exercitus, quam trajecisse nequiverat: ut conquisitis scilicet ac refectis navibus, ille eam arrepta oportunitate trajiceret, quod cum cupienti non satis expediretur, tanta erat impatientia expectandi: ad evocandos viva voce, quos sæpe nequidquam literis evocasset, tumidum ventis mare ingredi piscatoria cimba solus intempesta nocte non timuit: sed rejectus ad terram fluctu valido, iter temerarium, non metu, sed necessitate destituit: nota est vox ejus ad exterritum nocturno æquore<sup>14</sup> eoque periculo gubernatorem: ‘Quid tu metuis, Cæsarem vehis.’ Cousecuto cum omnibus copiis paucis diebus Antonio, et admotis ad hostem castris, indies magis ac magis instabat, nunc acicm explicando, nunc hostes ad prælrium irritando, nunc Durachium oppugnando: et perosus moras, et celeritatis avidissimus; cupiensque vehementer, ut quicunque futurus esset belli exitus, statim esset: omnia frustra: nam et Durachium in-

13 Adde, *locum.*—14 Forte, *atque.*

expugnabile, et Pompejus immutabilis, ut qui contrario consilio niteretur<sup>15</sup> superans dilatione victoram, per inopiam rei frumentariae, quae valde Cæsareum premebat exercitum, neque diutius tolerari posse videbatur: insuper et quod simillimum veri erat, ut virtus animosissimi ducis, tædio atque expectatione senesceret, impetusque lentesceret: [198] haec spe pugnam recusabat, neque

\* Romanis partes credere volebat: sic cum illi cunctatio, huic celeritas grata erat, quæ quum sibi pertinaciter negabatur, statuit quos non poterat prælio vincere, obsidione cingere; mirum dictu: <sup>16</sup>XVI passuum fossam circumduxit ac vallum, impositisque castellis ac turribus cum paucioribus obsedit plures, si obsideri rite possint dici, quibus maria patent,<sup>17</sup> casses parent, rerumque omnium copia suppetit, quibusve intra ipsum obsidionis ambitum et mutare castra licitum et vagari. Ibi vero crebræ obsessorum eruptiones, et sœpe erumpentibus funestæ: ut cum Cæsar profecturus, P. Sillam castris præfecisset, et ille audisset cohortem unam ab hostibus urgeri, duarum legionum auxilium tulit laborantibus: quarum accurstu in fugam Pompejani<sup>18</sup> et si insequi profugos victoribus licuisset, creditum fuit<sup>19</sup> de illo confici bellum potuisse. Sic nescio an vecordia, an fortuna, penitus inclinata res erat, sed<sup>20</sup> illa suorum imperium continuo cecinitque receptui: cuius consilium a scriptoribus excusatum lego. Aliud est enim legati aliud imperatoris officium.<sup>21</sup> Imperatori rei totius exitum spectat et consilio metitur: at legatus solum imperatoris sui jussum aspicit et mandati finibus se continet. Sillæ castrorum custodia commissa erat a Cæsare: custodisse contentus, et suos periculo liberasse, ulterius progredi noluit; in quo ut vincendi spes, sic perpendi periculum inerat; ne omissio suo, officium sibi dueis arrogaret. Multæ præterea eruptiones aliae, et ad Durachium et ad castra usque adeo ut uno die sex in locis pugnaretur, quibus in præliis de Cæsarianis viginti duntaxat, Pompejanorum vero duo milia periere, inter quos multi centuriones et insignes viri: iis congressibus insignis virtus apparuit Volcatii<sup>22</sup> Tulli, [199] qui cum tribus cohortibus Pompejanam legionem pertulit repulitque: nec non et quorundam Germanorum, qui munitionibus erumpentes multis hostiam cæsis sospites rediere: in castello autem

<sup>15</sup> Lege, sperans.—<sup>16</sup> xv millia: sic Cæsar.—<sup>17</sup> Lege, classes.—<sup>18</sup> Videatur deesse, versi sunt.—<sup>19</sup> Forte, die.—<sup>20</sup> Lege, ille.—<sup>21</sup> Lege, Imperator enim.—<sup>22</sup> Lege, Tulli.

quodam quod Pompejus invaserat, tantus fuit imber sagittarum, ut sine vulnere defensorum nullus evaderet, quin et centuriones quatuor oculis capti essent, et tamen sero diurni laboris ac periculi summam <sup>23</sup>imperationis non tam auribus quam oculis subjicere ac repræsentare decrevissent, triginta sagittarum milia numeraverunt. Inter cuncta <sup>24</sup>Cesii Scævæ centurionis admirabilis virtus fuit, cuius scutum relatum Cæsari perfossum <sup>25</sup>centum viginti foraminibus est inventum: de quo quidem varia est fama. Quidam tradunt Cæsarem viri et de se et de republica ut ajunt ita meriti eximia virtute permotum, qua castellum prope sola servatum esset pecuniaris eum donis ingentibus et magnis honoribus cumulasse, et inter cætera ab <sup>26</sup>oceanis ordinibus ad primipilum provexisse: cohortem vero totam dupli stipendio et donis militaribus prosecutum. Apud alios Scæva idem, duce absente, cedentibusque comitibus, contra omnem Pompeji exercitum solus stetit, et clypeo cxx. telorum ictibus transfixo mirisque et incredibilibus rebus gestis occubuit; jacens quoque victoribus terribilis ac stupendus, qui tot eximias pugnas in Gallia Britannique fecerat, contra omnes hostes semper invictus, a civibus suis tandem interfactus est. Felix a scriptoribus <sup>27</sup>dictis si pro libertate omnium fecisset, quod pro domino suo fecit. Sic se rebus habentibus, Cæsar nec prosperitate tumidior, nec adversitate contractior, quotidie in aciem <sup>28</sup>reducerebat, et pugnae copiam faciebat: [200] sæpe etiam legiones prope castra hostium subibant, ita ut e vallo telis etiam peti possent. Pompejus contra ne obsessus omnino videretur, famæ potius studio quam belli pro castris <sup>29</sup>explicabat: sed ita ut castra novissimi tangentur, utque omnes intra telorum e vallo venientium jactum starent. Nihilominus Cæsar interea quamvis bello intentus; tamen propositi sui memor de pace cogitabat, et totiens frustra tentatam aliis atque aliis viis retentabat: non pro Cæsare cui nil debeo, sed pro veritate loquor: nusquam legi <sup>30</sup>homines, cui cum tam prospere bella succederent, tantum studium <sup>31</sup>tamquam continuum pacis esset. Itaque cum audisset Metellum Scipionem Pompeji sacerum in Macedoniam Epiro proximam venisse, Clodium quendam e suis ad illum misit: hic perfamiliaris Scipioni fuerat, et ab

—23 Lege, *imperatori*. —24 Lege, *Cassii Scævæ*. —25 Apud Cæsarem, *ducentis* triginta. —26 *Octavis*: sic Cæsar. —27 Lege, *dictus*. —28 Ex Cæsar, *appone, exercitum, et lege, educebat*. —29 *Adde, exercitum vel suos*. —30 Lege, *homini*. —31 Lege, *tamquam continuum pacis esse*.

illo commendatus Cæsar in familiaritatem <sup>32</sup>pervenisset: hunc igitur ut utrique earum cum litteris ac mandatis eo dirigit: summa omnium haec <sup>33</sup>erant: ‘ se de pace omnia probasse, nilque ad eum diem profecisse: credere autem se, non Pompeji vitio sed nuntiorum accidisse, quod vel nescierint vel timuerint commissa peragere, atque ad tantam rem idoneum tempus eligere: illum vero, et auctoritate apud generum, et potentia tanta esse in republica, et propter hoc exercitui non <sup>34</sup>legati sed imperator præsidens, ut his fretus, et quid velit alloqui Pompejum possit, et errantem non modo reprehendere sed quodammodo etiam cogere illum possit, ut <sup>35</sup>æque paci animum adhibeat: id si fecerit rebus eum fassis, et majus in malum pronis quietem, et imperio et Italæ pacem, et provinciis allaturum, omnesque illam <sup>36</sup>eum acceptam habituros.’ Cum his Clodius mandatis ad Scipionem proficiscitur: [201] primum quidem <sup>37</sup>laetus visus auditusque, postmodum a colloquio seclusus, Favonio quodam mali consilii fauore a pacificis Scipionem et mundo utilibus tractatibus revocante: sic infecto negotio Clodius ad Cæsarem est reversus. Quotidie interim congressus et prælia, et utrimque cædes atque insignium virorum casus mirabiles, pacisque consiliis <sup>38</sup>male repudiatus locus iræ atque odio datus erat. Fuit unus dies Cæsari nimis adversus, quo eruptio violentissima ab hostibus facta est, fuitque illo die inter alia aquiliferi illius insignis <sup>39</sup>virtutis ac spectata <sup>40</sup>dies: qui cum lethali vulnere transfixus morti proximum se sentiret, versus ad comites, porrigensque aquilam quam jam ægre sustentabat: ‘ Hane,’ ait, ‘ o commilitones mei vivens multis annis et multa cura servavi, et nunc moriens eandem Cæsari pari fide restituo: vos autem per communis imperatoris amorem oro atque obtestor, cavete dedecus Cæsareis castris insolitum, ne forte hostium in manus veniat tanti ducis signum; sed mihi a Cæsare olim commissa aquila nunc per manus vestras salva ad Cæsarem revertatur:’ haec dicens corruit, <sup>41</sup>centumque alii primæ cohortis suæ cum principe ceciderunt, multaque diversis cæde in locis edita Pompejani erumpunt: vicitque Pompejus illa acie, et Imperator appellatus est. Cumque cedentes non sequeretur, negavit eum Cæsar aut vincere, aut victoria uti scire. Labienus vero in suum olim ducem

<sup>32</sup> Forte, *pervenerat*.—<sup>33</sup> Lege, *erat*.—<sup>34</sup> Lege, *legatus*.—<sup>35</sup> Lege, *æqua*.—<sup>36</sup> Forte, *ei uni*.—<sup>37</sup> Læte vel libenter, ut ait Cæsar.—<sup>38</sup> Forte, *male repudiatis locus*.—<sup>39</sup> Lege, *virtus*.—<sup>40</sup> Forte, *fides*.—<sup>41</sup> Centurionesque alii primæ cohortis præter principem, sic Cæsar.

inexpiabili odio accensus, a Pompejo captivos sibi dono dari petiit, quod cum impetrasset, productos omnes in medium et contumeliosissimis verbis increpitatos, seu <sup>42</sup>incrudelitate insitae deserviens, seu seclere immanni fidem transfugio suo querens, in conspectu omnium interfecit: [202] hoc eventu tantum speci Pompejanis acreverat, ut non de bello amplius sed de victoria cogitarent, et multa varia decreverant, et quasi nil jam incidere posset adversi, famam victoriæ per terrarum orbem nuntiis ac litteris divulgarent.

Cæsar concione advocata milites consolatus est: hortatus 'ne deficerent animis: debere eos unum, et id ipsum non nimis grave proelium infaustum multis felicibus compensare, et fortunæ gratiam habere, quod Romam, quod Italiam, quod Hispaniam utramque sine sanguine quasi divinitus reccipissent: non posse praesertim in bello prospera omnia provenire: verum tristia lætis temperanda, adversamque fortunam virtutis ope leniendam.' Et hæc quidem ad exercitum. Quosdam vero signiferos quorum culpa clades accepta erat notatos infamia e gradu militiae suæ movit. Exercitum reliquum tantus pudor et tantus dolor invaserat, tantumque desiderium ignominiae abolendæ, ut non expectato <sup>43</sup>superiori imperio ulti quisque pro supplicio gravissimos sibi labores assumeret, omniumque animi arderent incredibili quadam cupiditate pugnandi, viam illam expurgandæ infamie unicam extimantes:—Quin et legati et qui ad consilium vocabantur, oratione imperatoris et pudore tacti, persistendum pugnandumque censerent, et acceptam prælio cladem prælio hostibus refundendum. Solus Cæsar contraria erat in sententia: nam neque <sup>44</sup>victis tam cito in aciem <sup>45</sup>reversuros sat fidebat; et reparandis animis spatio opus esse: neque præterea tam hostem quam frumenti inopiam metuendam eo loci manentibus judicabat. Illico ergo sociorum atque ægrotantium cura congrua suscepta, noctuque impedimentis omnibus præmissis, Appolloniam profectus est, [203] quadrimestri obsidione derelicta. Hinc in Thessaliam fatis impellentibus commigravit bellum eo Cæsarem prægressum paucis post diebus Pompejus assequitur, statimque in <sup>46</sup>concionem suis pro re bene gesta gratias agit: eos qui cum Scipione venerant, non tam ad bellum quam ad belli præmia hor-tatur: ipsi autem socco et classicum et prætorium attribuit, <sup>47</sup>om-

<sup>42</sup> Forte, crudelitati.—<sup>43</sup> Lege, superioris.—<sup>44</sup> Lege, victos.—<sup>45</sup> Lege, reversuris.—<sup>46</sup> Lege, concione.—<sup>47</sup> Forte, omnisque eum.

nesque ut eum et honoris et imperii participem facit; duobus tamen exercitibus conjunctis, nemo erat qui de victoria dubitaret: usque adeo, ut jam omnes de præmiis deque honoribus: denique quod stultitiam omnem supergreditur, de ipsius Cæsaris sacerdotio inter se non sine contumelia patriæ litigarent: sed aliud illi, Cæsarque cogitabat, atque aliud fortuna præparabat. Et Pompejus quidem solitis artibus bellum trahere, cunctando victurus, cœperat consilium utile; sed suorum impetu discussum et inefficax: milites ad labores nati, otium ferre non poterant: socii patriæ desiderio impatientes erant moræ: principes<sup>48</sup> duas ambitionem in prorogando imperio arguebant. Tot vocibus consiliisque superatus, unus omnibus cessit invitus, et raptanti omnia fortunæ mœstus fræna laxavit, decrevitque pugnare.<sup>49</sup> Ad hæc tamen rem trahebat, nam quod quisque<sup>50</sup> volens facit quoad potest disflert. Cæsar dilationem oderat, nec<sup>51</sup> superabat tamen posse Pompejum ullo ingenio ad pugnandum induci: hac difficultate perplexus utilissimum belli genus elegit, ut motis castris in perpetuo motu esset, neque unquam amplius quam unum diem uno agerent in loco: hoc sibi consilium non una ratio<sup>52</sup> surgebat: noverat exercitum suum fortem duratumque laboribus, Pompejanum<sup>53</sup> verbo molliorem versatum in<sup>54</sup> verbib[us], [204] et discursibus insuetum: itaque circumducendo illum posse fatigari: se præterea mutatione locorum quod frumenta jam in agris essent, vici[rum]<sup>55</sup> urbibus exercitum confidebat: illa autem spe potissimum movebatur, si forsitan se vagante hostis etiam moveretur et sic inter eundum casus aliquis atque occursus exoptatae pugnæ tribueret facultatem. Et his omnibus hoc ultimum evenit, ut sine ampliori discursu pugnæ daretur occasio. Dum enim castra moturus ut decreverat, signum dedisset itineris, et jam tentoria vellerentur: ecce jam mota Pompeji castra conspiciunt, qui ut diximus vici[us] omnium vocibus suo<sup>56</sup> obico aliena consilia sequebatur, et assumpta ut fit multorum hortatibus fiducia, paulo ante eum diem in consilio dixerat eventurum, ut ante congressum exercitus Cæsaris vinceretur: quibusdamque mirantibus,<sup>57</sup> abdid[erat] non se vestium incerebilem prima facie rem videri. Dehinc latius ingressus, exposuit, cum equitatu abundantem, circumveniri

48 Forte, *ducis*.—49 Forte, *Adhuc*.—50 Forte, *nolens*.—51 Forte, *sperabat*.—52 Lege, *suggerebat*.—53 Forte, *vero*.—54 Forte, *urbibus*.—55 Videtur reponendum *commodius*.—56 Forte, *rejecto*, aut *repudiato*, aut simile quid.—57 Lege, *addiderat*, non se *nescium*, *incredibilem*.

omnes Cæsaris copias esse perfacile; idque sibi maturo consilio jam provisum: quæ cum pluribus verbis explicuisset: Labienus incepit, et Pompeji sententiam atque potentiam laudibus ad cœlum ferens, et Cæsaris imbecillitatem oratione deprimens insolenti: ‘Noli,’ inquit, ‘o Pompei, noli inquam opinari hunc exercitum illum esse qui Galliam Germaniamque perdomuit: omnibus intersui, et quid loquar scio: non est ille, mihi crede: major pars bello periit diurno: moriuntur in pœliis, non nascuntur homines: multi domum rediere, multi in Italia sunt relictæ, multi proxima autumnali pestilentia, reliquæ his ad Durachium pœliis sunt consumptæ. Denique ille veteranus exercitus mille modis evanuit: nomen durat, milites non supersunt: hic autem quem videtis, ex <sup>58</sup>dilecto novo cisalpinæ Galliæ, [205] et pars major ex Transpadanis constat.’ His dictis ne quid deesset insanæ, juravit se nisi victorem nunquam e pœlio reversurum: cæterosque ad idem jusjurandum verbis incitavit: nec minus exemplo Pompejus, dictum laudans, juransque similiter: sic omnes igitur juraverunt, ut necesse <sup>59</sup>fuit multos esse perjuros: ingenti gaudio tanquam feliciter rebus gestis nec minori spe, e consilio discesserunt, juramentum tanti ducis de tam magna re <sup>60</sup>velud aram victoriae tenentes. Digressi autem e consilio, non ita multo post ut diximus in aciem sunt progressi: quos ubi Cæsar tum ipse etiam castra movens advertit in eum locum descendisse, ubi æquo Marte certari posset, substitit; et conversus ad suos: ‘Non est,’ inquit, ‘modo amplius de itinere sed de pœlio laborandum: adest ecce nobis occasio quam semper optavimus pugnandi, et finem laboribus imponendi:’ hæc dicens instruere acies cœpit, omni cuius erat <sup>61</sup>potissimum militari arte: suosque interim <sup>62</sup>admovere, ne se a multitudine hostium circumveniri sinerent: sive id quod Pompejus in consilio dixerat erupisset, sive id futurum animo, <sup>63</sup>præsagio concepisset: omnibus jubens ne injussu ejus inciperent: se in tempore quid agendum esset signo indicaturum: circumire inde acies, et animos verbis accendere, virtutemque insitam excitare commemoratione erga illos semper optimæ ac beneficæ <sup>64</sup>voluntates inter alia non omisit, se omnibus modis pacem quæsivisse; et humilius forte etiam quam deceret. Nominavit, per quos de pace Pompejum aut Scipionem interpellasset, ut publice etiam \* Tampsi

58 Lege, *dilectu*.—59 Forte, *suerit*.—60 Lege, *velut arrham*.—61 Lege, *pe-  
ritissimus*.—62 Lege, *admonere*.—63 Forte, *præsago*, aut *aniyi præsagio*.—  
64 Lege et distingue: *voluntatis*. *Inter alia*.

amnis ad ripam<sup>65</sup> de eodem nutenque ultro citroque legatis agere voluisse: atque haec omnia non metu aliquo, sed pietate; [206] ut civili<sup>66</sup> sanguinum parceretur, ex adverso autem quam superbe, quamque impie vel neglectae petitiones suae, vel telorum etiam immissoe repulsae, magnam nobilibus animis indignandi materiam praebuissent: his explicitis, obsecrantibusque militibus, pugnae signum dedit. Erat forte in exercitu Crastinus, qui priori tempore honesto gradu sub Cæsare militasset, tunc vero non militæ sacramento, quo solitus erat, sed jure quodam amicitiae evocatus aderat, vir bellica virtute memorabilis: hic Cæsaris concione intellecta, et signo proeliī auditō; alaci vultu ac voce: ‘ Sequimini me,’ inquit, ‘ manipulares olim mei, et imperatori vestro quam debetis operam exhibete: ultimum hoc proelium est: quo peracto ille suam dignitatem, nos nostram recuperabimus libertatem.’ Dehinc versus in Cæsarem: ‘ Faciam,’ inquit, ‘ imperator hodie; unde vel vivo mihi vel mortuo gratias agas?’ haec dicens primum in hostes impetum fecit: eumque dilecti milites circiter centum viginti voluntarie prosecuti sunt. Fuerat ut aliqui tradidere (nec dissimile veri est)<sup>67</sup> quidam utriusque in ipso pugnae principio pius torpor, qui strictos jam gladios contineret: nempe cum germani suos fratres ab adversa acie, parentes filios, et parentes filii viderent: donec Crastinus hic præcipitanti rabie vocem tolleret pilumque torqueret: ita proelium coepit est. Quod nisi unius furor homines<sup>68</sup> miscuisset, poterat fortasse ducibus ipsis patientibus, citra Romani imperii humanique generis excidium, mutua pietate componi: sed proh<sup>69</sup> dolor, inventus est, qui Cæsare ipso differente, properaret, neque ipse tamen tanti mali auctor abiit immunitis: infixo in os gladio inter cadavera mox inventus atque recognitus: notatumque, oris vulnere oris impetum punitum ultione justissima. [207] Concursum est in campis Thessaliam, quos<sup>70</sup> Philippicos vocant: illum sibi locum, Romæ invidens fortuna delegerat, ubi ab hostibus invictas Romanas opes manibus Romanis everteret, imperiumque supremum irreparabili clade protereret. De numero copiarum longe aliter narrant auctores: in magnitudine periculi omnes consonant: plena omnia sunt lamentis: et qui minorem numerum dicunt, addunt tamen<sup>\*</sup> nostri immensum quidam lector possit mente concipere. Anmei quidem Flori, qui hanc rem ele-

65 Forte, *de mittendis*.—66 Forte, *sanguini*.—67 Forte, *partis*.—68 Lege, *miscuisset*.—69 Lege, *dolor*.—70 Lege, *Philippicos*, aut *Philippcos*.

gantissima brevitate perstrinxit, verba sunt hæc: ‘Nullo umquam loco tantum virium populi Romani <sup>71</sup>fortuna vidit illuc. et amplius milia bellatorum hic illie, præter auxilia <sup>72</sup>regium et senatus.’ Idem: ‘Si belli,’ inquit, ‘duces inspicias, totus senatus in partibus: si exercitus, hinc undecim legiones, inde decem et octo, flos omnis et robur Italici sanguinis: si auxilia sociorum, hinc Gallici Germanique dilectus, inde Dejotarus, Ariobarzanes, Tharcondimotus, <sup>73</sup>Corintus, <sup>74</sup>omni Draciæ, Capadociæ, <sup>75</sup>Ciciliæ, Macedoniae, Græciæ, Ætholiae totiusque robur Orientis.’ Acies magno utrinque ordine steterant: duces nescio an <sup>76</sup>omni supremi qui umquam arma tractaverint, nec excipio Africanum atque Hannibalem: nam quis horum utriusque seu victorias ne dicam bella dinumeret, seu rerum <sup>77</sup>magnitudine metiatur? mirum tamen dictu, quoniam Pompeji ardor atque impetus, vel ætate vel præsagio quodam ac fortunæ varietate <sup>78</sup>lucesceret: ut qui eum cerneret <sup>79</sup>quid jus potius quam Pompejum crederet: quo mirabilior mihi est ille totiens petitæ pacis contemptus atque illa spes victoriae: sed et ipse tamen suos, partim magnifica, [208] partim <sup>80</sup>miserabilia ore cohortatus est; descenditque in prælium, mundi partem maximam secum trahens. Fuit autem inopinus ac mirabilis pugnæ finis: nam cum aliquamdiu æquis viribus hinc inde dimicaretur, Pompejus <sup>81</sup>multitudine fisus, ut dictum est, ad circumveniendum Cæsarem equitatum effunderet: ab utroque cornu Cæsar suis equitibus quos intentos in hanc rem fecerat, subito signum dedit, qui dicto citius in effusos facto impieta vere illos effuderunt, et vertere terga coegerunt. Secuta est equitatum vis ardentissima legionum, adeo conglobata ut quasi una manus omnium videretur: sic omnes simul et <sup>82</sup>ferine cernere et urgere, ut sustineri virtus tam unita non posset: accessit et levis fragor ac strepitus armaturæ, magni denique instar exercitus. Cæsar ipse ubique presens utrumque simul exhibens, et fortissimi militis, et summi ducis officium, et feriens et exhortans; duæ ex omnibus illius per omnia discurrentis, atque omnibus occurrentis, voces adnotatæ, memoriaeque mandatae sunt: ferox altera, sed ad vincendum utilis: ‘Miles faciem feri:’ altera autem pia, licet ad

<sup>71</sup> Florus addit, *tantum dignitatis*.—<sup>72</sup> Regum et senatus: sic Florus.—<sup>73</sup> Cothus est in Floro.—<sup>74</sup> Lege, *omnis Thraciæ*.—<sup>75</sup> Lege, *Ciliciæ*.—<sup>76</sup> Forte, *omnium*.—<sup>77</sup> Lege, *magnitudinem*.—<sup>78</sup> Forte, *sensceret*, vel *languesceret*.—<sup>79</sup> Forte, *quidvis*.—<sup>80</sup> Forte, *miserabili oratione*.—<sup>81</sup> Lege, *multitudini*.—<sup>82</sup> Forte, *ferire cerneret*.

jactationem compositam <sup>83</sup>Florens dicat: 'Miles parcee jam civibus:' illa enim vincere satagentis, haec vincentis seu jam victoris et miserantis vox fuit: illa in medio <sup>84</sup>prælio ardore; haec jam victis et in fugam versis hostibus usus est: illæ etiam piae voci consentaneus actus fuit, quod euilibet suorum uni hostium quam optasset vitam dare permisit: nec minus ille, quod in tanto conflietu nullus inventus est nisi armatus in acie cecidisse. Pompejus turbatus ae territus suorum ordinibus, tantæ ruinæ molem nec sufferre valens nec attollere; abjecti pondus imperii, seque fugæ tradidit, non tam vivere cupiens, quam metuens mori, [209] ne secum totus exercitus moreretur: quo submoto, <sup>85</sup>ne amplius in acie stetit: documentum ingens, non semper prælium esse victoram: cum ut apud scriptores constat, nil <sup>86</sup>Pompeji magni quam suorum nocuerit multitudo: non minus tamen arbitror nocuit indigesta varietas, quæ per unum frænari et regi nulla potuit ratione: haec Thessalianicæ pugnæ finis fuit, ut etiam et Pompeji, ne in suum dedecus paucos vitæ dies <sup>87</sup>egerat, longamque gloriam brevi spatio dehonestaret atque pollueret: sed sic <sup>88</sup>essent res humanæ: nil tam altum quod non <sup>89</sup>posset deprimi, nil tam clarum quod non valeat obscurari. Itaque tempestiva morte nihil melius: sed de hac postea. Nunc revertor ad Cæsarem: parta ut dictum est victoria, cum et Cæsar castra hostium cepisset et Pompejani aliqui in montem castris proximum effugissent, studiose egit cum militibus, ne in prædam intenti tempus labi sinerent, quo major negligetur occasio, quod cum <sup>90</sup>obtinuissent, montem circumvallare dispositus: hostes monti, quod inaquosus erat, diffidentes, <sup>91</sup>abire: quod Cæsar intelligens trifarium partitus est copias, ut pars in suis, pars in Pompeji castris ad custodiam resideret, pars expeditior secum iret ad hostes prosequendos: quos cum non longo <sup>92</sup>discursu spatio prope esset ut attingeret, illi in montem alium concenderunt, eujus ad radicem fluvius labebatur. Cæsar illic eos obsedit, ac militibus, quamvis diurno labore fatigatis, et lassitudo requiem, et nox proxima suaaderet; persuasit tamen ut quietis immemores novum susciperent laborem, et munitionibus interjectis flumen a monte secernerent, quo nocturna clausis præriperetur aquatio: quod cum factum esset, territi ditionem per nuntios petiere, <sup>93</sup>aliquid senatorii ordi-

<sup>83</sup> Lege, *Florus*.—<sup>84</sup> Lege, *prælia*.—<sup>85</sup> Lege, *nemo*.—<sup>86</sup> Lege, *Pompejo magno*.—<sup>87</sup> Forte, *ageret*.—<sup>88</sup> Forte, *transeunt*.—<sup>89</sup> Lege, *possit*.—<sup>90</sup> Lege, *obtinuisset*.—<sup>91</sup> Lege, *abiere*.—<sup>92</sup> Lege, *discursus*.—<sup>93</sup> Forte, *aliquibus*.

nis <sup>94</sup>fugam per noctem clam delapsis. [210] Diluculo igitur Cæsar hostes e monte descendere, atque ad terram omnes arma projicere cum jussisset, cupide obtemperatum est; tensisque ad eum palmis afflusi et gementes veniam petiere: jussos assurgere nihilque metuere, <sup>95</sup>jussit incolumes, ut non modo in corpore sed neque ulla in re detrimenti aliquid paterentur: vetitis militibus aut quemquam laddere aut illorum quidquam omnino concupiscere: profecto aliquid inter hunc, transfugamque ejus Labienum, interfuisse, <sup>96</sup>facile ac propterea discretio est. Cæsar lassitudini militum compassus, suæ vero negligens quietis, legiones quæ secum fuerant, ad castra quæ <sup>97</sup>vimi passuum a tergo aberant, redire præcipit, ut quiescant: <sup>98</sup> eos non quæ in castris remanserant ad se venire imperat, ut laborent; cum quibus eodem ipso die Larissam pervenit, qua jam Pompejus fugiendo transierat: ubi redditum est in castra, facta cæsorum ratione deprehensum est de legionibus atque equitatu Pompeji xv. milia cecidisse: nam externarum gentium et auxiliorum, quæ de toto Oriente convenerant, innumerabilis strages fuit, qui vagi et inermes <sup>99</sup>fuit nullo ordine, ad <sup>100</sup>societatem cædentiū sunt oppressi: quo die prospicieens Cæsar adversarios cæsos atque obtritos campis hoc adverbium traditur dixisse: ‘Hæc voluerunt: tantis rebus gestis Gajus Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.’ Eorum vero qui deditione in potestatem ‘Cæsar venerunt, numero XXIII. m. et eo amplius fuisse compertum est: capta quoque signa militaria CLXXX. et <sup>2</sup>LVIII. aquilæ: inter cæsos fuit Crastinus, ut dictum est, ardentissime dimicans, quem Cæsar eo prælio mira virtute rem gessisse, et de se optime meritum prædicavit. [211] Atque ita ut prædixerat vel mortuo gratias egit. Periit et Domitius is, qui ad <sup>3</sup>Confinum captus fuerat ac dimissus: de parte Caesaris nonnisi ducenti milites sunt amissi; centuriones triginta viri excellentes: mirum dictu Romanis ab utraque parte pugnantibus eam fuisse cædis imparitatem: sed Pompejum sua illa jam vetus fortuna reliquerat. Hoc loco non videtur prætereunda silentio laudatissima illa Cæsaris virtus, modestia, cuius et Plinius Secundus, et Seneca, multique alii meminere: nempe cum inter alia in Pompeji castris serinia invenisset epistolarum ad Pompejum

<sup>94</sup> Lege, *fuga*.—<sup>95</sup> Forte, *dimisit*.—<sup>96</sup> Credo alludere ad captivos a Labieno necatos: sed videntur corrupta: forte, *facilis propterea*.—<sup>97</sup> Lege, *vi. milia*.—<sup>98</sup> Lege, *eas vero, quæ*.—<sup>99</sup> Forte, *fugerunt*.—<sup>100</sup> Lege, *satiatem*.—<sup>1</sup> Forte, *Cæsaris*.—<sup>2</sup> Lege, *VIII*.—<sup>3</sup> Lege, *Corfinium*.

a principibus directarum, ex quibus elici posset, quid contra se quilibet sensisset, quod ad rationem nondum finiti belli prodesse potuisse non est dubium, nec epistolas legi, nec aperiti serinia passus, bona fide sicut erant obsignata et intacta combussit: et raro licet ac modice solitus subirasci, satius duxit ira, ne ad se accedere posset, occurrere, et opponere illi ignorantiam offensarum, quam praesentem rationem moderari: mirum genus clementiae, et omnibus <sup>4</sup>victoribus recto sub judice praeferendum: penitusque ab Alexandri Macedonis consilio diversum, qui non solum ultro oblatas hostium epistolas non combussit, sed quod certissimi sunt auctores, suorum litteras callide perquisivit, cognito eorum de se iudicio supplicium meditatus: quamquam quid Alexandrum nomino, omnium fere hominum consilia hac de re paria et Alexandria potius quam Cæsarea esse quis dubitet? Profecto ut in multis in hoc quoque unicus Cæsar est: sed Pompeji fugam prosequor.

Pulsus ergo Pompejus, per Thessalicas sylvas uno equo, per Ægeum pelagus una navi fugiebat. Romani imperii pudor ingens, quod ille mutu rexerat: sed sic est, res hominum non stant: et quo <sup>5</sup>minor est altitudo; [212] eo gravior ruina: sic Lesbon insulam adiit, ubi sua amantissima conjux erat: receptoque carissimo pignore illie deposito, a tergo sibi metuens mox discessit: donec quibusdam suorum <sup>6</sup>assecutus, in infami seu insula Cilicum, seu scopulo liberabundus substitit, an in Africam, an in Ægyptum, an in Parthiam navigaret. Et cum pronus esset in Parthias, rursus consiliis suorum victus in Ægyptum flexit: quodque in consiliis crebrum est, illa sententia superavit, qua deterior nulla erat: nempe cum ab eo rege <sup>7</sup>qui tutor a senatu datus regnum summa fide servaverat, et paterna pietate restituerat, et paterni jure hospitii et sui in illum meriti, auxilium petiturus infaustum puppim ad littus <sup>8</sup>Ægyptum appulisset: cognito tanti viri solitario adventu rex impubes Ptolomæus, ex illius habitu fortunam conjectans, et subita re turbatus; dum tumultuario consilio quid agendum esset quereret, consultore, si quis fuit honestior, spadonum vilissimorum hominum sententia, superato; seu metu Romanorum ut se excusantes post dicebant, seu sola perfidia ac contemptu ejus, fidem spernere et captare gratiam victoris, ac for-

<sup>4</sup> Lege, *victoriis*.—<sup>5</sup> Lege, *major*.—<sup>6</sup> Lege, *assecutis*.—<sup>7</sup> Forte, *cui*.—<sup>8</sup> Lege, *Ægyptum*.

tumæ obsequi definitum est: missique carnifices, qui e navi in Stephan sub prætextu procellosi littoris cum paucis exceptum, ut ad regem duceretur, interficerent. O fortuna hominum, et rerum exitus prosperarum: sub filii atque uxoris et amicorum oculis crudeliter imperfectus est gladio Achillæ sævissimi hominis atque Septimii viri immanissimi, olim sui, tunc regii militis, sui autem deserteris: pudor inexpugnabilis: Romanum civem, ad Romanum principem trucidandum, sic Ægyptii et obseceni regis imperio paruisse. O quanto erat honestior casus! nisi Romana manus intervenisset: sed hanc malorum seriem fortuna texuerat, nec ubi civilis deesset insania: [213] si ad Indos pergeret Romano reor gladio pereundum erat: corpus ejus in undas abjectum caput reservatum pio victori munus impium, donum donatario indignum sed donante dignissimum: navis in qua uxor erat et filiis fuga evasit, aliquot aliae captæ, crudeliterque habitæ: captus et Lentulus ac perductus ad regem; et in custodia enecatus: his Pompeji quidem sed non belli civili exitus fuit.

Cæsar vero post victoriam Pompeji vestigiis insistens, quod paucitas fugam clandestinam faciebat, incertis indiciis in Asia perrexit: ut illud nullo modo siluerim, quod dum præmissis legionibus ipse per Hellespontum victor nulliusque jam metuens, unico parvoque navigio trajiceret, et forte L. Cassium partis aduersæ ducem cum decem magnis navibus obvium habuisset: ubi nemo alias non timuisset, iste ultro accessit, hortatusque ad ditionem, atque obedientem et ad se suppliciter venientem cum tota classe suscepit. Tantum Cæsaris nomen erat, ut ubique potens, ubique comitatus et magnis circumvallatus <sup>10</sup>exercitus crederetur. Supplice ergo suscepto, suum iter egit, atque Ilion suæ <sup>11</sup>urbis originem invisit, ut quidam prodidere: ibi audiens apud Ciprum insulam visum esse Pompejum, cogitansque id quod erat, in Ægyptum ire, quod et familiaritas regis et regni oportunitas suggerebat: cum paucis et <sup>12</sup>Hodiis navibus, pauloque amplius <sup>13</sup>quod inde peditum, et non nisi DCCC. equitibus insecurus, eo quod cæteri fere omnes, et vulneribus et morbis et lassitudine tenerentur, Alexandriam venit: fixus, et gestarum rerum et nominis sui famam magni instar exercitus sibi fore, ut ubique cum paucis etiam tutus esset: quæ pene

<sup>9</sup> Lege, scaphum.—<sup>10</sup> Lege, exercitibus.—<sup>11</sup> Lege, urbem originis.—<sup>12</sup> Lege Rhodiis.—<sup>13</sup> Lege, quam III. mil.

eum spes fecellit. <sup>14</sup>Pridem quidem adventu de Pompeji morte certior factus, [214] aliquantis per hæsit in littore: <sup>15</sup>dum interea missum sibi a rege per Theodotum præceptorem suum qui cum Photino ejus cædis hortator fuerat, Pompeji caput atque annulus offertur, ingemuit Cæsar et lacrymas fudit, tanti viri et tanta sibi olim familiaritate conjuncti <sup>16</sup>casus miseratus: simul illud intelligens cæde illa non sibi regem gratificari voluisse, sed fortunæ, in se idem si sors tulisset ausurum. Dehinc in terram egressus, et ingressus Alexandriam, exceptus est tumultu et clamore militum gravi, quos illi urbi rex præsidii gratia dimiserat, querentium <sup>17</sup>primi Romanis <sup>18</sup>fastibus regiam majestatem: quo compresso, quotidie motus alii atque alii oriebantur, <sup>19</sup>quo ex ordine prosequi, otiosi sit: quibus Cæsar in sua opinione firmatus, non sibi Pompejum periisse, sed regi; ad se statim legiones quas ex Pompejanis militibus conscriperat evocavit: mille interea tumultus et insultus, vix que aliud tempus periculosius egit Cæsar: nusquam magis illi necessaria virtus fuit, <sup>20</sup>sine qua eum et gestarum rerum memoriam non juvisset. Achillas regius praefectus hausto Pompeji sanguine <sup>21</sup>eburus, jam Cæsaris sanguinem sitiebat: et collecto exercitu xx. armatorum <sup>22</sup>victori quoque moliebatur insidias: a quo jussus exercitum dimittere, non modo non paruit, sed palam rebellis aciem pugnaturus instruxit: in quo quidem prælio, cum classis regia, quæ tune casu in terram subducta <sup>23</sup>exureretur, flamma proximis tectis illapsa, illam Philadelphi bibliothecam famosissimam <sup>24</sup>assumpserit: in qua erant librorum milia, alibi quadraginta, alibi quadrinuenta reperio, et est plane similis syllabarum sonus numerus longe dissimilis. [215] Ita ignis adhuc ambiguo bellorum exitu de libris immeritis triumphavit, non <sup>25</sup>modice studiosæ posteritatis incommodum, tot nobilium ingeniorum monumenta uno incendio conflagrasse. Multa ibi præterea nunc terrestria nunc navalia fuere certamina, et civile bellum <sup>26</sup>Egyptum sibi absente altera parte, suscepit: cuius ducem ipsa peremerat: horum certaminum in uno cum augusti essent <sup>27</sup>additus unius classis ad alteram aliquamdiu dilata res est, unaquaque partium alterius transitum expectante: quod scilicet ejus quæ primum transiret deterior conditio, quod

<sup>14</sup> Forte, *Primo*.—<sup>15</sup> Lege, *cum*.—<sup>16</sup> Lege, *casum*.—<sup>17</sup> Lege, *premi*.—<sup>18</sup> Lege, *fascibus*.—<sup>19</sup> Forte, *quos*.—<sup>20</sup> Forte, *sine qua eum gestarum rerum memoria non juvisset*.—<sup>21</sup> Lege, *ebrios*.—<sup>22</sup> Adde, *milium*.—<sup>23</sup> Adde, *erat*.—<sup>24</sup> Forte, *consumsit*.—<sup>25</sup> Lege, *modicum*.—<sup>26</sup> Lege, *Egyptus*.—<sup>27</sup> Lege, *aditus*.

explicari ex incommodo inter angustias non <sup>28</sup>posse, omnino expeditior pars altera videretur. Erat classis Rhodiæ præfectus <sup>29</sup>Heu favor, et disciplina rei bellicæ et virtute animi Romano similior quam Græco, hic dilationem videns, et causam dilationis intelligens, sic Cæsarem alloquitur: ‘Sentire mihi videor consilium tuum, Cæsar: dubitas ne si haec vada primi ingredimur ante cogamur in prælium, quam reliqui sequi possint, atque ita iniquo Marte pugnemus: sed mihi curam, Cæsar, linque: non te fallam, ego hostium impetum sustinebo dum comites consequantur, hos Ægyptios contra nos ex aquo stare, et hæc gloriari posse, doleo graviter et indignor.’ Delectatus Cæsar viri animo, laudavit hortatusque est. Cum vero rumores nondum Romanis noti in exercitu hostium crebrescerent, e Syria atque Cilicia adventare Cæsaris legiones: sollicitiores solito Ægyptii instructa classe commeatibus insidiabantur: quod audiens Cæsar, eo classem dirigit: in qua Rhodius Euphranor ut promiserat primus pugnam init, semper vincere solitus: sed fortuna eum quod de multis facit in fine reliquerat, quamvis et tunc etiam vicit, nam et obviam <sup>30</sup>navium fregit et demersit. Et dum animosius aliam perurget, nullo opem ferente, seu quod virtuti ejus adeo <sup>31</sup>viderent, [216] ut crederent auxilio non egere, seu quod potius reor, metu illos detinente, vincendo atque insequendo deperiit <sup>32</sup>unius, et bene gestæ rei laudem adeptus est mortem. Erat apud Cæsarem Ptolomæus, quod <sup>33</sup>pleris natura evenit, ætate puer, calliditate senex ac nequitia, erat autem forte sperans gratiam Cæsaris Pompeji morte promeruisse: huic bellum eo tempore cum Cleopatra sorore erat et conjugé, quam quidam in carcere tunc fuisse confirmant: sed ubique esset, constat eam ad Cæsarem penetrasse, seque ad ipsius genua proiecisse, orantem ut ei partem regni restituere juberet, ut communis testamento patris cautum appareret, et petitio justa erat, et insignis forma <sup>34</sup>Auditio ejus imperio et Cleopatram simul timentes et Cæsarem, nec jam moræ locum esse extimantes, ad apertam <sup>35</sup>viri conversi, nocte proxima illum intra regiam obsederunt. Fuit tunc maxime virtute opus eximia, quæ tot hostium tota nocte cum paucis impetum tolleraret, incendioque propelleret vicinarum ædium:

<sup>28</sup> Lege, posset.—<sup>29</sup> Lege, Euphranor.—<sup>30</sup> Lege, navim.—<sup>31</sup> Lege, fiderent.—<sup>32</sup> Lege, unus.—<sup>33</sup> Forte, plerisque.—<sup>34</sup> Aliquid deest.—<sup>35</sup> Forte, vim.

fama est timuisse hostes, ne una cum Cæsare inter tenebras oppri-  
merent suum regem, quem salvum cupiebant, ut <sup>36</sup>qua potestate  
pueri ad scelus abutebantur, sicut nonnulli nostra faciunt aetate;  
eamque salutis causam extitisse: ipse autem se in urbe parum tu-  
tum sentiens, improviso Pharon pene insulam occupavit, ut loco  
saltem tutior aliquantulum quiesceret, quodque, otii ubi aliud  
adesset, inter bella cupidissime <sup>37</sup>facturabat lectioni ac scripturæ  
operam daret: neque tamen diurna respirandi contigit facultas.  
Inimici enim potentiam Cæsaris quasi fulmen horrebant: et quod  
multis accidit, periculum metuentes, periculum maturabant: sem-  
per ergo consilia, semper arma, semper insidias agitabant. [217] In-  
terim vero, credo <sup>38</sup>ego hostium suggestu legati Alexandrini ad  
Cæsarem venerunt regem suum reposcentes: quibus ille facilem  
<sup>39</sup>praebuit. Cum vero dimittere eum vellet, ille versutissimus ac  
fallacissimus puer, et suorum similis, fictis cum lacrymis Cæsarem  
precabatur ne id faceret: neque enim regnum sibi esse Cæsareo  
carius aspectu. Quod Cæsar audiens, inhibitis lacrymis solatus est  
puerum. ‘Et si hunc,’ inquit, ‘quem prætendis, animum habes,  
cito ad me reverti et mecum esse poteris: nunc vade et tuorum  
desiderio satis fac: teque hortor et admoneo ut amicitiam Roma-  
nam plus quam arma experiri velis:’ sic <sup>40</sup>ad munitum dimisit.  
Ille velut ferox belua vineulis emissis, totis mox regni viribus contra  
Cæsarem conspiravit: ut satis ostenderet, se primum præ gaudio  
lacrymatum: pene læti hoc eventu erant Cæsaris amici, tantam sibi  
facilitatem ac clementiam esse damnosam, quod tam cito regem,  
quem in potestate haberet petentibus remisisset, ut <sup>41</sup>superbia ho-  
nitas probati ducis puerili versutia <sup>42</sup>placeretur: quasi vero hoc  
Cæsaris bonitate sola, non <sup>43</sup>alitiore consilio gestum esset, ut et rex  
præsens inciperet suis esse contemptui: multa enim desiderantur  
absentia et præsentia contemnuntur: et Alexandrini cognito nihil  
eis sui <sup>44</sup>regni adventu acrevisse, nihilque digressu ejus decrevisse  
Romanis, jure consternarentur: nil enim magis animos populorum  
dejicit quam subjecta oculis sui superioris inertia. Cæterum con-  
tra hunc motum Cæsar solita virtute consurgens, cum eruptione  
hostium repentina, ad classem suam transiturus in naviculam con-

36 Lege, qui.—37 Forte, factitabat.—38 Puto, *Ptolemei*.—39 Adde, se.—  
40 Lege, admonitum.—41 Adde, nimia.—42 Forte, cludcretur.—43 Lege, al-  
tiore.—44 Lege, regis.

scendisset; utque in tali periculo fieri solet multorum aggestu aut impulsus, [218] aut alveo obruta demersus in pelagus, per ducentos passus enavit ad propinquam navim. Sunt qui paludamento in fluctibus dimisso, enatasse illum dicant: idque seu fortuitu seu consulto, ut hostes in illud sagittis ac lapidibus intentos faceret. Sunt qui paludamentum mordicus tenens, ne hanc quidem gloriandi materiam hostibus reliquisse <sup>45</sup>confirmissent: haec vulgatior et certioribus testibus susulta sententia est: nam de eo nulla dubietas, illum sinistra manu <sup>46</sup>enavisse, ne libellos, quos ea gestabat, maris aqua perfunderet. Mox exceptus a suis nil moratus, sed <sup>47</sup>familiaribus illa sua celeritate ac felicitate versus in hostes, incredibile, quam subito classem regiam oppressit <sup>48</sup>acepit. Perit hoc congressu Theodotus totius mali artifex commenti, omnesque simul Pompeji interfectores imperfecti. Photinus et Ganimedes evasisse videbantur, sed in fuga ipsi etiam misera morte deleti sunt: nec minus <sup>49</sup>intra bellum erat. Alexandrinorum castra celso loco posita expugnari sine magno militum periculo non poterant. Sollicitus hae de re Cæsar, advertit summum castrorum locum vacuum derelictum, eo quod suapte natura tutus videretur, omnesque vel pugnæ vel spectaculi voluptate ad infima descendisse: ire illo aliquot cohortes jubet et occulto ambitu pervenire, præfecto his Curpheleno forti viro et bellandi gnaro: quod cum factum esset locus pene <sup>50</sup>nullus defensoribus, <sup>51</sup>ex his ipsis territis, repente corripitur; et clamore sublato, et qui infra erant solito acrius pugnantibus, totis castris sine <sup>52</sup>deletu exitus fuga fit, et hinc quoque aliis super alios ruentibus, strages ingens **xx. m.** hostium hoc prælio cæsa sunt: **xii. m.** dedita, cum **LXX. longis** navibus: **v<sup>e</sup>** ex victoribus perierte. Rex ipse castris effugiens in seapham conjectus, [219] et urgentibus qui evadere simul festinabant in mare dejectus; non ad suos ut Cæsar, sed ad pisces et ad fundum abiit: atque impulsum fluctibus cadaver inventum in ripa, et loricæ aureæ indicio cognitum: sic puerilis fraus in ipso flore nequitiae extincta. Sic et aliud agens Cæsar, generi ulti effectus, et illius magni viri manibus nocentissimorum hominum sanguine parentatum est.

Posthæc Alexandriam victor Cæsar ingreditur, tanta omnium

<sup>45</sup> Lege, confirment.—<sup>46</sup> Deest, clata.—<sup>47</sup> Forte, familiari.—<sup>48</sup> Lege, accepit.—<sup>49</sup> Lege, in terra.—<sup>50</sup> Forte, nudus.—<sup>51</sup> Lege, et his ipsis.—<sup>52</sup> Forte, delectu.

civium reverentia, tanto honore, quasi non ad domandos sed ad liberandos advenisset: sic <sup>53</sup>ab initis armis, et id genus vestis induit, qua placare iratos dominos, precarique veniam solebant; et ferentes sacra, quasi Deo eui piam obviam egressi, seque et sua urbemque ipsam ei supplices dedidere: tanto insuper <sup>54</sup>gaudio, ducem suum e tot insidiis tantisque periculis cum salute et gloria evasisse cernentium, ut undique cumulatum dies ille præstantissimo imperatori fructum virtutis attulisse videretur: tum de regno disposuit: veritusque illud in provinciae formam <sup>55</sup>redigisse, ne quando forte propter opulentiam regionis præses animosior eo missus novandarum rerum materiam inveniret, Cleopatrae, cuius blanda consuetudine tenebatur, et cui jure etiam debebatur, <sup>56</sup>nec dum et minori ejus fratri sceptrum dedit, quum major male monitus ejus audierat: minorem filiam Arsinoën regno eduxit, ne forte rebus adhuc teneris, prætextu illius pueræ, quod aliquamdiu fecerat Ganimides, novi motus per alium orirentur: aliquot ibi <sup>57</sup>præterea liquit, idque alto consilio, ut quod statuerat firmum esset, quod nec antiquitas <sup>58</sup>puris, nec civium amor Cæsarem amantibus præstare poterat: et gloriosum esset nomini Romanorum, reges ab eis <sup>59</sup>fit eorumque præ teneri, si in fide mansissent; alioquin posse si rebellassent eisdem ipsis[220] quæ ad eorum custodiad data erant auxiliis contineri. Et gestorum per Cæsarem in Ægypto hæc ni fallor summa est.

Ex Ægypto Cæsar in Syriam venit ad laborem natus nec <sup>60</sup>Cæsare sciens nec quiescere: euntem nuntii ex Italia assequuntur, litteræque Roma redditæ: omnium sententia una erat, multa et in urbe et in <sup>61</sup>Italianam perperam agi; quod pene <sup>62</sup>necessarie absentibus consulibus ac senatu; <sup>63</sup>multa populo per tribunos militum contentiose, multa in exercitu ambitiose atque ignave per tribunos militum nonnullos ac præfectos legionum, contraque disciplinam militiae a majoribus institutam: ex quibus unum omnes concludebant, necessarium ejus redditum, necessariamque præsentiam: quibus rebus etsi merito moneretur, primum tamen arbitrabatur, eas terras, ubi tunc erat, ordinare, ut tranquillas et imperio obsequentes dimitteret, ne diversos actus ineulcando, neutrum consummaret. Id vero <sup>64</sup>ne

<sup>53</sup> Forte, *abjectis*.—<sup>54</sup> Adde, *suorum*.—<sup>55</sup> Lege, *redigere*.—<sup>56</sup> Forte, *nec non*.—<sup>57</sup> Deest, *legiones*.—<sup>58</sup> Lege, *pucris*.—<sup>59</sup> Forte, *constitui*, *corumque præsidii teneri*.—<sup>60</sup> Forte, *cedere*.—<sup>61</sup> Lege, *Italia*.—<sup>62</sup> Lege, *necessarium crat*.—<sup>63</sup> Lege, *multa a populo*.—<sup>64</sup> Videtur delendum, *ne*.

in Syria Ciliciaque et Asia minore celerrime peracturum confidebat, quod nulla ibi belli materia appareret: in Bithinia autem et Ponto plusculum negotii superesse, Pharnace rege adhuc regiones illas obtinente. Jussis ergo urbanis atque Italica rebus usque ad ipsius adventum conquiescere: ipse cœpto festinus itinere Pharnacem petit: appropinquanti Dejotarus <sup>65</sup>*Galachiae* tetrarcha, licet tunc de illa litigans; rex autem minoris Armeniae a senatu constitutus; deposito omni ornatu regio, et non solum privati, sed rei supplicisque habitu obviam venit: et cum audientiam meruisset: ‘Ego,’ inquit, ‘o Cæsar non intior me Pompeio favisse: si erravi, teque offendii; veniam peto: eram Cæsar et fui semper atque ero fidelis populo Romano: <sup>66</sup>ero in his terris, [221] quæ nullis tuis præsidii tenebantur, neque de Romanis dissensionibus cognoscere meum erat: quid agerem, nisi quod a juventute didiceram, obedire <sup>67</sup>parentibus.’ Ad hæc Cæsar: ‘Multa in te et magna beneficia mea, quibus olim consul <sup>68</sup>teque tuum regnum honestavi, <sup>69</sup>quidem minime tibi excidisse debuerant: excusatio autem erroris penitus nulla est tam prudenti tamque industrio viro: nosse enim poteras et debebas <sup>70</sup>qui urbem Romani atque Italiam teneret: ubi ille esset, ibi senatum Populumque Romanum, ibi demum esse rempublicam: contra autem quis Lentulum et Marcellum consules haberet, quidve inter tam dissimilia interesset ignorare non poteras. Ego tamen hanc culpam prioribus beneficiis atque obsequiis tuis, et hospitio quod tibi est mecum, et amicitiae antiquæ, et dignitati tuæ atque ætati volens dono: insuper et multorum precibus hospitum amicorumque tuorum, qui pro te saepius me rogarunt: de litigio autem tetrarchiae in tempore, quod justum videbitur, diffiniam: te interea confidenter mecum agere, et regio habitu uti volo.’ His dictis legionem unam regis e subditis suis Romano more instructam, et quoteunque haberet equites secum ad bellum Ponticum mitti imperat. Cumque Dejotarus in omnibus paruisse, et ad ejus regiam Cæsar more hospitii divertisset, <sup>71</sup>culterque summa diligentia fuisse, inventus est, qui Dejotarum coram Cæsare accusaret, insidias illum sibi nocturnas tetendisse: extat elegantissima Ciceronis regem defendantis oratio. Cæsari Ponticos fines ingresso legatio Pharnacis regis obviam venit: ‘orat ut pacatus ejus adventus sit, regem enim prompto animo suis imperiis pariturum: neque indig-

<sup>65</sup> Lege, *Galatiae*.—<sup>66</sup> Lege, *eram*.—<sup>67</sup> Forte, *imperantibus*.—<sup>68</sup> Lege, *tūcumque*.—<sup>69</sup> Adde, *qua*.—<sup>70</sup> Lege *quis*.—<sup>71</sup> Lege, *cultusque*.

num ejus gratia, qui nunquam Pompejo Cæsarisque hostibus favisset, quam fautor hostium Dejotharus invenisset.' Posthæc illi coronam auream a suo rege transmissam obtulere. Erat Cæsari natura, [222] tum rerum tum verborum <sup>72</sup>tonutas multa atque mansuetudo, et legatos ad se missos mitissime alloqui; et si uspiam errassent leviter admonere, mos illi perpetuus. Itaque legatis auditis: 'Ego,' inquit, 'Pharnaci non insensus, sed propius advenio, modo quod verbis pollicetur rebus impleat:' atque his dictis lœta fronte duo verba superaddidit, quæ mihi ex ipso magnanimitatis gremio deprompta videantur. 'Videte autem,' inquit, 'ne aut mihi Dejotharum ut indignum venia quod contra me steterit, aut regem vestrum adversus me non stetisse,<sup>73</sup> seu magnum aliquod beneficium opponatis: nam neque Dejotharus tantam injuriam, neque rex vester tantum beneficium mihi intulit, quantum vos putatis: ille quidem præstítit,<sup>74</sup> et offensas meas ut <sup>75</sup>agnoscere possem supplicant, quo mihi nihil est gratius, nihil quod cupidius faciam: et publicas libere ulcisci valeam, quod fortasse sic non possem, si in me fuisset obsequiosus, privata gratia publicis commodis ut solita est obstante: hic autem vester non tam mihi consuluit, cui cœlitus de omnibus decreta victoria erat, quam sibi, ne cum aliis vinceretur. Quisquis enim contra me venit, haud dubie victus abiit: hinc ei igitur quas remittam privatas offensiones nullas habeo, qui, ut dicitis, nil egit adversus me, publicas remitto: illas tamen, quæ irreparabiles sunt, ut cœdes ac vulnera et ludibria civium Romanorum:<sup>76</sup> prædes et ablata restituere quæ potest Romanis pariter sociisque: publicanorum familias, quas per vim tenet, emittere ad libertatem: super omnia Ponto excedere statim jubeo: si paruerit, tum demum munera ab eo mihi transmissa recipiam: alioquin spes concordiae nulla est.' Hoc responsum cum legati retulissent, Pharnaces nihil verbo quidem, animo autem omnia recusavit: sperans Cæsaris discessum non posse differri, <sup>77</sup> qui jam publice notum esset multis et magnis ex causis redire in Italiam oportere: [223] itaque tergiversari,<sup>78</sup> simulari impedimenta,<sup>79</sup> occupantes fingere, moras nectere, dilationes et nova pacta aucupari: Cæsar fraudem, nec difficile erat, intelligens; naturaliter insitæ celeritati, qua sœpe parvo temporis in spatio multa et magna

72 Lege, *comitas*.—73 Forte, *ceu.*—74 Lege, *ut*, et dele sequens *ut*.—

75 Lege, *ignoscere*.—76 Lege, *prædas*.—77 Lege, *quem jam*.—78 Lege, *simulare*.—79 Lege, *occupationes*.

confecerat, <sup>80</sup> consilii calcar adjecit; et properans quæ in Ponto agenda essent expedire, quo maturius ad Italiam navigaret. Venit igitur improbus atque inexpectatus <sup>81</sup> Telam Ponti opidum: venit autem quasi fulmen veniens feriensque simul atque abiens; sic ut unum ab alio internosci nequeat. Rex subita re perculsus, cum in aciem venisset, magno proelio victus est. Tum compositis Ponti rebus, et rege ad ea quæ se facturum sponte promiserat vi coacto; e Ponto totaque Asia discessit. Et haec omnia raptim adeo gesta sunt, ut de hoc bello Cæsar ipse diceret tria hæc verba duntaxat: ‘Veni, vidi, vici’: quasi victoriam indicans non laborem. Alii dicunt dixisse eum: ‘Veni et ante hostem quam viderem vici.’ Et hæc quidem duo bella, Ægyptium et Ponticum, quanquam non cum civibus gesta, civilibus tamen bellis inserta sunt. Nunc ad vere, atque undique civile bellum redeat stylus.

Digressus Cæsar ex Asia, ardentissimi spiritus imperator, hyeme media et adversis tempestatibus absque ulla intermissione navigans, ad xiiii. Kalendas Januarii <sup>82</sup> Lilibrium attigit: et quamvis ut dixi Ronnam evocatus, et Romæ necessarius, omnia tamen posthabenda imminentि bello censuit: quoniam fama erat Pompejanas partes in Africa maximis incrementis assurgere: unius ducis in locum duo successerant, Cato et Scipio, et civili potentia in Africa coactæ, externæ quoque vires Jubæ regis <sup>83</sup> successerant, et ingentem undique, quasi de industria, [224] rerum molem fortuna collegerat, quo victoriam Cæsaris efficeret clariorem, et reges cum civibus miscerentur. Eo ergo cum venisset, tentoria fixit in littore, ita ut pene undis abluerentur, ne quis dubitaret, eum nihil aliud quam transitum cogitare, essentque sui omnes horis omnibus parati: et quamvis adversantibus undis ac fluctibus, remiges tamen in puppibus detinebat, ne more suo per licentiam vagarentur, sed dicto obaudientes, nec querendi usquam essent. Crescebat ergo indies fama hostilium copiarum: equitatus infinitus esse dicebatur, <sup>84</sup> et regionis quatuor, Scipionis autem, illi enim Cato cesserat, x. legiones, adhæc levis armaturæ vis immensa: classis non una, sed plurimæ ac diversæ: quibus nuntiis nihil Cæsar movebatur, sed ad occurrentum hostibus ingenti fiducia aspirabat: quod cum paucis tantum advenerat, non sine animi labore augmentum sui exercitus expectabat: qui diffusis

<sup>80</sup> Lege, *cōsilio*.—<sup>81</sup> Lege, *Zelam*.—<sup>82</sup> Forte, *Lilibrium*.—<sup>83</sup> Lege, *acces-*  
*scrant*.—<sup>84</sup> Forte, *regiae*.

bac illae edictis cottidie augebatur: neque illud inter prætereunda posuerim: Fama quidem et opinio vetus invaluerat, non illa quidem casu fortuito, sed magnis ex causis originem habens; <sup>85</sup>infictum in Africa Scipionum nomen, quod eo spectabat, ut vulgari errore victoriam Scipionis futuram vaticinarentur: id ubi Cæsar sensit: ‘Et mihi alter,’ inquit, ‘erit Scipio?’ protinus unum de gente Cornelii <sup>86</sup>abiniamicissimum hominem, qui propter morum contemptum vulgo Salvition dicebatur, habere in castris secum procurat, habuitque: postquam vero sex integras legiones, <sup>87</sup>nonque equitum advenisse cognovit, sufficere ratus has copias navibus imposuit. Et iis præmissis, ipse quoque quanquam sacris adversa <sup>88</sup>protenderentur, et litanti hostia diffugisset, quod diri ominis apud illos erat, contempsit alto animo, vel ob hoc ipsum victoria dignus, [225] licet suis hæc irreligiosa fiducia videretur: solvitque a littore Sieculo, digrediensque Prætori, qui tunc Siciliam obtinebat, quid fieri velit imperat, atque ita classem sequitur VI. Kalendas Januarii: ut appareat, non nisi pauculum tempus, idque hybernum, totamque dilationem non nisi dierum octo fuisse, quæ sibi anno longior non dubitem visa erat. Postquam in Africam ventum est, ut superstitionum opinionumque vulgarium, sic et <sup>89</sup>contemptator inanium apparuit: siquidem in descensu navis accidit, ut casu quodam ad terram <sup>90</sup>liberetur, et reliquis omnibus territis, ipse adversus auguria <sup>91</sup>tantummodo, sed adversus omne periculum imperterritus et invictus, omen vertit ad melius, renovans illud antiquum Scipionis Africani; et terram protensis ulnis amplexus; ‘Teneo te,’ inquit, ‘Africa.’ <sup>92</sup>Sane Adrumentum pervenisset, atque ibi castra haberet; etsi animi omnium solito etiam ardentes essent; indignantes quod post Pompejum et belli duces superessent: <sup>93</sup>Plautus tamen Cæsaris legatus, qui sui ducis infatigabilem mansuetudinem cognoscebat; seu pacis amore, seu belli odio inductus, Cæsarem adit, ‘Et vellesne’ inquit, ‘imperator, ut cum Considio qui nunc opidum hoc custodit <sup>94</sup>olim amicus mihi Romæ fuit, aliquid de pace agerem, si quis apud eum antequam cladium plus accidat, sanioribus consiliis locus esset.’ Non negante Cæsare captivum quandam cum litteris in opidum mittit; qui cum Considium convenisset, litterasque porri-

<sup>85</sup> Lege, *invictum*.—<sup>86</sup> Lege, *abjectissimum*.—<sup>87</sup> Forte, ac II. *milia*.—<sup>88</sup> Lege, *portenderentur*.—<sup>89</sup> Lege, *contemptor inanium*.—<sup>90</sup> Lege, *laberetur*.—<sup>91</sup> Forte, *non modo*.—<sup>92</sup> Lege, *Sane Adrumentum cum pervenisset*.—<sup>93</sup> Lege, *Plancus*.—<sup>94</sup> Adde, *et*.

geret: Considius literis <sup>95</sup> non acceptis interrogavit: 'Et unde,' ait, 'has mihi tu litteras?' Respondit nuntius; et fati sui nescius, 'a Cæsare' inquit: hic Considius exclamavit, 'atque unus est' inquit 'hoc tempore imperator Populi Romani Scipio: [226] quid mihi cum Cæsare?' et haec dicens captivum sub oculis jugulari imperat, litterasque ipsas signo integro intactas ad Scipionem mittit. Responso diem noctemque ne quicquam expectato, Cæsar quod et opidum natura atque arte prævalidum, et sibi eo loci non sat copiarum esset, castra movere jam coepérat: dum ecce et ex opido repentina eruptio facta est, et forte ita accidit ut eodem ipso temporis momento <sup>96</sup> equitus a rege Juba missus interveniret: itaque comitatis auxiliis, et relicta castra occupant, et abeuntium ultimos invadunt: sistit aeiem Cæsar, et pauci contra multos egregie præliantur: quo congressu aliquot Gallorum equitum qui Caesarem sequebantur, insignis et creditu difficilis virtus fuit: siquidem <sup>97</sup> xxx. vel eo minus duo milia Maurorum equitum campo pepulerunt, et in opidum compulerunt. Quid hic aliud dicam, nisi quod si sic omnes in patria sua pugnassent, Romanum jugum non tam facile subiissent: sed et hoc quibusdam insitum, ut quo longius a patria discedunt, eo propius ad virtutem bellicam accedere videantur. Quanquam vero eventu mirabili <sup>97</sup> hic viciissent, erat tamen in exercitu pavor ingens ac tristitia, quod nec copiae Cæsaris secum essent, et se paucos et plerosque tirones <sup>98</sup> de versutissimæ gentis insidias et multitudinem hostium infinitam quasi consulto ad necem duci arbitrabantur, omnis tamen et pavoris et mœroris consolatio, nonnisi in ipsius vultu ac sermone erat imperatoris: cui tantus vigor, tanta inerat alacritas, tanta <sup>99</sup> excelsa signa animi et invicti, ut ejus ductu atque consilio cuneta eis facilia viderentur. Procedenti nuntiatur <sup>100</sup> simulque conspicitur. Dum pars utraque substitisset, subito hostium multitudine circumfusa [227] ab omni parte pugnatum est. Interea Labienus implacabili animo, nec factis hostilibus contentus, nisi odiosa insuper verba jactaret, equo insidens adaperto capite ut a Cæsare etiam posset agnoscí, inter hortandum suos, milites ipsos Cæsaris compellaret, unum inter alios: 'Quid tu,' ajebat, 'o miles <sup>1</sup> tam feroculum te ostentas? an et hic sermonibus vos etiam <sup>2</sup> festinavit? vestræ misereor stultitiæ,

<sup>95</sup> Forte, cum.—<sup>96</sup> Lege, *equitatus*.—<sup>97</sup> Lege, *hi*.—<sup>98</sup> Forte, *contra*.—<sup>99</sup> Lege, *excelsi*.—<sup>100</sup> Videtur deesse, *insequi hostem*.—<sup>1</sup> Adde, *tiro*.—<sup>2</sup> *Fascinavit*, licet Hirtius de bello Africano dicat, *infatuavit*.

<sup>3</sup> qui verbis illaqueatos et credulos sic in mortem trahit.' Contra hæc miles: 'Non sum, Labiene,' inquit, 'tiro, qui facile verbis circumveniar, sed de legione decima veteranus.' Ad hæc Labienus, '<sup>4</sup>decem,' ait, 'annorum signa non video.' Ad hæc <sup>5</sup>milites: 'Expecta, confestim me nisi fallor agnosces,' et casside capiti dempta, piloque in Labienum magna vi contorto; 'Labiene,' inquit, 'an <sup>6</sup>decimus miles sum?' cumque his verbis equum pectore medio transfixit: mallem hercle equitem transfixisset. Hoc prælio omnes et præsertim tirones pavidi, et si sub alio duce militarent ad fugam potius quam ad pugnam proni, solum Cæsarem spectabant: in illo spes omnis ac fiducia, diu nil aliud agentes quam tela impetumque hostium sustinere, nec Cæsar ipse sine sollicitudine erat. Recollecto tandem animo, qui sibi inter difficultates et in adversitate crescebat; tota corporis atque <sup>7</sup>vi conversus in aciem hostium infertur: fecit quod solitus erat: vicit, adversamque aciem vertit in fugam. Ex iis qui hoc prælio capti erant transfugisque quamplurimis intellexit Cæsar, hostes tantum multitudini suæ fidere, eaque spe tamquam <sup>8</sup>improba esse jactantia: tam præterea contemptim de ipso sentire, ut nihil nisi de circumveniendo et capiendo Cæsare cogitarent: [228] hoc quidem <sup>9</sup>regem Jubam in concione dixisse, 'tantum se bellatorum multitudinem adversariis <sup>10</sup>abjecturum, ut <sup>11</sup>se, si nulla offensione uterentur sui, Cæsariani occidendo eos fatigandi essent atque vincendi:' novum genus victoriae, et stulta <sup>12</sup>regis cogitatio. 'Habere tamen se gentes et sibi fidas et bellis exercitatas: habere auxilia Germanorum et Gallorum: habere elephantes cxx. equitatum innumerablem, peditum et levis armaturæ vim immensam, sagittarios, fundatores, et quæ sunt id genus. Cæsarem vero pene incommittatum: legiones veteranorum, quas de Italia expectaret, discordare nec venturas esse.' Sic ex omni parte victoriam promptam fore, et multa de hac re vana jactare, et <sup>13</sup>qui stulti homines sibi fingere consuevere. Post nonnullos etiam dies affuit experiendi facultas et his omnibus copiis apertissimos in campos <sup>14</sup>explicitos dimicatum est, ab hora diei quinta usque ad occasum solis: vicitque ille incomitatus Cæsar ut solebat, et illæ diversis ex gentibus con-

<sup>3</sup> Lege, quos.—<sup>4</sup> Lege, *decumanorum*, ait.—<sup>5</sup> Lege, *miles*.—<sup>6</sup> Forte, *decumanus*.—<sup>7</sup> Animi videtur addendum.—<sup>8</sup> Forte, tamque.—<sup>9</sup> *Labienum*: sic Hirtius, et verum: nam rex Juba nondum aderat.—<sup>10</sup> Lege, *objecturum*.—<sup>11</sup> Dele sc.—<sup>12</sup> Forte, *Labiensi*.—<sup>13</sup> Lege, quæ.—<sup>14</sup> Lege, *explicitis*.

fertissimæ acies effugere. Sub idem tempus seu tempestatibus adversis, seu metu classium hostilium, cum e Sicilia commeatus ac Sardinia tardarent, tanta in castris Cæsaris fuit inopia, ut equites, qui diu agendo omnia et patiendo extremis necessitatibus extrema remedia ahibere didicissent, algas littoreas dulcibus aquis <sup>15</sup> ablutis jumentis apponenter, eoque cibo deficiencia sustentarent. Erat et vulgaris opinio non Cæsarem in Africam venisse, sed unum aliquem ex legatis suis cum parte copiarum transmisisse: ad quam tollendam litteras nuntiosque per omnes provinciae civitates misit, adventumque suum omnibus notum fecit. Quo audito statim multi viri nobiles suis ex urbibus profugi in castra Cæsaris venere, sibique de hostium sævitia atque intoleranda superbia questi sunt: [229] quorum querimoniis ac fletibus motus Cæsar, quod facere per seipsum in animo habebat, magis ac magis accelerare dispositus: litterasque confestim in Siciliam misit ad Allienum cæterosque qui ibi pro partibus suis erant, ut excusatione qualibet rejecta ad se omnes copias trajiccerent. Africam enim, si auxilium differatur, irreparabiliter vastari, ut nullus postea remedio locus esset. Ipse autem in hanc unam rem pronus adeo totus erat atque intentus, ut pene transformatus in virum alterum, dies noctesque maria prospectaret, quin et die proximo ex quo litteras miserat, morari classem atque exercitum quereretur. Sic ejus animum pungebant populorum ac nobilium injuriæ et homicidia, et opidorum eversiones, et villarum incendia et rapinae, quæ per totam provinciam suorum hostium avaritia et crudelitate servebant: quorum malis profundissime tangebatur, et miseris opem ferre, atque illis indemnitatem non minus quam suam victoriam exoptabat. Ipse se interim castris validissimis continebat: non quod de victoria dubitaret, sed post res gestas et totiens fusos hostes, de reliquiis belli cruentam victoriam adipisci dedecorum sibi, seque prorsus indignum judicabat, neque interim ullum diem intermittebat, quo non vel per alios absens, vel sub oculis suis exercitum, et præcipue tirones militaribus <sup>16</sup> institutiones imburet: in qua arte nulli hominum secundus fuit: fingebat sese pavidum; præterea et <sup>17</sup> pavore sapientiam amplecti, quasi suis viribus diffidentem: et hostes de hac diffidentia exultantes aequo animo tolerabat, donec mutandi consilium tempus esset,

<sup>15</sup> Lege, *ablutas*.—<sup>16</sup> Lege, *institutionibus imbucret*.—<sup>17</sup> Forte, *pavorem sapienti, vel sapienter*.

usque adeo ut Scipio, qui aliquamdiu paratus ad proelium fuerat, Cæsarem spernens, exercitum in castra reduceret, et pro concione dissidentiam ac desperationem Cæsaris prædicaret, [230] victoriaramque certissimam quasi illam in manibus haberet proximamque polliceretur. Getuli interim Scipionis stipendia deserentes, alii in regnum suum, alii in Cæsaris castra perveniunt, eo maxime prætextu, quod et ipsi et parentes eorum <sup>18</sup> Sex. Marii beneficiis obstricti essent, cuius affinem Cæsarem opinarentur: id, quamvis sub eo aliquoties militasset, tam procul vero tamen aberat, ut cum Cæsar nobilissimus Romanorum esset, Marius rusticanae et ne Romanae quidem fuisse originis: ipse tamen ex his electos viros in Getuliam mittit, ut <sup>19</sup> totiens gentis animos sibi <sup>20</sup> consiliaret. Interim quoque et Crispus Sallustius prætor convehendis commeatus cum classe directus a Cæsare, ingentem frumenti vinique copiam transmisit: et Allienus proconsul, ut diximus, evocatus a Cæsare, duabus legionibus et DCCC. equitibus Gallis et levis armaturæ <sup>21</sup> x. in naves impositis, classem solvit a Lilibæo: cumque his copiis et altero commeatu navigatione usus prospera quarto die in portum ad Ruspinam, ubi Cæsar expectans castra habebat, applicuit: legionum simul et commeatum gemina cura liberatus Cæsar, ac gemino gaudio perfusus, jubet eos quiete alterna maritimum expugnare fastidium, seque gerendis rebus <sup>22</sup> corporalibus atque animis præparare. Creverat autem indies Scipionis ac suorum admiratio super dilatione Cæsarea, quod ita lacessere solitus lentesceret, ut lacesseretur expectans: jamque superior ille contemptus in <sup>23</sup> solitudinem et in metum verterat: itaque Getulos duos ex iis qui secum erant, quosque fidissimos extimabat, multis promissis oneratos in castra Cæsaris ire et explorare quid illuc geratur imperat: [231] hi comprehensi et ad Cæsarem perducti, petierunt ut de se loqui sine discriminè sinerentur: permissa licentia hæc locuti sunt. ‘Sæpe quidem imperator Getuli, non nos soli, sed alii plures qui adversis in castris militamus, clientes Sex. Marii, fere omnes cives Romani, ad te transire decrevimus, sed custodiis præpediti nequivimus: nunc ad tua castra explorandi gratia venire jussi paruimus, non libenter modo, sed ardenter: eo enim mittebamur quo jam dudum ire cupiebamus.’ Cæsar et laude illos et stipendio

<sup>18</sup> C. Marii: tamen etiam paulo infra dicit, Sex. Marii.—<sup>19</sup> Lege, *totius*.—<sup>20</sup> Forte, *conciliaret*.—<sup>21</sup> Lege, *mille*.—<sup>22</sup> Lege, *corporibus*.—<sup>23</sup> Lege, *soliditudinem*.

prosecutus est: corum verbis <sup>24</sup>exit finem fecit: die insequenti multi ejusdem gentis a Scipione ad Cæsarem transfugerunt. Incidit in hos dies evidentissimum militaris erga Cæsarem fidei argumentum, quod ne silentio obruatur, <sup>25</sup>imperat: e classe scilicet Allieni, de qua supra diximus, dum e Sicilia in Africam trajiceret, navis una, cum a reliquarum tramite deerrasset, ad Ægimurum insulam delata, in manus hostium venit: in qua et veterani et tirones et <sup>26</sup>centurio unus erat, qui sub fida custodia, sed sine injuria ad Scipionem cum perducti essent, ille eos verbis sic aggreditur: ‘*Scio ego vos non vestra voluntate seu consilio, sed illius vestri requissimi ducis imperio atque instinctu contra rempublicam conjurasse: nunc quoniam vos casus optabilis nostri fecit arbitrii; si quod ultiro facere deberetis, orati facitis, ut dimissis sceleratis atque rebellibus, cives bonos et rempublicam defendatis, et salva vobis vita erit et parata pecunia.* Dicite ergo quid vobis est animi:’ et hæc dicens minime dubitabat, illos sibi pro tanta oblatione gratias esse acturos. At centurio ille, vir immobilis fidei, dignusque qui pro Deo ficeret, quod pro homine faciebat: ‘*Ego,’ inquit, ‘o Scipio, neque enim te imperatorem voco, cum unus mihi sit imperator Cæsar: ego,’ inquit, ‘pro tanto beneficio tibi gratias ago, qui mihi et pecuniam offeras, quam dare nullo jure tenearis, et vitam quam belli jure possis eripere: [232] et fortassis hoc beneficio tuo <sup>27</sup>utere in flagitium illi ingens et munere ipso majus esset admixtum: quomodo enim ego contra imperatorem meum Cæsarem a quo bellicis honoribus honestatus sum; contraque illum exercitum, pro cuius victoria et gloria xxxvi. annos et eo amplius decertavi, arma portarem? istud ego nunquam faciam, neque tu si me velles audire istud faceres, et valde te hortor ut desinas <sup>28</sup>et incepto inutili pedem retrahas. Nam si nescis contra quem ducem, contra quem exerceitum pugnes, experiri jam nunc potes: sume de tuis omnibus cohortem unam quamcumque judicas firmiorem: ego de conimilitonibus meis nunc captivis tuis x. solos eligam: jube nos configere, tuque imparis prælia spectator ex eventu judica, quid tibi de copiis tuis omnibus, deque bellii exitu sit <sup>29</sup>superandum.’ Hæc cum centurio, aliter ac sperabat <sup>30</sup>constantι vultu atque animo clara voce dixisset: iratus et contrastatus Scipio, suis centurionibus signum*

<sup>24</sup> Forte, *exitus fidem*.—<sup>25</sup> Lege, *imperat*.—<sup>26</sup> Lege, *centurio*.—<sup>27</sup> Forte, *inter, ni*.—<sup>28</sup> Lege, *ab incepto*.—<sup>29</sup> Lege, *sperandum*.—<sup>30</sup> Adde, *Scipio*.

dedit ut in illum irruerent : quo occiso, reliquos veteranos a tironibus segregatos, et suppliciis multis affectos jussit interfici, infando scelere maculatos, et sanguine civium <sup>31</sup>impignatos vocans : tironibus velut innocentibus vitam linquit, eosque suis legionibus jussit aseribi. Turbatus hac de re Cæsar, cum in præsens aliud non posset, in eos qui cum navibus longis ad maris custodiam deputati erant, iram effudit : eosque gravi notatos infamia exautoravit, quod eorum segnitie navis illa cum militibus suis in potestatem hostium venisse videbatur. His diebus portentum admirabile in castris Cæsaris accidit. Nocturno tempore nimbus lapideo imbre diffusus est, simulque legionis unius telorum summitates a nemine immisso ignis concremavit. Juba rex, qui dudum optaverat in partem belli venire, et copias suas cum Scipione conjungere, [233] sed bellis propriis regnique laboribus revocatus, cœptis abstiterat : venit tandem cum ingenti hominum multitudine : verum non in numero sed in virtute militum Victoria et belli gloria sita est : diu expectatus igitur <sup>32</sup>cum fuit adventus, magna cum spe atque opinione Romanorum : mox ut venit, cum stupori fuerat, cœpit esse contemptui : fecitque <sup>33</sup>potentia quod solita est, auctoritatem et famam regis imminuit. Cæsar vero, ubi, coactis unum in locum omnibus hostium<sup>34</sup> intellexit nullam bello amplius moram fore, omnium ope se ad bellum parat : contigitque ut Cæsare cum legionibus progresso, Juba et Scipio simul et Labienus summa vi equitatum ejus invaderent : quod ille sentiens ex itinere versis retro copiis, jam terga vertentibus opem tulit : qua firmati restiterunt, et Numidas insequentes <sup>35</sup>militato statu proelio fuderunt, multisque eorum cæsis in castra confugere coegerunt. Et nisi nox superveniens pulvisque vento valido impulsus pugnantibus obstitisset, parum abfuit quin Juba cum Labieno, oppresso omni <sup>36</sup>rerum equitatu, et consumpta tota levi armatura, in Cæsaris manus <sup>37</sup>inciderunt. Multi tamen indies de exercitu hostium ad Cæsaris castra transibant. Sicut autem hac via ejus exercitus augebatur, sic altera minuebatur : quamvis multos et nominatos seu seditiosos, seu rapaces, seu invidos, seu aliter inutiles bello viros, notatos infamia a se suoque exercitu abdicavit ; atque abire confessim jussit ex Africa, centurionibus tradita, qui eos nonnisi cum singulis servis separatim in navibus

<sup>31</sup> Lege, *impinguatos*.—<sup>32</sup> Forte, *ejus*.—<sup>33</sup> Lege, *præsentia*.—<sup>34</sup> Adde, *copiis*.—<sup>35</sup> Lege, *mutato statu prælii*.—<sup>36</sup> Forte, *corum*.—<sup>37</sup> Lege, *incidenterent*.

asportandos imponerent. Dum hæc in Romanorum exercitibus fierent, Getuli in suam patriam missi fama Cæsaris cuncta compleverant, suisque persuaserant rebellare, usque adeo ut armis arreptis, contra regem absentem agere præsumerent : [234] quod ille audiens necesse habuit partem suorum auxiliorum, quam in Cæsarem comparaverat, pro regni defensione remittere.

Obsidebat Cæsar interea <sup>38</sup> Ut zittam Africo urbem, quæ regio Getulico præsidio tenebatur : et quantum intelligi datur, Scipionis ac regiis castris juncta erat ; eamque et aggeribus et machinis et balistis astrinxerat : in ea obsidione cœperant intrinseci ut fit cum extrinsecis colloqui, idque Cæsari non molestum erat, cogitanti quid boni ei colloquio inesse posset : nempe regii equitatus nobiliores filii eorum, qui veteribus Marii beneficiis obstricti fuerant, eoque et nomen et memoriam viri illius amantes, noctu prima face, mille, vel circiter cum equis et servis in Cæsaris castra mœnibus vicina transfugere : quo tam insigni transitu nec immerito perturbatus Scipio et qui secum erant, cœperant observare ne id fieret : <sup>39</sup> Dum interea M. Aquiniū cum C. Saserna colloquenter adverterunt : misitque ad eum Scipio, non expedire eo tempore cum hostibus colloqui : ille nuntium parvi pendens, contumaciter respondit : ‘Et stabo,’ inquit, ‘adhuc donec expleam quod incepi.’ Tum rex motus, viatorem suum misit, qui audiente collocutore ei diceret : ‘Rex colloquium istud damnat ac prohibet’ : hoc auditio paruit atque abscessit. Miratur hujus scriptor historiæ, unde hæc civi Romano; ei præsertim qui honores a populo percepisset adhuc stante republica, Jubæ regi barbaro potius quam imperatori Romani exercitus paruisse : mirum non inficior. Sed haud dubie valde indies, quantum mihi appetat, Scipio etiam inter suos vilescebat, quod ita esse, sequens quoque actus indicio est. Nempe Juba non in Aquiniū modo exiguum senatorem justum imperium confidenter exercuit, sed injustum atque arrogans in ipsum etiam Scipionem, non dicam imperatorem eo tempore, sed præter imperium, [235] honoribus gestis et vetustissimæ familie splendore venerabilem : qui cum ante regis adventum veste purpurea uteretur, dixit ei Juba, vel dici fecit, non decere illum eadem secum vesti uti : et paruit ignavissimo homini, licet regi miser ille, et majoribus suis dissimilibus : qui si ibi essent, Jubam, vere hoc mihi video dictu-

rus, hand quamquam pari amicitia dignarentur. Stulta res prorsus et inepta cum Cæsare illum velle contendere, qui pareret Jubæ. Jam fortuna reliquias Pompejanarum partium campis explicuerat, ut eas ultima falee demeteret. Hoc tempore multi fuere insultus Labieni et Afranii non sine periculo: multa Cæsar's vigilancia, jugisque sollicitudo in docendo<sup>40</sup> minutissima quoque militiæ, et milites etiam veteranos, et rebus maximis comprobatos, non quasi imperator, sed quasi magister ludi armorum, quorum magister vere omnium summus fuit. Sollicitabat enim ejus animum suorum atque hostium conditio: timebant enim equites pugnam<sup>41</sup> prope equorum jacturam, quos hostes sagittis occidebant: et pedites more Romano armati, et armorum mole prægravati, levis armaturæ hostium velocitate fatigabantur; timebantur etiam elephantes tam a peditibus, ne proculearentur, quam ab equitibus, quod eorum stridorem atque odorem insolitum equi horrebat: sed huic parti remedium adhibuerat adducendo elephantes in castra, et aliquos in Italiam mittendo ad eruditionem novorum exercituum, ut et pedites discerent ubinam armati etiam vulnerari possent, et equi<sup>42</sup> honorificæ beluae assuescerent, et horrere desinerent: atque ita effectum est, ut formidabile animal manibus pertractatum interque equos versatum, prospecta sua tarditate vilesceret. Illud quoque providentissimi ducis augebat curam, [236] quod insidiosissimo cum rege rem gerebat, assuetus dimicare cum Gallis, apertis hominibus, et insidiarum nesciis, non fraudibus sed virtute bellantibus: timebat ne militum suorum, quorum virtuti satis fidebat, circumspectio contra insolitum genus hostis non sufficeret: ideoque cottidie<sup>43</sup> per experientiam circumducebat, ut discerent hostium mores nosse, quam diversi essent ab antiquis hostibus: discerent semper intentis animis esse, omnia circumspicere et cavere. Has inter ducis curas atque exercitia jam supremæ pugnæ tempus appropinquabat: et primo quidem Cæsar exercitum diligenter instructum secus hostium castra deduxit, et æquo in loco ordinatis aciebus, illos ad prælium invitabat,<sup>44</sup> expectabat ad eos usque ad vesperam: ubi illos videt pertinaciter recusare, sub noctem in castra revertitur. Discedens autem, insectante<sup>45</sup> cum Labieno, fugato tamen, nec insequi desidente, improbo quidem transfuga et malo: hostes jam inde digressos,

<sup>40</sup> Forte, minutissima quoque militiæ.—<sup>41</sup> Lege, propter.—<sup>42</sup> Lege, horrificæ.—<sup>43</sup> Adde, eos.—<sup>44</sup> Lege, expectabatque eos.—<sup>45</sup> Forte, cum.

et fatis prementibus ad Tapson castra habentes invenit ad pugnam dispositos, et aciem instruentes: instruit et ipse suam aciem confestim, omni arte qua per summum ducem instrui acies ulla potest: quin etiam ex equo descendens, inter ipsos pedites pedibus ambulabat atque omnes et singulos verbis pro tempore brevibus sed efficacissimis hortabatur. ‘Oro vos,’ ajebat, ‘veteranorum virtutem æmulamini, et eorum famam tot partam victoriis possidere utimini: haec victoria gloriosos vos faciet ac famosos.’ Haec et similia loquens exercitum ambiendo, et semper oculos habens ad castra hostium, advertit illos trepidare, et more paventium nunc egredi utrumque sine ordine: hoc ipse primus, post alii atque alii perpenderunt. Itaque legati evocatique, qui in castris erant, [237] Cæsarem adeunt: Et, ‘da,’ inquiunt, ‘imperator pugnæ signum, ne dubita, vincimus haud dubie si pugnamus.’ Resistente Cæsare inflammatis desideriis militum, atque aciem sustentante, ac fremente, et subinde exclamante non sibi placere eruptione pugnari: factus enim erat jam ad bella cunctacior, et aliquid de illa sua naturali celeritate remiserat: non quod providentia plus haberet: veritus credo, ne quando illum sua illa fortuna tot et tantis victoriis fatigata desereret. Dum sic ergo impetum frænat ac comprimit, repente, quod nullo unquam prælio auditum erat, cornu ab altero imperatoris injussu classicum insonuit: quo universus exercitus arrectus, signa in adversos ferre cœperat, centurionibus lingua et manu nequidquam renitentibus: sensit Cæsar pugnæ horam advenisse, et accensos in pugnam verbis coërcere frustra esse: et ipse igitur fræna laxavit, datoque signo felicitatis, equoque calcaribus adacto, primus in hostium <sup>48</sup>princeps invehitur. Impetus a dextro cornu in elephantes a sagittariis et funditoribus factus, beluas inexpertas, et tantum a silva venientes, avertit retro in suos: secuta est fuga equitum Maurorum: eodemque impetu occupatum vallum Scipionis per Cæsareanos, custodibus interfectis aut fugatis: et jam copiis ejus per campos effusis ac dejectis fugamque petentibus, Cæsareæ legiones insecuræ nihil laxamenti, nullumque respirandi spatiū <sup>49</sup>Illi alia castra petentes, ut ibi se reparatis animis tuerentur, <sup>50</sup>nisi nullum illie vel ducem vel præsidium viderunt. Jam defensionis spe amissa, arma magna ex parte projiciunt, ut expe-

<sup>46</sup> Lege, *nitimini*.—<sup>47</sup> Supple ex Hirtio: *nunc se recipere*.—<sup>48</sup> Lege, *principes*.—<sup>49</sup> Adde, *illis dederunt*.—<sup>50</sup> Videtur delendum *nisi*.

ditores ad castra regis evaderent: quo cum venissent, ea quoque, fugato rege, a Cæsarianis capta conspiciunt: tum deposita spe salutis, quendam in locum editum se recipiunt, [238] atque inde salutationem militarem <sup>51</sup> armorum supererant motu, faciunt, quod pertinenda misericordiae signum erat: sed nihil eis profuit, militibus veteranis ira et dolore inflammatis, et in eadem obstinati ac rabidis, non modo persuaderi ut hostibus parecerent non potuit, sed aliquot etiam illustres viros de numero suorum; quod pro <sup>52</sup> miseris intercedere ausi fuerant, frænantes impetum, et in cives minime <sup>53</sup> admonentes, quam virtutem duci suo norant esse gratissimam, inflictis vulneribus occiderunt: in quibus fuit Rufus Quæstorius, qui a milite jaculo trajectus interiit; nec non et Pompejus Rufus brachium gladio percussus eceidebatur, nisi ad Cæsarem confusisset: tantus tamque indomitus militum ardor erat, tanta ex memoria gestarum rerum confidentia ac peccandi licentia, tanta ex odio resistentium crux sitis, ut multi exemplo territi, senatores et Romani equites campis excederent, ne in simile <sup>54</sup> discrimine incidenterent. Quin et ipse Cæsar pro miseris intercessit, agensque non pro imperio sed amicis precibus ne perirent, nihil obtinuit: ad unum inexpiabili odio cæsi omnes: hic bellorum civilium fructus erat: hinc crudelitas, illie mors. Non est visa scriptoribus antiquis, nec mihi etiam videtur silentio prætereunda inter hos motus veterani virtus militis quintæ legionis: nam dum pugnaretur et levo in cornu elephas vulneratus, et dolore vulneris irritatus, forte inerinem in lixam irruisset; et substratum pedibus ac mole corporis oppressum et magnis stridoribus territum conficeret: horrendo spectaculo ad misericordiam motus, stricto gladio occurrit latus opem, seram licet; jam enim ille miser <sup>55</sup> exprimaverat. Cum vero elephas sese ferro peti vidi, [239] omissio cadavere versus in militem, proboscide circumventum in altum extulit: sensit miles ubi esset, et sibi aut viriliter agendum aut viriliter moriendum esse cognovit, gladio ergo quem in manibus habebat proboscidem beluae vinculumque suum crebris repetitis ictibus perforat: quo victus elephas cruciatu, spuit ad terram militem incolumem, et solito cum stridore ad compares beluas cursu rapido se convertit. Tantum valet in periculo præsente interitum animum habere. Cæsar tria castra hostium adeptus, Scipionis, Jubæ et Labieni, cæsis

<sup>51</sup> Lege, *armorum, quæ supererant, motu.*—<sup>52</sup> Lege, *miseris.*—<sup>53</sup> Aliquid deest, forte *sævitudinem.*—<sup>54</sup> Lege, *discrimen.*—<sup>55</sup> Forte, *expiraverat.*

x.<sup>56</sup>hostium, fusis aliis ac fugatis: l. suis tantum deperditis, aliquot autem vulneratis, in castra regreditur: l<sup>i</sup>v. elephantibus captis, armatis more solito, et turribus instructis: quos eodem quo capti erant ornatu ante opidum Tapson abduci jussit: hæc videns si forte Vergilius loci custos, et qui secum erant, exemplo suorum moti, insita obstinatione desistere et ad se transire vellent: cum nihil hac ostentatione proficeret, Vergilium nominatim evocari fecit eumque blando sermone et suæ commemoratione clementiæ ad transitum cohortatus est: cum ille silentio se teneret, quod prævalitus locus erat, paulisper ab opido secessit: postero autem die sacrificio Deis facto, dignus vir qui uni et vero Deo sacrificium ficeret, et pro eo pugnaret, convocato exercitu, spectantibus opidanis, milites pro concione collaudat, et viros egregios pro qualitate meritorum donis ornat ingentibus: confestimque discedens, Reblum proconsulem cum aliquot cohortibus ad Tapsum, ubi ut diximus Vergilius præerat: Gn.<sup>57</sup> Dommicum cum aliquot aliis ad Tisdram, ubi Considius erat, obsidemus linquit. M. Messallam cum equitatu Uticam præmittit: ipse cum exercitu<sup>58</sup> primum subsequitur. [240] Milites interea Scipionis, qui pugna evaserant, fugientes Uticam versus, cum Pardam pervenissent, quo prius Cæsareæ victoriae fama pervenerat; cumque<sup>59</sup> urbis incolis exclusi mœnibus opidi, illud viribus expugnassent, nondum propter adversitatem ferocitatis obliiti, ingenti lignorum strue foro medio erecta, aggestisque rebus omnibus incolarum, quæ asportari non possent,<sup>60</sup> superimpositis, una cum hominibus opidi, nullo discriminè ætatis aut sexus, omnes atque omnia crudeli incendio combusserunt, et quasi insigni facinore perpetrato Uticam proficiscuntur: illam urbem M. Cato tunc regebat, qui propriis viribus diffusus, inermem plebem muris expulerat, et extra portam vallo fossaque et custodibus adhibitis circumcluserat: senatum vero urbis in custodia inclusum<sup>61</sup> detine: equites Scipionis supervenientes a Catone exclusi, Uticenses invasere, quod eos pro Cæsare<sup>62</sup> censisse cognoverant: quorum<sup>63</sup> exercitio non præda, sed sola ultio quærebatur: illi quibus audita Victoria Cæsaris animos fecerat, se saxis ac fustibus egregie<sup>64</sup> defendenter. Inde ergo repulsi equites, Uticam sunt ingressi, multosque Uticen-

<sup>56</sup> Adde, milibus.—<sup>57</sup> Lege, Domitium.—<sup>58</sup> Forte, quamprimum, licet sensus requireret, ut legeretur, eodem, ut apud Hirtium.—<sup>59</sup> Forte, ab urbis incolis.—<sup>60</sup> Adde, ac.—<sup>61</sup> Lege, detinbat.—<sup>62</sup> Lege, sensisse.—<sup>63</sup> Forte, exitio, vel excidio.—<sup>64</sup> Lege, defenderunt.

sium occiderunt; expugnatis atque direptis occisorum domibus abire decreverant, quibus Cato multis verbis persuadere nitebatur, ut rapinis ac cædibus finem facientes secum remanerent, epidumque defendenter: neque hoc persuadere ullo valens ingenio, et intentio-  
nem eorum intelligens, quæ erat prædæ intendere non virtuti: mira,  
præsertim in hominibus victis, intentio; ut eorum <sup>65</sup> oportunam avar-  
itiam aliqua ex parte compesceret, centena <sup>66</sup> sexterna dispersit in  
singulos. Idem de sua pecunia fecit et Faustus Silla: [241] et quo-  
niam sic retineri <sup>67</sup> poterant, hic cum eis Jubæ in regnum iter arripuit:  
venerunt post hos alii atque alii in prælio fugientes, quos omnes ad  
tutelam urbis hortatus, cum paucis consilium placere, et majorem  
partem fugæ studio deditam videret <sup>68</sup> sed naves eis ad fugiendum  
quocumque libuisse præbuit. Tandem vero rebus omnibus quan-  
to quivit accuratius dispositis, liberisque <sup>69</sup> qui tunc ei quæstor erat  
per fidem amicitie commendatis, nulla cuiquam ne levi quidem hor-  
rendi propositi suspicione data, vultu et sermone solito et tranquillo  
cubitum ivit, secumque in cubiculum et Platonis librū immor-  
talitatem animæ continentem simul et gladium clam invexit:  
alterum quo mori vellet; alterum quo posset: lecto igitur ad  
lucernam libro quoad sibi lectione firmitatem animi assumpsisse  
visus est, paululum subticuit, <sup>70</sup> cum gladio, quem ad illum diem ut  
ajunt incorruptum ab omni cæde servaverat, in seipsum stricto,  
pectus illud, quod constantiae templum aliquod habebatur, gemino  
vulnere confixit: aliquo forsan indicio experrecti medici atque  
amici ad thalamum introgressi, remedia adhibere vulneribus nisi <sup>71</sup>  
quod ille æquo tulit animo, ut se ab illorum vexatione liberaret.  
His digressis, et ferro, ut auguror, ablato, surrexit ille iterum, et  
revelatis rescissisque vulneribus, ingenti copia sanguinis insecura  
generosum spiritum manu extrusit: quam mortem Seneca miris  
modis laudat, in eandem ipse quoque sententiam pronus. Cicero  
autem excusat. Augustinus rectius et vituperat et accusat: et  
mili prorsus sic <sup>72</sup> videtur. Cato magni semper et constantis, sed  
<sup>73</sup> in finem, [242] si de tanto viro loqui ausim, inconsulti præcipi-  
tisque, et ut vere dicam vani animi fuisse: nam ut ait quidam

—65 Lege, importunam.—66 Lege, sextertia. Fuerunt centum sestertii, non  
sestertia.—67 Adde, non.—68 Deest, amplius horturi destitit, aut quid simile.  
—69 Adde, suis L. Cæsari.—70 Lege, tum.—71 Adde, sunt.—72 Sic delen-  
dum, et distinctio: relegendum, Miki prorsus videtur Cato, &c.—73 Lege,  
in fine.

scriptor egregius, Cato videtur causam quæsivisse moriendi, non tam ut Cæsarem fugeret, quam ut Stoicorum decretis obtemperaret, quos sectabatur, snumque nomen grandi aliquo facinore clarificaret. An quid mali <sup>74</sup>potuerit accidere si viveret non invenio. Gajus enim Cæsar ut erat clemens, nihil aliud efficere volebat, etiam <sup>75</sup>et ipsi belli civilis ardore, quam ut bene mereri de republica videatur, duobus optimis civibus Cicerone et Catone servatis: hæc ille. Et certe horum alteri clementissimus Cæsar fuit, alteri clemens esse non potuit, quia cum non invenit. Constat autem quod auditio hoc casu: ‘Cato,’ inquit, ‘invidit gloriæ meæ: et Ego,’ inquit, ‘suæ invideo.’ Uticenses autem, etsi eum studio partium odissent, propter integritatem tamen et dissimilitudinem cæterorum ducum, et quod urbem eorum operibus publicis adornaverat, miserrati exitum viri sepulchrum <sup>76</sup>illum statuerunt. Catone rebus humanis exempto, L. Cæsar ex hoc malo bonum aliud decerpere cogitans, populum ad concionem vocat: hortatur ut contentione deposita portæ Romano pandantur imperatori: se de illius clemencia plurimum confidere ac sperare. Non fuit <sup>77</sup>longus opus tractatu: ad idipsum proui erant animi: portis apertis Cæsari obviam <sup>78</sup>pergit. Interim Messalla, cui hoc injunctum fuisse praediximus, Uticam venit et pacifice susceptus, omnes portas custodibus occupat. Interea Cæsar Tapso digressus Uticam petebat, <sup>79</sup>que medio urbes itinere obvias sine prælio occupat <sup>80</sup>Ut zutam Hadromentum, magnamque in eis vim frumenti atque armorum. Uticæ propinquanti L. Cæsar occurrit, raptimque ad genua provolutus, [243] nil aliud petuit quam vitam: hanc sibi Cæsar et Catonis filiis qui secum erant aliisque comitibus clementissime concessit: et jam luce ambigua Uticam venit, atque extra opidum noctem egit: mane portas ingressus, convocatis civibus de præterito gratias egit ad perseverantium <sup>81</sup>coartatus. Erant Uticæ ccc. viri ditissimi, magna pars Romani negotiatores, qui pecuniis suis enixe admodum bellum juverant, et faverant Scipioni: hos Cæsar oderat vehementer nec immerito, animose enim se adversus eum gesserant: sed ejus odium semper citra sævitiam sistebat: hos extrema igitur supplicia metuentes cum ad se adducti essent, acerbinis verbis increpuit, deque eorum flagitiis longum texuit sermonem: cumque ab omnibus <sup>82</sup>superaretur ut orationem tam infestam

<sup>74</sup> Adde, illi.—<sup>75</sup> Forte, *in ipso*.—<sup>76</sup> Forte, *illi*.—<sup>77</sup> Lege, *longo*.—<sup>78</sup> Lege, *pergitur*.—<sup>79</sup> Lege, *atque medio itinere*.—<sup>80</sup> Lege, *Uzilam, Adrumetum*.—<sup>81</sup> Lege, *cohortatus*.—<sup>82</sup> Lege, *expectaretur, aut speraretur*.

mortis sententia sequeretur, et ipsi metu vicinæ mortis attoniti post tot verborum tonitrua, jam pro meritis fulmen ultimum expectarent: conclusit longe ab opinione cunctorum: ‘Et ite,’ ait, ‘de vita securi: hanc solam vobis dono: bona vestra quæ Uticæ habetis, vendi jubeo: vobis ipsis tamen primum redimendi locum tribuo, ut pro pretio quod rebus constitutum fuerit, emptores omnes alii vobis cedant:’ insperato gaudio concussi, et vix sui compotes: ‘Imo vero,’ inquiunt, ‘non est hæc sufficiens stultitiae nostræ pæna: aliquid amplius multæ nomine simul nobis omnibus impone.’ Migratus est Cæsar. ‘Et impono,’ inquit, ‘vobis<sup>83</sup> d. m. sexteriorum sex solutionibus intra triennium persolvenda. Hodie,’ inquiunt, ‘nos<sup>84</sup> damnatos intelligimus ut simul omnia persolvamus; proque tam miti castigatione, concessaque præter spem vita, tibi imperator invictissime gratias agimus.’ Dum hæc ad Uticam Cæsar agit, Juba rex, [244] modo tam superbus, diurnis latebris nocturna fuga deviis sylvosisque tramitibus, suum olim ad regnum, regnique caput Zamam opidum pervenerat, ubi larem præcipuum, uxoresque et filios et thesaurum habebat, palatumque ibi sumptuosissimum erexerat: ibi vero homo vanissimus, qui magna principia præcipitanter amplexaretur, neque exitus metiretur, in ipso belli principio adversus Cæsarem temerarie suscepti, ingentem lignorum pyram media urbe congesserat, ut si bello succubuisset, omnes illic cives ferro cæsos imponeret, atque ita submissis ignibus et accensa pyra, se et filios, omniemque thesaurum superjaceret, ut sic omnia cremarentur, neque de fortunis suis ad Cæsarem<sup>85</sup> aliud perveniret: id sibi consilium fortasse magnificum videbatur. At Zamenisibus, et præsertim Cæsarem amantibus, merito non placebat, eaque res civibus illum suis odiosissimum efficerat: neque enim unius hominis desperatio, uni magno populo excidium publicum afferre debuerat: nee illa quidem sola iniqui consilii causa erat, sed invidia: qua impulsus rex immanis, non victores modo consuetis belli præmiis; sed suos vita spoliare decreverat, quasi eos post se vivere judicaret indignos: quod non dicam de subditis liberis,<sup>86</sup> tamen hominibus; sed de servis etiam inhumanum prorsus iudicium ac superbum esset. Hac ergo de causa jure optimo suis om-

<sup>83</sup> *Bis milles sestertiorum* est in Hirtio.—<sup>84</sup> In Hirtio recte legitur *denuo micos*: quod cum non intellexerit hic scriptor, aut in vitiosos codices, ineptam hanc inde confecit sententiam, ut in aliis quoque locis factum. —<sup>85</sup> Forte, aliquid.—<sup>86</sup> *Lege, sed de servis etiam, tamen hominibus.*

nibus inquisus erat: et fortuna sibi in omnibus adversante, odio quoque contemptus accesserat: his duobus pessimis comitibus cum ad opidum pervenisset, ut admitteretur ad suos penates et suos liberos, minaciter, post flebiliter atque suppli-citer petens; cum neutrum valuisse, orare instituit ut uxores sibi saltem suas ac liberos aliquo terrarum abducendos rediderent. Cumque ne id quidem sibi permetteretur, <sup>87</sup>ne ad aliud responderetur, desperatione ultima digressus surdis a mœnibus, [245] cum Petrejo qui olim in Hispania contra Cæsarem steterat, equitibusque perpaucis ad villam suam urbi proximam est profectus. Zamenses nondum ejus metu liberati, per legatos orant Cæsarem, ut priusquam rex reparatis viribus eos invaderet, opem illis aut ferret aut mitteret: se usque ad mortem fidem illi servaturos, Zamam quoque sibi servare. Cæsar legatos, et a quibus missi sunt laudat: jubet illico reverti, et adventum suum Zamensisibus nuntiare, progressosque legatos ipse subsequitur. Vulgata autem adventus Cæsarei <sup>88</sup>multi ex regiis Cæsari obviam pergunt, veniam orant impetrantque: cumque ingenti <sup>89</sup>supplicium commitatum Zamam pervenit. Cognita autem clementia ejus, quam tam multis exhibita latere non poterat, equites regni omnibus ex angulis Zamam convenient, petentes veniam, nulli omnium negata est: servati omnes, metuque et periculo liberati, nullus re aut verbo violatus. Dum hæc Cæsar ad Zamam gerit Considius ille, cuius supra mentio est habita, qui nuntium ferentem litteras pacis occiderat; fortunam audiens suarum partium, sibique permettuens, Thisdra cui <sup>90</sup>nunc præerat deserta, cum ingenti pecunia Getulis comitantibus in regnum ibat, Jubæ se conjuncturus: sed cum esset in via, a Getulis, quorum se custodiæ fidoque crediderat, cupiditate pecuniæ imperfectus, argumentum dedit, quanto securior sit pauperis vita quam divitis, quantum solitarius viator quam comitatus sæpe securior. C. quoque Vergilius, cuius superius mentionem fecimus, ubi Scipionem acie victum, Catonem manu propria peremptum, <sup>91</sup>ubique fusos; Cæsarem Uticam, Zamamque, urbesque alias, omnibusque victori faventibus, possidere; Jubamque regno pulsum desertumque, aliosque duces partium; nusquam aliud esse præsidii, nihil spei; sibi liberisque suis consulens, cum

<sup>87</sup> Lege, neque aliud.—<sup>88</sup> Videtur deesse, suma.—<sup>89</sup> Lege, supplicum comitatu.—<sup>90</sup> Lege, tunc.—<sup>91</sup> Adde, reliquos.

Canino proconsule a quo obsidebatur vitam pepigit: [246] atque ita qui Cæsari suaviter se vocanti ne responsum quidem dare dignatus fuerat, sic res hominum volvuntur, scipsum filiosque et sua omnia, ipsumque Tapson cui præerat, legato Cæsaris <sup>92</sup>consensit. Dum paulatim reliquæ partium dilabuntur, Juba Rex et regno et spe qualibet privatus, cunctis exclusus urbibus, ab omnibus derelictus, quærebatur si qua esset via, ut qui male vixerat, bene moriturus videretur, sicubi cum hoste congressurus, ubi posset interfici, hoc maxime <sup>93</sup>exoptant quod omnes maxime metuunt <sup>94</sup>fugient: sed ubi hoc inveniretur? nusquam bellum, nusquam prælia: pax et Cæsar omnia possidebant: et vitae igitur et mortis honestioris spe amissa, ad illud ultimum remedium, <sup>95</sup>quod tunc multi utebantur, se convertit, egitque cum Petrejo extremarum comite fortunarum, ut invicem ferro decertarent, alterque alterum occideret: consentit ille non difficulter, ut qui vivere amplius gravaretur. Concurrunt ergo ex condicto, et Petrejo obtruncato, rex superstes quid <sup>96</sup>ageret in se manum vertit: sed cum pectus ferro transverberare non posset, seu metu impediente, seu lorica: servum suum ut se occideret exoravit, et obediens servus fuit: secundum alias, Petrejus et orantem regem, et ex ordine semetipsam eodem muerone perfodit: quodecumque horum verius: id quidem constat, aperto in convivio, et ut dicam quod sentio, ab ebriis factum est: mensæque dapes et pocula hinc Romano sanguine, hinc regio <sup>97</sup>manduerunt. Hie est igitur Petreji, hic est Jubæ regis exitus: nec felicior Saburra præfectus regius, nisi quod illi pugnando mori contigit, quod dominus suus frustra optavit: congressus nempe cum P. Sitio Cæsaris legato, prælio victus, et fuso exercitu interfactus est. Cumque Sitius idem victis hostibus ipse cum paucis per Mauritaniam iret ad Cæsarem: [247] Faustus forte et Afranius cum mille viris ad Hispanias ibant: cunque invicem conflixissent, vicit Sitius, et reliquis interfectis, ac in fidem acceptis; Faustum ipsum cepit, et Afranium eum uxoribus filiisque ad Cæsarem perducturus: nec multo post dissensione exorta inter milites, Faustus et Afranius occiduntur: conjugibus natisque Cæsar et salutem dedit, et bona restituit. Dum sic duces Pompejanarum

<sup>92</sup> Lege, concessit. <sup>93</sup> Lege, exoplans. <sup>94</sup> Lege, fugiuntque. — <sup>95</sup> Lege, quo. — <sup>96</sup> Aut deest aliiquid, aut legendum cum interrogationis nota ageret? — <sup>97</sup> Lege, maduerunt.

partium undique, quasi frondes per autumnum ruerent, fortunæque turbinibus agerentur: solus quasi jam dux ducum Scipio restabat: navibus quidem longis aliquot cum comitibus ipse quoque ad Hispaniam ibat. Credo quod ibi per filios magni Pompeji <sup>98</sup>revoveri civile et recalesceere ferebatur. Cum diu multumque pelago jacatus, cursum applicare nequivisset; ad <sup>99</sup>Hypponem regium, ventus eum et sua sors appulit, ubi tunc ipsius P. Sitii classis erat. Ursi pauciores a pluribus invaduntur, <sup>100</sup>opinunturque velociter: ubi se Scipio circumventum vidit, puduit vivere, atque antequam caperetur, ferrum mersit in viscera: irrumptibusque militibus, et querentibus ubinam esset imperator, respondit illam vocem famosissimam et magnis laudatam viris, qua suorum majorum gloriam in Africa æquasse illum dicunt, et ego crederem si vellem, et potest qui vult credere: 'Imperator bene se habet,' inquit, atque ita 'incognitis expravit. Comites ejus, Torquatus, Damasippus et <sup>2</sup>Perlectorius interfici sunt: atque hujus belli civilis in Africa finis fuit.

Cæsar bello Africæ finito, in Italiam reversurus, et obsequiorum memor, et quamvis scriptum de illo sit, quod nihil soleret præter injurias obliisci; non tamen prorsus immemor offensarum, [248] et præmio et pœnæ animum applicuit: pœnæ inquam pecuniariæ, nam pœnam sanguinis naturaliter abhorrebat. Zamensibus quod regem excluderant liberalis fuit: tributa et vectigalia moderatus est, regno in formam provinciæ redacto. Salustum proconsulem cum exercitu præfecit. Idem fecit Uticensibus: <sup>3</sup>utrius bona eorum civium Romanorum qui contra se arma <sup>4</sup>fecissent, vendi fecit. Tapsitanis, Leptitanis, Thisdritanis pecuniæ, frumenti atque olei multam annuam imposuit: bona civium, atque ipsas civitates ab omni direptione et injuria salvas ac liberas esse jussit: eundem morem Caralis tenuit, <sup>5</sup>qua et Utica digressus tridui navigatione pervenerat: inde quoque discedens ante III. Kalendas Julii, atque adversis tempestatibus impeditus VII. et XX. diebus in itinere consumptis, Romam attigit.

Jam diurnitas belli pacem, labor requiem, triumphum victoriæ flagitabant: non civiles quidem istæ, sed hostiles illæ, de quibus

<sup>98</sup> Lege, *refoveri civile bellum, et.* — <sup>99</sup> Lege, *Hipponem regium.* — <sup>100</sup> Lege, *opprimunturque.* — <sup>1</sup> Lege, *incognitus.* — <sup>2</sup> Forte, *Plætorius.* — <sup>3</sup> Lege, *ubique, vel utrinque.* — <sup>4</sup> Forte, *tulissent.* — <sup>5</sup> Forte, *quo ex.*

antea dixeramus: quomodo autem triumpharet, aut qua ratione quiesceret? de quo scriptum sit: nil actum credens cum quid superesset agendum. Cum adhuc bellorum et laborum materia superesset, Pompeji magni filii Hispaniam occuparent; sequebatur autem illos non quidem patris virtus, sed hominum favor ingens, et paternum nomen. Gneus ac Sextus, sic pro uno duos substituerat fortuna<sup>6</sup> Pompejus: egeratque Gneus major natu, cui plus industriae inerat atque consilii, confugiendo in fidem ac clientelam omnium Hispanie civitatum, precandoque et fortunam suam miserando, patrisque memoriam renovando; ut jam sibi licentiae multum partum esset: nec precibus tantum, sed vi etiam congregato exercitu, inciperet provinciam vastare, ita ut pedetentim, qui favorabiles ab initio fuerant, esse inciperent odiosi: [249] <sup>7</sup> hunc sibi novissimum<sup>8</sup> belli ac tum minime negligendum ratus Cæsar; eo raptim proficiscitur: duo in hoc iter vix auditu credibilia inciderunt: nam et ab urbe Roma in Hispaniam ulteriore immensum terræ spatiū emensus, IIII. et XX. die pervenit: viatori, ne dicam exercitu, celeritas optanda: magnum hoc: quod sequitur majus: horum siquidem tam paucorum spatio dierum, tam multas inter euras poëma scripsit, quod inscripsit: 'Iter:' quod illud scilicet in itinere edidisset: sic Pierides armis inserere, et nunquam otiosus esse didicerat. Primo Cæsaris in Hispaniam adventu, civitatum motus ingens fuit: undique legati ad eum, undique transfugæ. Jam enim<sup>9</sup> ad Pompejani juvenes, sive in odium sive in tedium vertere cœperant, et ut nulla esset in eis culpa, mos est tamen antiquis populorum, semper novos dominos, novas res optare: et fama Cæsaris haud immerito super omnes excreverat, ut universi homines ejus splendore caperentur, cuperentque<sup>10</sup> ceram cernere, quem usque adeo mirabilem audiebant. In hoc principio, ipso maris in ostio, ubi Oceanus terris illabitur, et mediterraneum hoc pelagus nostrum parit; inter legatos invicem partium, hinc Didium, illinc Varum, et ambobus cum ipsa tempestate certatum est; nec minus a ventis et fluctibus quam ab hostibus periculi atque horroris, dum et hinc hostes sœvirent, et illinc sœvitiam rabiemque hominum maria coercent utraque classe bello simul et naufragio laborante, duæ partes, duo maria, duplex furor, duo elementorum

<sup>6</sup> Lege, Pompejos.—<sup>7</sup> Forte, hec.—<sup>8</sup> Lege, bellum.—<sup>9</sup> Videtur delendum ad.—<sup>10</sup> Lege, coram.

atque hominum procellæ. Per hos dies a Cæsarianis duo pedites capti sunt qui se servos dicerent: non licuit in his Cæsari suam consuetudinem servare: antequam ad eum ducerentur, quod a Cæsario exercitu transfugissent, recogniti, et a militibus interfeci sunt: [250] et tabelliones capti qui ad Pompejum Corduba mittebantur, et præcisis illico manibus sunt remissi: similiter<sup>11</sup> simulato Pompejanus atque occisus est. Credo ego milites iratos bello, et<sup>12</sup> imperator sui morum conscos atque clementiae, hoc remedii genus exegitasse, ne quis faciem ejus videret, ut sic nullus evaderet. Cordubam Pompeji tenebant; Cæsar obsidebat, illis tamen absentibus: multisque ibi et magnis insultibus decertatum est. Cumque die quodam ferro et flammis solito<sup>13</sup> etiam pugnaretur: opidani ira in furorem versa, hospites qui securi secum jure veteris hospiti morabantur, inspectante Cæsaris exercitu jugulatos e muris præcipitare, quasi crudelitate non virtute victoria quæreretur, inceperant: spectaculum miserum atque horridum. Qua re ex gemitu morientium audita,<sup>14</sup> unius qui ad tutelam muri in terra sub cuniculo erat exclamavit: ‘Tetrum scelus et inmane flagitium, nullaque non barbarie detestandum commisistis absque ulla causa; nihil enim mali merebantur, qui nihil mali fecerant, qui ad vos vestrasque se aras et<sup>15</sup> foros infausta fiducia contulissent: jus hospiti sanctum gentibus soli vos sprevistis, atque<sup>16</sup> uticam sprevisse sufficeret; inhumano illud scelere violastis.’ Multa quoque in hanc sententiam dixit, quorum verecundia repressi cives, ab hospitum cædibus se continuerunt: sic interdum unius boni viri multos inter malos valuit oratio: et inter hostes etiam suum honorem virtus invenit: ea res relatu transfugæ in exercitu primum Cæsaris innotuit: die proximo Tullius<sup>17</sup> quidem cum Catone quodam Lusitano legatus ex opido ad Cæsarem venit: hujus prima pars orationis fuit, ‘Optare, suus potius fuisset quam Pompeji miles, suamque constantiam in hujus potius felicitate quam in illius miseriam præstisset’: [251] finis autem fuit, ‘se a Pompejo desertos, victos a Cæsar, seque et opidum dedere atque orare ut clementiam quam viciis gentibus præbuisset, suis civibus non negaret.’ Multa præter haec locutus est, quæ scriptorum vitio confusa vix intelligi possint:

<sup>11</sup> Forte, *speculator Pompejanus captus atque*.—<sup>12</sup> *Lege, imperatoris*.—<sup>13</sup> *Adde, more*.—<sup>14</sup> *Unus, vel Junius*: ut Hirtius habet.—<sup>15</sup> *Lege, focus*.—<sup>16</sup> *Lege, utinam*.—<sup>17</sup> *Lege, quidam*.

unum illud intelligitur, quod multis ultro citroque dictis, tunc deditio non <sup>18</sup>præcessit. Crescebat indies obsidio, nec Pompejus <sup>19</sup>expectantem opem aut ferebat aut mittebat obsessis: quin etiam pro concione dixisse ferebatur, ‘ut quoniam eis auxilio adesse non <sup>20</sup>potest, ipsi noctu et beneficio tenebrarum e conspectu hostium evaderent,’ quod cum dixisset, unum ex astantibus respondisse, ‘ut pugnæ potius quam fugæ signum daret;’ eumque qui id dixisset, quasi duci ignaviam reprobrasset, neci datum. Hæc quoque res ex profugis agnita: intus quoque in opido angustiæ (ita necesse est) crescebant: matrona e muro desiliens dixit, se cum ancilla sua statuisse transfugere: <sup>21</sup>ullam forte cognito proposito jugulatam, se fuga præcipiti evasisse. Tabellæ quoque e muris projectæ sunt inventæ, in quibus sic ad litteram scriptum erat: ‘L. Mutius Cæsari. Si mihi vitam tribuis, quoniam a Gneo Pompejo sum desertus, qualem me illi præstisti; talem virtute ac constantia <sup>22</sup>facturum me in te præstabō.’ Simul et legati qui prius venerant ad Cæsarem redierunt; eorum oratio simplex fuit et apta et brevis. ‘Si eis vitam largiretur, se die proximo opidum dedituros:’ quibus Cæsar hoc unum respondit: ‘Cæsar sum, fidem præstabō:’ sic effectum ut ante diem xi. Kal. Martii opido potiretur. Id cum Pompejo notum esset, deposita spe curaque Cordubæ defendendæ, castrisque motis abscessit, atque <sup>23</sup>ubicunque opidum petiit, ibique convocatis quos sibi fidos arbitrabatur imperavit ut summo studio perquirerent, qui ad eum, quive ad Cæsarem proni essent: [252] quod cum ad se relatum esset: LXXXIII. ex iis qui <sup>24</sup>Cæsarem faventes victoriæ dicebantur, quod Cæsarem amare crimen ingens esset, securi ictos occidit, reliquos intra opidum inclusit: e quibus cxx. <sup>25</sup>clisis custodiis ad Cæsarem transfugerunt. Multa præterea ab ipsis Pompejanis per eosdem dies crudeliter gesta sunt, eeu præsagientibus fati diem sibi instare: et qui mos ferus est quorundam, inferias sibi præmittere <sup>26</sup>aliena <sup>27</sup>sibi quæreribus. Pompejus hoc tempore magnanimitatem suam et metum Cæsaris cum amicis simulabat: inventæ sunt litteræ ejus continentes, Cæsarem non <sup>28</sup>audire in campum copias educere, suis tyronibus diffidentem: qui si pugnæ copiam æquis in locis aliquan-

18 Lege, processit.—19 Forte, expectatam.—20 Forte, posset.—21 Lege, illam. 22 Forte, futurum. 23 Lege, Ucubim.—24 Lege, Cæsis, vel Cæsare.—25 Lege, clisis.—26 Lege, alienas.—27 Videtur delendum illud sibi.—28 Lege, audere.

do ficeret, se rem omnium opinione celerius conjecturum, idque expectare ac sperare. Ibat interea Hispanias ambiendo, et <sup>29</sup>ipse dicebat, civitates suarum partium conservando: itaque in Hispaniam venit, contraque urbem in oliveto castra posuit: inde alias atque alias adiit: ad extremum <sup>30</sup>Mundi substitut; supremis cladibus <sup>31</sup>aliam fortunam delegerat. Eo et Cæsar venit, contraque Pompejum castra metatus est. Pompejus Fausto scripserat, quod <sup>32</sup>quantum intelligi datur, intra opidum erat, Cæsarem medium in vallem nolle descendere, quod exercitus sui magna pars tyronum esset: quæ litteræ miris modis opidanorum animos attollebant. Cupide enim spes arripiunt omnes mortales, et ea sibi fingunt animis, quæ nec esse nec fieri posse cognoscunt: tam dulce est non dicam sperare, sed cogitare quæ delectant, quomodo enim impossibilia sperentur non intelligo, cogitari autem possunt omnia. [253] Dum se sic Pompejus sic alios solaretur, et ingenti quantum arbitror sollicitudine agitatus magna parte noctis instructis staret aciebus: Cæsar nescio quonam iter acturus castris egrediebatur: cui cum status hostium nuntiatus esset, constitit constitutque aciem. Concursum est hinc inde clamoribus, sed majoribus animis, ineffabilibus odiis atque immensis: pugnatumque acriter et pertinaciter: et quod pene pudendum dixeris humanæ fragilitatis indicium: nunquam Cæsari neque cum hostibus, neque cum civibus aut tam anceps eventus, aut proprius extremo periculo res fuit; ‘usque adeo,’ sicut elegantissime ait Florus, ‘<sup>33</sup>plane videretur, nescio quid deliberare fortuna.’ Et quid aliud reor, nisi an amicum suum usque in finem rara et sibi prorsus insolita fide comitaretur; an eum extremo jam calle desereret ad alium transitura. Tantaque hæc fortunæ deliberatio, tam diurna <sup>34</sup>ut inter moras prælii neutra in parte inclinante victoria; cum jam veterana illa militum manus tot probata victoriis, Cæsareis oculis insolitum dedecus, <sup>35</sup>sensum retrocederet; nec quominus palam fugeret, tam virtute, quam pudore teneretur, quod nunquam ante illum diem fecerat: dubitare Cæsar cœpit ac disfidere, et solito mœstior ante aciem stare ita tamen ut nihil idem de solita imperatoria virtute remitteret, <sup>36</sup>uno equo desiliens et furenti simillimus primam peditum in aciem evolaret: clamans, increpans, obsecrans atque exhortans, nec tantum voce vel oculis, sed

<sup>29</sup> Adde, ut.—<sup>30</sup> Lege, *Mundæ*.—<sup>31</sup> Forte, *illam*.—<sup>32</sup> Lege, *qui*.—<sup>33</sup> Adde, ut.—<sup>34</sup> Videtur deesse, *fuit*.—<sup>35</sup> Lege, *sensim*.—<sup>36</sup> Forte, *imo*:

manu et pectore fugam sistens, et fugere incipientes in prælium vi  
retorquens,<sup>37</sup> tanquam denique trepidatio lucis illius fuit, tamque  
diu ambiguus pugnae finis, ut cogitasse Cæsarem de extremis scrip-  
torum plurimorum<sup>38</sup> tradiderunt; et eo vultu fuisse, [254] quod  
jam mortem sibi<sup>39</sup> consistere cogitaret, quamquam apud eos qui  
prælio interfuerunt nulla penitus rei hujus est mentio: et est sane  
difficile, non tantum absentibus, sed præsentibus diffinire quid se-  
cum quisque cogitet. Ego autem haud difficile ad credendum  
ducar, quod si de victoria Cæsar timuit, simul et de morte cogita-  
vit: quomodo enim quove animo uni adolescenti terga vertisset  
is, qui parentem ejus talem virum, qui tot reges, qui tot duces, qui  
populos non urbitum modo sed regnorum totiens terga sibi vertere  
coëgisset? utique igitur si vinci timuit, mori optavit vincere soli-  
tus, non vinci: sed an vinci timuerit quis novit? Dicunt tamen, et  
<sup>40</sup> quidem etiam pro comperto asserant, tamdiu haec rerum ambigu-  
itas duravit, donec quinque cohortes hostium a Labieno castris labo-  
rantibus<sup>41</sup> auxiliorum directæ, mediumque in aciem properantes,  
fugæ speciem<sup>42</sup> prætenderunt. O fortuna ut creditur in omni re  
potens, sed in bello potentissima. Siquidem Cæsar, sive illas vere  
fugere arbitratus, sive<sup>43</sup> crudelitatem similans, dueum sagacissimus,  
velut in profugas impetum facit, animosque et suis addidit ut fu-  
gere hostes rati sequerentur, et<sup>44</sup> hostibus depressit, ut dum fugere  
suos suspicantur fugerent. Itaque Labienus<sup>45</sup> Cæsar desertor ac  
transfuga, suique pristini ducis hostis inexorabilis, cui parare per-  
niciem quærebat, victoram insperatam,<sup>46</sup> si vero mortem peperit.  
Eo enim prælio et ipse concidit, unaque secum Actius Varus, et  
cum eis triginta milia hominum cecidere: cecidissent plures nisi  
tam proximum urbis profugum fuisse: de victoribus ad illi cæsi,  
plures saucii equitum ac peditum. Itaque cum Cæsar muris obsi-  
dionem admovisset, agger flebilis et horrendus e cadaveribus factus  
est, [255] per quem ad oppugnationem urbis ascenderetur: qua  
telis ac mueronibus, velut calce compacta, invicem cohaerebant,  
muriisque eujuspiam officium ministrabant. Ite nunc miseri et ci-  
vilibus bellis incumbite: dumque aliis invidetis vosipsos opprime.  
Ecce de vestris cadaveribus superstites<sup>47</sup> oppugnantibus: an aliud

<sup>37</sup> Forte, *tanta*.—<sup>38</sup> Forte addendum, *monumenta*.—<sup>39</sup> Lege, *consciscere*.  
—<sup>40</sup> Lege, *quidam*.—<sup>41</sup> Forte, *auxilio*.—<sup>42</sup> Forte, *præ se tulerunt*.—<sup>43</sup> Lege,  
*crudelitatem*.—<sup>44</sup> Lege, *hostium*.—<sup>45</sup> Lege, *Cæsaris*.—<sup>46</sup> Forte, *sibi*.—<sup>47</sup> For-  
te, *oppugnantur*: *an aliud petitis?* *an quicquam*.

petis an quidquid furoribus nunc etiam vestris deest? An vult aliud Labienus tam servidus insultator? et alii cecidere tuis instigatis Labiene: et tu miser cum aliis cadaver unicum jaces: quamvis et tibi et Varo sepulchra facta reperiam: et quoniam tuis in eo statu vacasse non arbitror, extimo illa Cæsareæ, tibi quidem prorsus indebitæ, fuisse clementiæ: satisque auguror si sic est te, ut obstinato eras animo, inhumatum abjici maluisse. Gneus quidem Pompejus, et humero et lœvo crure <sup>48</sup>sanco, inter medias cædes prelio pulsus excessit: hunc in lectica, quod nec equo nec vehiculo uti posset, nemorosa avia penetrantem, fuga humili et occulta atque in speluncis latitantem, Cesonius Cæsaris legatus resistentem adhuc et miseræ spei reliquias refoventem assecutus, ad Lauronem, id est loco nomen, obtruncat: caput ad Cæsarem refertur, talibus assuetum muneribus non gaudentem. Hujus germanum Sextum Pompejum in Celtiberia abscondisse fortunam tradunt, <sup>49</sup>ne quoniam scilicet deessent bellis civilibus alimenta. Munda post prælium expugnata quidem a Cæsare, sed ingenti prius sanguinis profusa <sup>50</sup>diluvio. Per eos dies oppugnata rursum <sup>51</sup>Vero duba, quæ qualiter defecisset non invenio: magni ibi motus, ingens in civitate dissensio, parte una ad Cæsarem, altera in contrarium inclinante. Cumque esset ad arma discursum vicit pars quæ Cæsarem colebat, [256] sibique opidum cessit: de parte adversa <sup>52</sup>ei et viginti milia cecidere, quamvis magnæ urbi cuilibet insignis strages. Cæsar Hispali digressus Idibus Aprilis Gades petuit: inde rursum Hispalim rediit, ut Hispanas res velut ultima voluntate disposeret, quo <sup>53</sup>reversus amplius non erat: ibi vero concione advocata, beneficia sua in eam urbem commemoravit et antiqua et nova: <sup>54</sup>in finem eos arguit tanquam mala pro bonis omni tempore reddidissent: in pace seditiosi, in bello autem ignavi: quod Gneus Pompejus adolescens eorum fatus auxilio, <sup>55</sup>cæsis civibus agros et <sup>56</sup>viciinia vastasset, et cæsis civibus illuc contra se fasces et imperium suscepisset, immo vero contra populum Romanum, cuius ipse regnum teneret. Quid enim crederent, ne forsitan Hispalenses <sup>57</sup>Romano vincere, quod eorum provinciam populati essent; an

<sup>48</sup> Lege, *sancio*.—<sup>49</sup> Forte, *nequando*, vel *ne qua*.—<sup>50</sup> Lege, *diluvio*.—<sup>51</sup> Forte, *Corduba*.—<sup>52</sup> Forte, *duo*.—<sup>53</sup> Lege, *reversurus*.—<sup>54</sup> Lege, *in fine*.—<sup>55</sup> Videtur delendum aut hie, aut paulo post.—<sup>56</sup> Forte, *vicina*.—<sup>57</sup> Forte, *Romanos vincecent*.

extincto Cæsare, qui mortalis esset, non sentirent Romanum populum immortalem? et in præsens x. habere legiones quæ non tantum Hispanibus resistere, sed cœlum ipsum diruere sint potentes: quo in verbo non solum illa inest altitudo, quæ omnibus patet, sed illa etiam occultior, quæ in recensendis viribus Romanis, non omnes, sed suas tantum dinumerat legiones, quasi reliquas nullius pretii, et ne memoria quidem dignas censeat. Multa hujus historiæ in loco scriptorum vitio confusa prætereo ad finem properans: hic ergo bellorum civilium in Hispania finis esto.

His tot bellis exactis, tot laboribus exantatis, quos <sup>58</sup>modum pati; sed scribere; sed legere; sed audire difficile est, victor Cæsar Romanum rediit. Felix meo judicio quidem vir felicitate bellica, secundum stylum loquor, si patriæ hostes tantum, non et patriam viciisset: ea certe fuit verecundia, eaque Romani moris observantia, [257] ut tantum de hostibus triumpharet, et intersectorum se duce tantum hostium numerum scribi memoriaque mandari pateretur. Numerum vero civium occisorum scribi vetuit, ne domesticas clades atque miserias patriæ exprobraret: quamvis et in numero cæsorum hostium etsi non Romanis, at Romano generi exprobatio ingens fieret. Siquidem ejus ductu, ut ab illustribus traditum est auctoribus, undecies centena et nonaginta duo milia hostium cæsa sunt: et sequitur quantum bellis civilibus <sup>59</sup>viderit noluit annotari: triumphavit quater, ut fere omnes sunt auctores, et <sup>60</sup>centuriones tradunt quinques. Primus triumphus fuit de Gallia atque Britannia, isque omnium clarissimus: secundus de Ægypto: tertius de Pharnace et Ponto: quartus de Juba et Africa: quintus de Hispania. Ego vero adderem his sextum de Massilia, nisi quod forsitan <sup>61</sup>his triumphus sub Gallico continetur: nam de Massilia illum triumphasse non est dubium cuiquam, qui acerrimam illam Ciceronis de Cæsare loquentis querimoniam in libris Officiorum legerit. ‘Vexatis,’ inquit, ‘ac perditis nationibus externis, ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus, et ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex transalpinis bellis triumpharunt’ de Thessalia et Tapso et Munda victoriae ingentes, sed triumphus nullus: veteri enim more Romano nunquam triumphus civili sanguine quærebatur. Hic igitur tri-

<sup>58</sup> Forte, non modo.—<sup>59</sup> Forte, eæsi fuerint noluerit.—<sup>60</sup> Forte, certiores.—<sup>61</sup> Lege, hic, vel is.

umphorum et bellorum et fundendi sanguinis finis fuit. Ita tandem longis bellis pax alta successerat.

Ea quidem magnitudo rerum et claritas victori gloriam, <sup>62</sup> ex terris gentibus stuporem, suis civibus livorem odiumque pepererat. Neminem certe clementius, neminem liberalius Victoria usum constat, idque <sup>63</sup> maximi sunt auctores. [258] Invidebant tamen, et quod miraberis, inadvertentes certabant eum honoribus ornare: positæ in templis imagines, <sup>64</sup> suggestri in curia, fastigium in domo, mensis in cœlo: ipse pater patriæ perpetuusque dictator: ita enim hæc omnia scripta sunt. Ipse suam omnem clementiam <sup>65</sup> potentiam in cives effundere: nihil de tanto imperio suum erat præter gloriam et imperii nudum nomen: pecunias omnem ætatem contempserat: voluptates ut sperneret jam sibi ætas devixa præstebat. Negare non possum, quin in republica juvenis paulo impetuosior, et principatus semper appetentior <sup>66</sup> fuerit, quam sat est, ne si hoc negem, ipse meis scriptis <sup>67</sup> arguer, et his auctoribus <sup>68</sup> nuda illa decerpserim. Sed quis virtutes alias viri hujus enumeret, quis illam unicam abunde laudaverit, qua omnes vicit principes, clementiam! Sed quid agant, quo ve se vertant homines, ubique periculum, nihil tutum: verissimum illud Liricum: ‘ Quid quisque vitet, nunquam homini satis cautum est in horas:’ exilio cesserat Africa-nus invidiae. Cæsar beneficiis obstiterat: tutius illud apparuit: rem verissimam sed mirabilem et indignam dicam delicatis animis: ipsa beneficentia gravis erat, et unum omnia posse multis utile, sed molestum omnibus: hinc invidiae incrementa; quid facerent raptor impio, qui pati clementem principem et munificum nequiverrunt? Unde hercle amorem omnium merebatur, inde omnium ferme odia, et paucorum insidias, et ad ultimum causam mortis invenit: de qua in extremo dicam, eo quod extremus humanorum actuum sit mori: ante tamen de quibusdam quæ ad corporis habitum formanque et ingenium et eloquentiam et mores, domesticam viri vitam attinent, attingendum puto, secundum quod a præclaris auctoribus sparsim tradita elicere, [259] et in unum studio colligere dabitur: non quidem omnia, nec oportet, sed quæ vel utilia cognitu vel delectabilia videbuntur. Corpore quidem altus fuit, candidus, teres, maximarum virium; peritia rei militaris eximia, incredibilis.

<sup>62</sup> Lege, *exteris*.—<sup>63</sup> Forte, *maximi tradunt*.—<sup>64</sup> Lege, *suggestus*.—<sup>65</sup> Adde, ac.—<sup>66</sup> Lege, *fuerit*.—<sup>67</sup> Lege, *arguar*.—<sup>68</sup> Lege, *unde illa*.

bili patientia laboris, vultu modice,<sup>69</sup> sed non pleno, oculis nigris atque vivacibus, valetudine usque sub extremum prospera, tunc tamen et animo nonnunquam linqui solitus, et per quietem<sup>70</sup> vis concuti. In corporis cultu curiosior parumper quam requirere videretur tanti animali magnitudo: calvitium aegre tulit, revocare capillum a vertice in frontem consuetus, et e cunctis honoribus a Senatu et populo sibi oblatis nullum recepit avidius quam<sup>71</sup> præminis usu laureæ<sup>72</sup> contra calvitium tegeretur: reliquo etiam cultu corporis insignem extitisse et in pace constat et in bello, mundum præterea delicatum nitidumque ultra quam satis esset viro forti: et rerum talium studiosum fuisse, nota res est, usque adeo ut<sup>73</sup> nullam a fundamentis sumptuosissime extructam, quod non plene oculis responderet, funditus everteret, idque tunc etiam inopem fecisse, atque ære pressum alieno: margaritarum et gemmarum et<sup>74</sup> tore juvatum et signorum et pictarum tabularum avidissimus: disciplinæ vero domesticæ tenax valde, non magnis in rebus modo, sed in minimis: ita ut pistorem quod<sup>75</sup> comminus non eundem quem sibi panem ministraret, vinculis innecteret; et libertum sibi acceptissimum, quod Romani equitis uxorem violasset, nullo licet accusante, morte multavit: non tamen pudicitiam, quam in alio exigebat, in se præstisit; infamatus et Romæ illustrium aduiteriis feminarum, in quibus collegarum ejus Crassi et Pompeji conjugum, [266] ante scilicet quam hie ejus gener esset: insuper et provincialium matronarum, et præsertim in Galliis, quodque altius, reginarum; in quibus nomen habet<sup>76</sup> Euries Mauritanis, et ante omnes Ægypti regina Cleopatra, cujus supra mentionem fecimus: cum qua non contentus in medio belli civilis ardore voluptati multum temporis impendisse, post belli finem in urbem Romanam evocatam, nec nisi multis honoribus et donis ornatam redire tribuit in Ægyptum, filiumque ex ea susceptum agnovit, suumque illi nomen imponi non erubuit, quem quidem Cæsari et aspectu et incessu persimilem prodidere. Inter haec tamen et cibi prorsus indifferentis, et parcissimus vini fuit; ut mirari posses quid sibi sine Baccho et cibis levioribus vellet Venus. Neque vero feminarum quam divitiarum appetentior fuit: non ut eas recondereret, quod fere omnes

<sup>69</sup> Forte, si non pleno. Suetonio paulo pleniore.—<sup>70</sup> Forte, etiam.—<sup>71</sup> Lege, quam assiduum usum laureæ, qua contra.—<sup>72</sup> Adde, qua.—<sup>73</sup> Forte, villam.—<sup>74</sup> Lege, torematum.—<sup>75</sup> Forte, convivis.—<sup>76</sup> Lege, Eunoë Mauritanie.

faciunt, qui divitias querunt, sed ut largiretur liberaliterque diffunderet: ita duorum avaritiae malorum alterum nesciebat, altero labrabat: unde et in Hispania, in Gallia, et in Ægypto multa quidem; <sup>77</sup> ratione autem effracto Romæ, universa diripuit. Sed non ut abstinentiae sic eloquentiae inops fuit, qua et omnium seculorum duces haud dubie antecessit, et summos æquavit oratores: quod ita esse, oratorum princeps et Cæsaris hostis Cicero confirmat, et quod mireris, ad Brutum scribens: neque tantum militari, aut oratoria eloquentia, quam habet ad præsentes, emicuit, sed et libros scripsit rerum <sup>78</sup> ante alios suarum, qui ab aliis, qui rebus ipsis interfuerant, digesti sunt, et in lucem editi, unde horum, quæ de rebus Cæsaris scripsimus, maxima pars decerpta est. Scripsit et alios plures, qui ita sibi propter ingenii velocitatem adeo <sup>79</sup> aut modicum temporis occupabant obstantque negotiis, ut quosdam ex eis in alpium transitu belli Gallici temporibus, [261] quosdam in medio periculosisssimorum ardore bellorum, unum cuius supra meminimus dum ab urbe Roma <sup>80</sup> et xx. diebus ulteriore in Hispaniam pervenisset <sup>80</sup> Scripsit et epistolas ad senatum, ad amicos, inter alios <sup>81</sup> Ciceronem: qui, pace dixerim tanti viri, saepè et multum in amicitia variavit: scripsit adolescentulus multa, quæ prosequi longum est. Talis ille in rebus ingenii: nam in rebus bellicis nulli hominum secundus fuisse non ambigitur: ita nempe de illo scriptum est: Vir quo nemo unquam bellis magis enituit: <sup>82</sup> in quibusdam nunquam ipse sibi pepercit, indulxitque <sup>83</sup> aliud: primus in agmine, eques interdum, pedes saepius cernebatur: nec gelu nec sole nec pluvia caput operiens: <sup>84</sup> exhortatus docensque assidue quid agendum quid cavendum: et præsertim exemplo milites ad laborem ericens atque confirmans: nullus enim locus erat ignaviae, ubi suum imperatorem præeuntem videbant, jubentemque non ire sed venire, et se sequi ad pericula: nemo unquam promptior, nemo in periculis cauter: et cum cautus ad omnia, tum duetandis exercitibus cautissimus et insidiarum providentissimus semper fuit: ita ut nunquam duceret, nisi itineribus exploratis, aut per alios, ut per seipsum: nonnunquam inter <sup>85</sup> hostes illorum habitu transgressus in-

<sup>77</sup> Forte, aerario.—<sup>78</sup> Forte, annales.—<sup>79</sup> Aut videtur delendum, vel scribendum, adeo nullum, aut modicum.—<sup>80</sup> Deest, fecerit, aut composuerit.—<sup>81</sup> Lege, ad Ciceronem.—<sup>82</sup> Lege, in quibus.—<sup>83</sup> Lege, aliquid.—<sup>84</sup> Lege, exhortans.—<sup>85</sup> Forte, per hostes.

cognitus, ut ad summam libratis omnibus dubitari posset, an animosior esset, an circumspectior, cautiorque: celeritatis non tantum miræ sed incredibilis fuit, quam et ingenio et corpore præstítit, ita, ut et si quid ingenio agendum esset, ante perficeret quam cœpisse crederetur; et corpore itidem non ire, sed volare visus, centena milia passuum in singulos dies exigeret, et <sup>86</sup>ab iconis amnes aut <sup>87</sup>nardo, [262] aut inflatis utribus pedibus <sup>88</sup>arremigando trajiceret: ita ut, dictu mirum, sæpe nuntii ad ejus adventum urbibus nuntiandum præmissi, cum eo cursim pervenissent, eum jam prævenisse attoniti reparent: et huic celeritati animositas quidem inerat atque audacia: ita ut sæpe turbulentissimis <sup>89</sup>ptantibus tempestatibus, quando nemo etiam privatus iter ingredi auderet, ipse cum toto properaret exercitu: et cum pervenisset e vestigio stupentes hostes aggrediretur, nullumque respiramentum illis, aut resumendi animos daret spatium. Quotiens periculum anceps esset, equos <sup>90</sup>abjicere solitus et præsertim suum, ut <sup>91</sup>æquatio cum peditibus discriminem, et seposita fugæ spe, quasi virum unum totum firmaret exercitum. Praeter autem artes imperatorias, militis officia tam valenter exercuit; ut sicut nemo illi par imperator, sic nemo illo miles melior foret. Itaque inclinatam aciem sæpe solus erexit, ut præsertim Mundensi die factum <sup>92</sup>est narravimus, cohibens fugam, et paventes arreptis faucibus in adversos manu ac voce reforquens, tanto impetu, ut <sup>93</sup>aquilifer cunctantem intentata cuspide tremeficerit; aliumque terruerit, usque adeo ut in manu ejus signum relinqueret abiretque, et ipse ex imperatore vexillifer remaneret. De hac bellica virtute ac felicitate, præcipuaque felicitate, etsi abunde sit dictum, neque aliud hoc tota hæc dicat historia: non est tamen omittendum Ciceronis testimonium; quum lieet vulgatissimum omnibusque notissimum, est tamen clarissimum simulque verissimum. ‘Soleo sæpe,’ inquit, ‘ante oculos ponere, idque libenter crebris usurpare sermonibus; omnes nostrorum imperatorum, omnes exterarum gentium, potentissimorumque populorum, omnes regum clarissimorum res gestas, [263] cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regio-

<sup>86</sup> Forte, *rapidos*.—<sup>87</sup> Forte, *nando*.—<sup>88</sup> Lege, *remigando*.—<sup>89</sup> Forte, *existentibus*.—<sup>90</sup> Forte, *abigere*.—<sup>91</sup> Lege, *æquato cum peditibus discriminem*.—<sup>92</sup> Lege, *esse*.—<sup>93</sup> Non intellexit verba Suetonii, ex quo hæc hausit, apud quem est, ut aquilifer moranti cuspide sit minatus. *Moranti* est refinenti Cæsari aquiliferum, ne fugeret, non *cunctantem*.

num, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse conferri: nec vero disjunctissimas terras citius <sup>94</sup>passibus cuique jam potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus, sed victoriis illustratæ sunt. Quæ quidem ego, nisi ita esse magna fatear, ut ca vix eujusquam mens aut cogitatio capere <sup>95</sup>posset, amens.<sup>96</sup> Milites non urbanitate nec fama nec fortuna quidem, sed viribus corporis atque animi extimabat, et severus in eos pariter et indulgens: nam et propinquo hoste omnibus horis, non <sup>97</sup>magnis diurnis quam nocturnis paratos eos ad iter <sup>98</sup>ad pugnam exigerat: et <sup>99</sup>bene nunquam pugnæ tempus denuntiabat aut itineris, ut oinne tempus sibi denuntiatum crederent; et semper parati quotiens prosectionis aut pugnæ signum sonuisset invenirentur. Et sæpe nulla causa rei cujuspam signum dabat, ut condiscerent laborare, et repentinis imperiis præsto esse. Peccata militum non omnia castigabat et multa dissimulabat, sciens genus hominum ad peccandum pronum, nec facile naturam et consuetudinem verbis extirpari: seditiosos ac desertores severissime puniebat: quod hæc vitia non ad <sup>100</sup>singulos <sup>1</sup>mores, sed ad <sup>2</sup>summum rerum pertinent: ut <sup>3</sup>vere intentos ad prælia requirebat, <sup>4</sup>si post Victorias interdum lasciviae militari ac lœtitiæ fræna laxabat, ut a diurno labore recrearentur corpora militum atque animi. Et si in hoc argueretur, respondebat: 'Milites mei et unguentati bene possunt et pugnare et vincere:' illudque eis permittebat, ut auro et argento ornarentur; [264] quo et <sup>5</sup>a spiritu pulchrior esset exercitus, et virtuti insitæ damni metus accederet, et esset quisque ad pugnandum aerior, dum et vinci timerent et spoliari. Neque eos alloquens *milites* nuncupabat, sed *commilitones* suos: neque eos ut milites, sed ut amicos charissimos diligebat: in tantum ut cognita cæde Titurii et Arunculeji, de quibus supra diximus, barba et capillo intonsus atque incultus tam diu fuerit donec <sup>6</sup>in hostes ulciseretur: quibus artibus et fortissimos milites et sibi fidissimos fecit, usque adeo ut in ipso principio civilis belli, cum a patria stipendia negarentur, neque ad tantam rem unus ipse sufficeret, centuriones legionum singulos equites sibi offerrent sua impensa, et omnes pedites communicatis

<sup>94</sup> Forte, *cujusquam passibus*.—<sup>95</sup> Lege, *possit*.—<sup>96</sup> Adde, *sim*.—<sup>97</sup> Lege, *magis*.—<sup>98</sup> Adde, *et*.—<sup>99</sup> Forte, *pene*.—<sup>100</sup> Forte, *singulorum*.—1 In Suetonio est *moribus*, h. e. vitam et mores, boni an mali essent.—2 Lege, *summam*, —3 Forte, *ut vere*.—4 Lege, *sic*.—5 Forte, *aspectu*.—6 Delc, *in*.

omnibus, et ditioribus quibusque ultro inopum curam in se trans-  
ferentibus, gratuitum illi sine stipendio ac frumento pollicerentur  
obsequium: neque in tam longo belli spatio quisquam fere trans-  
fugit; et capti aliqui suorum oblatam sibi vitam si contra Cæsarem  
militarent constantissime respuerunt. Difficultates rerum omnium  
et extrema famem, vel dum obsiderent ab hostibus, vel dum ipsi  
illos obsiderent, tanta pertulere constantia, ut ad Durachium pane  
ex herbis facto vitam sustentarent: quo conspecto Pompejus 'rem  
sibi non cum hominibus, sed cum feris animalibus esse,' ait; alg-  
eique cum jussit, ne visus animos suorum debilitaret, obstinatione  
hostium intellecta. Fortitudo queque non inferior quam patientia  
illis erat: victi semel illis in locis tam morti fuerunt, ut a semetip-  
sis supplicium exigentes, consolari eos dux habuerat non punire.  
Aliis omnibus in præliis, ingentes hostium exercitus semper longe  
numero pauciores <sup>7</sup>vicerint atque deleverint: et ibidem una cohors  
Cæsaris quatuor [265] Pompejanas legiones aliquot horarum spatio  
sic pertulit, ut pene omnes confixi atque obruti sagittis essent, qua-  
rum cxxx. <sup>8</sup>intra vallum reperta atque ad Cæsarem sunt relata.  
Et hi omnes, aut multi quidem. Quid de singulis loquar? nota est  
Scevæ centurionis, et in Britannia et ad Durachium virtus, de qua  
diximus suo loco: et quod dicendi locus desuit, <sup>9</sup>Actili militis ad  
Massiliam, qui cum prælio navalii hostilem in puppim dexteram in-  
jecisset, illa amputata, nixus altera, navimque conseedens, scuto in  
adversos impetum fecit: æquavit <sup>10</sup>Cymgeri factum, quod loqua-  
cissime <sup>11</sup>gratiae laudibus in eelum usque sublatum est, cum par-  
virtus Romani militis pene sit damnata silentio. Sie verborum illi,  
isti autem rerum studio dediti eraat: seditionem militarem Gallicis  
omnibus atque Germanicis atque Britannicis beliis nullam pertulit:  
existimo quod justa bella milites agere sibi viderentur, nihil aliud  
quam pugnam et obedientiam cogitarent: ac bellis civilibus aliquot;  
sed quas cito non facilitate sed severitate et auctoritate  
<sup>12</sup>compescerat; qualis fuit illa <sup>13</sup>ad Placentiam, dum <sup>14</sup>prior bello  
ex Hispania remearet, de qua dictum est: et altera Romæ, decima-  
nis missionem et præmia tumultuosissima conspiratione poscentibus:  
quos quoniam tum maxime <sup>15</sup>belli in Africa repullularet, amicis

<sup>7</sup> Lege, vicerunt atque deleverunt.—<sup>8</sup> Adde, millia.—<sup>9</sup> Lege, Acilii.—<sup>10</sup>  
Lege, Cyngiri.—<sup>11</sup> Forte, Graccia.—<sup>12</sup> Lege, compescebat.—<sup>13</sup> Lege, at.—  
<sup>14</sup> Lege, priori bello confecto.—<sup>15</sup> Lege, bellum.

dehortantibus, neque dimittendi tempus esse<sup>16</sup> firmantibus, dimittere voluit, et quantum in se esset dimisit: sed quos imperator dimittebat, imperatoris vox una detinuit,<sup>17</sup> ut, cum enim eos alloqui incipiens, non commilitones ut solebat, sed *Quirites* appellasset, una statim voce responderent, se vero milites suos esse, nec amplius loqui passi, recusantem licet, [266] in Africam sequerentur; non<sup>18</sup> cum impunes, sed pro cuiusque culpa et increpiti et multati. Et hæc quidem cum<sup>19</sup> milibus.

Familiaritates, amicitias, clientelas summa fide coluit ac pietate: dum silvestre iter ageret, Gajumque Oppium qui sibi amicissimus et illo in itinere comes erat unicus, ægritudo repentina corripuisset; et forte ibi tuguriolum nonnisi unius capax esset inventum, ibi amicum agresti in lectulo collocavit, ipse sub dio nuda jacuit in humo: et hæc quidem dum fortuna adhuc esset humiliore: at cum ad imperium ascendisset, nonnullos obscurissime natos ad honores et magnifica promovit officia: cumque de hoc reprehenderetur: ‘si grassatorum,’ inquit, ‘atque sicariorum in defendenda dignitate mea usus essem, æque illis essem gratus: non enim quis, sed quid quisque pro me gesserit<sup>20</sup> ex animo.’ Masintham<sup>21</sup> Granosum adolescentem suam in clientelam ab ineunte ætate suscepérat: contra illum<sup>22</sup> adivit ut Hyempsal rex litigium habeat; in quo<sup>23</sup> cum Cæsar tanta ope et sic ardenter<sup>24</sup> adivit, ut filio Jubæ regis, qui regis alterius causam fovebat, ortis ut fit<sup>25</sup> incontentiose verbis acrioribus, barbam manu violenter arriperet, eundemque Masintham in custodiam ducentibus eriperet, cumque querentibus occultaret: denique prætor primum in Hispaniam proficiscens, sua abditum lectica nulli cognitum asportaret. At non ut amicitiarum, sic et simultatum tenax, a nullo unquam tam offensus, quin facile et oblivia seretur et parceret. Itaque et orationes et versuum morsus famosorum, quin et librorum adversus se ab invidis editorum lacerationes patientissimo ac civili tulit animo, [267] neque graviores injurias, sibi non verbis sed rebus ipsis illatas, cum posset ulcisci,<sup>26</sup> noluit: et si omnino<sup>27</sup> jusjurandi vinculo<sup>28</sup> cogetur quanto quivit humanus ultus

<sup>16</sup> Forte, *affirmantibus*.—<sup>17</sup> Videtur delendum *enim*.—<sup>18</sup> Forte, *tamen*.—<sup>19</sup> Lege, *militibus*.—<sup>20</sup> Lege, *examino*.—<sup>21</sup> Lege, *generosum*. Suet. *nobilem*.—<sup>22</sup> Lege, *audivit*.—<sup>23</sup> Lege, *cum*.—<sup>24</sup> Lege, *adjuvit*.—<sup>25</sup> Lege, *in contentione*.—<sup>26</sup> Lege, *voluit*.—<sup>27</sup> Lege, *jurisjurandi*.—<sup>28</sup> Lege, *cogeretur*.

est. Conjuraciones contra se deprehensas non prævenit, sed sibi notas esse admonuit: male de se loquentibus edixit ut desinerent: statuas Sulla atque Pompeji a Romana plebe depositas restituit; nec passus est extinetis hostibus nocere favorem suum, qui viventibus non noceret. Denique omnes injurias omnibus remisit: neque alibi quam in prælio periisse aliquos suorum hostium notum est, nisi Afranum ut perhibent, et Faustum Sullam, ac L. Cæsarem juvenem: quanquam et duo primi accepta semel venia postmodum rebellassent, et de eorum morte<sup>29</sup> alteri scripserint qui rebus interfuerunt: et tertius servos Cæsaris ac libertos ferro et igni crudeliter encasset; sed ne hos quidem suo jussu,<sup>30</sup> sed consensu interfectos dicant, qui asserunt post victoriam interfectos. Cum vero potentibus sigillatim ignovisset, novissime universis etiam non potentibus veniam dedit, ac licentiam in Italiam redeundi, atque ad honores et imperia bello præclusum aditum aperuit, ostendens verbis, et, quæ mentiri nesciunt, rebus, nullum se hostem post bellorum exitum habere: de quo Cicero, etsi post ejus interitum obloquatur, quod invitus lego: tamen ante sic dixerat: ‘Videmus tuam<sup>31</sup> gloriam præriorum exitu terminatam, gladium vagina vacuum in Urbe non vidimus: quos amisimus cives, eos Martis vis pertulit, non ira victoriae: Ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conservat quos potest?’ [268] hæc<sup>32</sup> levitas et hi mores Cæsaris qui illum totius humani generis amore dignissimum facere debuissent; sibi, quod suspicari quidem licet, perniciem attulerunt: visus est enim tuto hædi posse, qui omnia omnibus indulgere, nihil soleret ulcisci, prætentæ tamen aliæ causæ sunt: et facile est causas vel invenire vel fingere. Objiciunt illi insolentiam, cui certe adjuncta solet<sup>33</sup> crudelitas, quæ, ut<sup>34</sup> linquit, ab illo longe afuit: ut sit autem mitis insolentia, quod vix esse posset,<sup>35</sup> præfecto tanta post victorias desierat esse<sup>36</sup> mirabilis, et gestarum rerum conscientia levabatur. Dicunt eum ingratus<sup>37</sup> non sibi tantum, sed aliis, præter patrii moris observantiam impertitum: nimios sibi honores usurpasse, continuum consulatum, perpetuam dictaturam ac censuram, cognomen imperatoris ac patris patriæ, quæ post eum multis longe

29 Lege, *aliter*.—30 Lege, *scu*.—31 Forte, *victoriam*: sic Cicero pro M. Marcel.—32 Lege, *lenitas*.—33 Videtur addendum, *esse*.—34 Lege, *liquet*.—35 Lege, *prefecto tantas*.—36 Lege, *esse*. Mirabili gestarum rerum conscientia.

imparibus contigerunt; statuam inter reges, in orchestra<sup>37</sup>, <sup>38</sup>qui certe non petenti, immo et recusanti merito <sup>39</sup>debebatur, nec humanos tantum, sed divinos<sup>40</sup>: sedem auream <sup>41</sup>in curia tensam pro tribunali, templa etiam et aras, in quo modum fateor supergressus est: at quod sequitur, quale est simulachrum juxta Deos: et quos Deos quæso? Jovem forsitan aut Neptunum, qui certe pedem Cæsaris non valebant, homines vitiosi: aut ut scriptum est, ‘ Omnes Dii gentium dæmonia.’ Despexisse etiam fertur <sup>42</sup>auru-spicia: et quid oro dignum infamia, ne dum morte, et non potius multa laude <sup>43</sup>dignissima? sed expediamus illam inexpiablem ut dicunt invidiæ causam: <sup>44</sup>se adeunti, [269] et honorificentissimis decretis honestanti, non <sup>45</sup>assurrexerit, sive prohibitus, ut ajunt, a Cornelio Balbo, <sup>46</sup>et cum vellet assurgere, <sup>47</sup>sine sponte sua, neque de assur-gendo cogitans: en grave crimen: eum nostra ætate filii rusticorum regibus atque principibus non assurgant: sed enim id maxime indignationem senatus auxit, quod ipse Cæsar sibi triumphanti non assurrexisse Pontium Aquilam ægre tulerat. En causa, en paritas rerum: rogo autem quid habet Pontius Aquila tribunus plebis communie cum Cæsare triumphante? nisi forte eadem in patria natum esse pares facit. Sed nunquam odio causa defuit. Addunt suspicionem affectati regni ab illo, qui utique regibus omnibus major erat, et major esse noverat. Hæ sunt fere causæ, hæc sunt crimina, quæ Cæsarem morte dignum effecerunt, et eorum utor verbo, ut jure cæsus existimetur. Conjuratum est in eum a LX. senatoribus, Gajo Cassio, ac Marco, ac Decimo Brutis tantæ cædis ducibus: quorum primus atque ultimus e suorum numero erant, medius semper adversæ partis extiterat; sed venia donatus ac provincia auctus, aut oblata respuere, aut profecto ipse quoque suis esse debuerat: sed uno modo sui omnes fuerunt peremptores. Et multa quidem conjuratis fuere consilia qualiter atque ubi eum perderent: tandem <sup>48</sup>senatu. Nec ipsi quidem Cæsari mors ignota esse debuerat, nisi quod perituris <sup>49</sup>oculis obstruit fortuna: omitto tabulam æneam forte <sup>50</sup>Capis regis e sepulchro erutam, in qua

<sup>37</sup> Adde, suggestam.—<sup>38</sup> Lege, quæ.—<sup>39</sup> Lege, dabantur, aut decernebantur.—<sup>40</sup> Adde, recepit.—<sup>41</sup> Lege, in curia et pro tribunali, thensam in pompa Circensi. Sic sane Suet.—<sup>42</sup> Lege, auspicia, ant haruspicia.—<sup>43</sup> Lege, dignissimum.—<sup>44</sup> Adde, Senatu.—<sup>45</sup> Lege, assurrexit.—<sup>46</sup> Videtur delendum, et.—<sup>47</sup> Lege, sive.—<sup>48</sup> Adde, in.—<sup>49</sup> Forte, oculos.—<sup>50</sup> Lege, Capitis: et sic paullo post.

Græce scripta erat hæc sententia: ‘Quandoeumque ossa Capis detecta essent, fore ut Julio prognatus manu suorum necaretur, [270] magnisque mox Italiae cladibus vindicaretur.’ Potest enim esse res fabulosa, quamvis eam Suetonius Tranquillus affirmet; et Cornelium Balbum Cæsaris familiarissimum producat auctorem. Omitto greges equorum in trajiciendo Rubicone consecratos, et vagari sine custode permissos circa diem cædis, et pabulo abstinentes, et lacrymis manantes uberibus. Omitto plurimis hostiis non litatum, et Spurinæ aruspiciis monitus perieuli imminentis, et regaliolum avem in Pompejana curia a diversis <sup>51</sup>vulneribus decerp tam. Omitto suum et uxoris suæ somnum, et quæ sunt id genus omnia, quæ a viro tam docto, tam magnanimo jure optimo, nisi fallor, sperni poterant: sed tunc vulgo observari talia, immo et præcaveri <sup>52</sup>mox erat. Illud certe sapientissimo duci oculos aperruisse debuerat, quod et fama <sup>53</sup>cæde in vulgus effusa erat, ut quod multi noverant, ille unus, cuius res agebatur, vix ignorare potuerit: et ad locum suæ mortis eunti <sup>54</sup>quidem obvius sed ignotus scripturam obtulit, qua monebatur ne ad mortem iret: accepitque illam nec perlegit, sed scripturis aliis quas sinistra manu gestabat, quasi statim postea lecturus immiscuit, quæ postea cum aliis est inventa. Et hinc ortus dicitur mos ille præcipue principum, ut omnem scripturam sibi oblatam confestim legant. Ceterum his atque aliis moti quidam opinantur, Cæsarem et mortem suam <sup>55</sup>præstissee et sic mori voluisse: nam et apud Xenophonem cum Cyri regis mortem et ordinationem ultimam aliquando legeret, contempsit lentum ac languidum mortis genus: et pridie quam more rectetur orta inter cœnam mentione de optimo genere moriendi, ipse mortem subitam inexpectatamque prætulerat: et in quotidiano sermone sœpe dicere solitus ferebatur. [271] ‘Satis diu se vel naturæ vixisse vel gloriae?’ cuius, in Oratione pro M. Marcello, Cicero meminit: <sup>56</sup>utrumque ea res credita. Cæsar Idibus Martiis turbatæ valetudinis causa aliquamdiu domi detentus, tandem D. Bruto hortante ne expectantem senatum frustraretur, ad multum diei <sup>57</sup>spatii, hora scilicet quinta, venit in curiam Pompejanam, quæ est <sup>58</sup>Trapei rupis in latere, expeditionem Particam animo cogitans:

<sup>51</sup> Forte, *aeribus*.—<sup>52</sup> Lege, *mos*.—<sup>53</sup> Lege, *cædis*.—<sup>54</sup> Lege, *quidam*.—<sup>55</sup> Lege, *præstissee*.—<sup>56</sup> Forte, *utcunq[ue]*.—<sup>57</sup> Lege, *spatium*.—<sup>58</sup> Forte, *Tarpejæ*.

ibi dum assedisset, conjurati eum sub prætextu obsequii circumstunt: cum Cimber Tullius qui <sup>59</sup>primus sibi tanti facinoris partes assumpserat, accedens nescio quid poposet. Neganti in præsens inque aliud tempus rem trahenti, ab utroque humero togam manibus arripuit, exclamantem, ‘Ista quidem vis est,’ Cassius infra jugulum vulnerat. Cæsar Cassii pugione erepto, brachioque ejus trajecto, dum assurgeret alio vulnere remoratus est, quod unum ex omnibus letale medici dixere: sed ad unam vitam finiendam tale vulnus unum satis est. Tum se undique ab omnibus stricto ferro peti videns, neque soli inter tantos et inermi quidquam auxilii esse intelligens, spiritum recollectus, ne quid indecorum moriens diceret aut faceret, neque omnino aliquid dixit: nisi quod ad primum vulnus parumper <sup>60</sup>infremuit, nulla voce tamen emissas: et M. Bruto in se irruenti, Græcum fertur nescio quod breve dixisse, de quo Cæsarem ipsum dicere solitum refert Cicero Epistolarum ad Atticorum libro <sup>61</sup>xxxix. Magni refert quid hie velit, sec quicquid volet valde volet: et ipse quidem in extremo toga caput obnublit, lœvaque sinum vestimenti ad inferiores partes corporis extendit, quo casus esset honestior. [272] Ita ille qui tot terras primum, post in urbe Roma terrarum orbem mira felicitate subegerat, una hora III. ac XX. vulneribus ad terram datus occubuit: inque omnem terram auditus est ruinæ fragor ingentis. Quam indigne autem sit occisus, vel hinc patet, quod plures ex his qui eum occiderunt, in testamento ejus filii, si quis forte nasceretur, tutores erant nominati, quidam quoque in secundis hæredibus scripti erant: ut D. Brutus, qui maxime in cæde ac præcipue videtur ipsius fuisse: quod quidem testamentum paucis ante mortem mensibus fecerat. Nam in altero ante belli civilis initium, ut quidam tradunt, Gn. Pompejum generum suum unicum scripserat hæredem, sed bello exorto mutandi testamenti justissima causa fuit: Nemo enim hostem sibi vult hæredem legatum. Populo Romano publice reliquit hortos quos circa Tiberim habebat, private autem ac viritim trecentos sextertios: quod legatum ingens fuisse, quisquis populi numerositatem attendit, intelliget. Decreverant occisores corpus in Tiberim jactare, bona publicare, acta revocare: sed magnitudine perpetrati facinoris attoniti, et metu M. Antonii qui tunc consul, et Lepidi, qui magister equitum dictatori erat, abterriti destiterunt:

fuitque illis unica fuge cura: et nisi eam <sup>62</sup> Iudibrium extincto præparatum mirificos in homines versum <sup>63</sup> est. Rogus ei accensus in campo Martio secus tumulumJuliae, nescio quidem an filiae an sororis, utriusque enim nomen fuerat: aedes aurea templi in formam memoriae ejus extracta; lectus eburnens auro stratus ac purpura ad caput ejus; trophæum ad gloriam, et vestis in qua erat occisus ad commiserationem spectantium excitandam: simulque inter ludos funereos ad misericordiam occisi, [273] et invidiam occisorum <sup>64</sup> pecuniarum illud inter alia decantatum: ‘Me, servasse, ut essent qui me perderent?’ laudationes in funere virorum illustrium fieri solitæ, propter prolixitatem et pompam funeris, cui <sup>65</sup> dives non suffectura videbatur, prætermissæ sunt: earumque in locum senatus consultum breve per praeconem jussu Consulis recitatum est, quo Cæsari omnes honores divinos humanosque decreverat: et præterea jusjurandum, quo se omnes pro salute ejus obligaverant, ut evidentius non modo cædis sed perjurii scelus esset: pari compendio permisum est, munera ad funus ex more ferentibus, ut sine crinaline quo quisque vellet, in itinere suum munus in campum ipsum Martium deferret, inde in forum a magistratibus delatus est. Dumque ubinam cremandus esset in quæstionem venisset, aliquie in curia, in qua occisus erat, alii in cella Jovis dicerent: subito duo viri ignoti succineti gladiis, et jacula bina gestante, ardentibus <sup>66</sup> cereris igne accenso diremerunt litem, secutique omnes quasi divinitus præmonstratam viam, multi vestes, multi arma quibus ornati advenerant, flammis injecere: præcipue veterani, qui sub illo victoriosissime militarant, quasi jam armis vale dicerent, illo extincto, qui summum fuerat deus armorum. Matronæ etiam sua in ignem et filiorum ornamenta jaetabant; iunctus ingens fuit non Romanorum modo sed exterarum gentium quoque, maxime Judæorum, qui sepulchrum ejus aliquot continuis noctibus pro officio frequentarunt. Peracto funere plebs Romana ad domum Bruti et Cassii facibus armata contendit, vixque inde repulsa <sup>67</sup> Erulum Cinnam infelicem quandam hominem casu obvium errore nominis delusa discepserpit, credens alium esse, quem mordaciter per eos dies contra Cæsarem locutum esse constabat, [274] affixitque hastæ caput velut taliter suum ducem ulta gestavit. Sic alienæ culpæ

<sup>62</sup> Aliquid deest, ut arripuissent: aut simile.—<sup>63</sup> Lege, *esset*.—<sup>64</sup> Forte, *Pacuvianum*.—<sup>65</sup> Forte, *dies*.—<sup>66</sup> Lege, *cereis*.—<sup>67</sup> Forte, *Helvium*: sic Suet.

ille innocens pœnas dedit. Post haec Numidici lapidis columnam in eodem loco posuit viginti pedum altitudinis,<sup>68</sup> in scipione addita, *Parenti patriæ*: ad quam et sacrificare et vovere et jurare per Cæsarem diutius observatum est. Periit anno aetatis vi. et L. relatus est in numero Deorum, non modo principum auctoritate, sed opinione etiam populari: nam Iudis quos ibi Augustus Cæsar hæres ejus instituit, crinita quædam stella VII. continua diebus circa XI. horam lucis apparuit: persuasumque est<sup>69</sup> crudele plebi, Cæsaris esse animam in cœlum admissi: quo profecto aliis viis, quam armis, et bellis, aliisque quam de armato hoste victoriis atque triumphis ascenditur. Hujus stellæ et Virgilius poëta mentionat in Bucolico carmine, et simulachrum ipsum Cæsaris<sup>70</sup> iudicio, cuius in vertice stella est. Denique opprobrium illud, quod conjurati in extinctum meditati erant, primo quidem in tempus ac locum cædis versum est: nam et curiam ipsam eum infaustum locum claudi jussum est: hodieque præclusa vixque accessibilis est.  
 "Diis Martias parricidium nominari"<sup>72</sup>, hoc adjecto, ne unquam die illo senatus haberetur.<sup>73</sup> Dictum etiam in ipsos<sup>74</sup> sedis auctores: quorum nullus triennio amplius supervixit, nullus morte obiit naturali: damnati omnes diversis eventibus periere, alii naufragio, bello alii,<sup>75</sup> quidem seipso gladio, quo Cæsarem vulneraverant, occiderunt, ut evidenter ostenderetur, cædem illam nec Deo nec hominibus placuisse.

Explicit Liber. Deo gratias.

<sup>68</sup> Lege, *inscriptione*. —<sup>69</sup> Lege, *credule*. —<sup>70</sup> Forte, *iudicat*. —<sup>71</sup> Forte, *Idus*. —<sup>72</sup> Forte addendum, *placuit*. —<sup>73</sup> Forte, *Versum*. —<sup>74</sup> Lege, *cædis*. —<sup>75</sup> Lege, *quidam seipso*.

TESTIMONIA CLARORUM VIRORUM  
DE JULIO CELSO,  
EJUSQUE COMMENTARIIS.

---

SPECULUM Historiale *Vincentii Belloræensis seu Beluacensis Episcopi* (qui floruit circa Annum 1240) impress. *Venetiis* 1494. *Fol. Antiqua Dicta Moralia Julii Celsi* continet. Lib. vi. 5. *Alia multa de Bello Cæsarum narravit Orosius et Julius Celsus, ex quibus multa sequuntur excerpta;* quæ consulat Lector.

Fragmenta illa *Julii Celsi* a *Vincentio* memorata, si in nostro Auctore reperiantur, *Grævii* conjecturæ minus faverent de tempore Scriptoris horum commentariorum, qui sæculum minus barbarum, stylumque haud cucullatum sapiunt, licet verisimile sit *Celsum* nostrum aliquibus in locis corruptum aut interpolatum fuisse. Sieut ipsum *Cæsarem*, veteres fere universos, (*Poëtas* vero omnium minime) Lectorum et Seribarum more. Sæculo forte quinto vel sexto floruit *Celsus* noster, nam in *Codicibus antiquissimis Julius Celsus Constantinus et Constantinopolitanus* scribitur, et in omnibus fere *Mss. C. Cæsarum Commentar.* extat nomen ejus; invalidit enim consuetudo clarissimorum virorum lectionis testimonium libris ascribere, ut fides emtoribus et lectoribus fieret, non mendosum esse codicem qui a tanto viro fuisset perfectus, recensitus, vel emendatus; quod postea Typographorum nomina supplere solebant.

*Gualterus Burleus Anglus* (qui floruit circa Annum 1230) de vitis Philosophorum. *Quarto Impress. Lovanii 1474. a Johan. de Westfalia, et a Joan. Horne ter Ann. 1472.*

De *Julio* Historiographo, c. 104.

*Julius Celsus* Historiographus scripsit diligenter de Bello *Cæsarum* Librum, quem in v. Libros distinxit: in quibus multa doctrinalia mirabilia continentur, ex quibus pauca hic posita sunt.

‘ Naturale est omnes homines studio libertatis incitari, et conditiones servitutis odisse. Rerum omnium Magister est usus. Quod volumus libenter cernimus et credimus. Terror hominibus consilium mentemque eripit, et membra debilitat. Fortuna eos plerumque quos plurimis beneficiis ornavit, ad duriorem casum reservat. Quæ sentimus ipsi reliquos sentire speramus. Inter duos bellantes hoc unum tempus belandi de pace est, dum sibi uterque confidit, et ambo pares videntur; quod si alteri paululum fortuna tribuerit, vix utetur conditionibus pacis qui superior videtur, nec æqua parte contentus erit, qui se omnia habiturum sperat.’

‘ Joannes Magnus (qui floruit circa Annum 1420.) in *Sopholog.* impress. Parisiis 1475. Fol. edit. a Roderico Episcopo Zamorensi, Hispano, et Paulo Secundo in Script. v. 13. III. 7. aliisque locis, Sententias *Julio Celso* tribuit quæ in Cæsaris Commentariis reperiuntur; quod non mediocriter confirmare videtur opinionem *Floridi Sabini* (l. II. subsec. Lect. c. 2.) qui tres de Bello civili Libros, *Cæsaris* esse negat; tum *Ludovici Carrionis* (*Lipsii Epistol. l. II. Epistoli-car. Quæst.*) qui et Belli Gallici commentarios *Julio Celso* ascriben-dos putat.

*Albert Eyb Secretarius Papæ Pio Secundo* (qui obiit 1454.) in *Margarita sua Poëtica Impress. Romæ 1475.* Fol. pag. 184. Z. *Julii Celsi de gestis Cæsaris Autoritates incipiunt*, duasque paginae implet, quas curiosus Lector adeat, et cum Textu *Græviano* conferat.

#### *Gerard. Joh. Vossius Institut. Orator. v. 10.*

— Verum *Celsi* Commentarii de Rebus a *Cæsare* gestis δἰς διὰ πασῶν differunt a *Cæsaris* Commentariis, ut sciunt, siqui cum *Cæsare* contulerunt editionem *Celsi Ann. 1473.* cuius nullam a *Gesnero* aut *Simlero* mentionem factam miror, ut qui haud aliud dicunt, quam, istorum fieri commentariorum mentionem in *Margarita Poëtica Alberti Eibii* paulo junioris *Jacobo magno Toletano*. Interim fatemur *Celsum* non tantum *Cæsaris* gesta conscripsisse, sed et *Cæsaris* commentarios, sive recensuisse, sive corrupisse: certe in MSS. meo *Cæsare Hirtioque* ter locis distinctis ascriptum: *Julius Celsus Constantinus J. C. legit.*

*Gerard. Joh. Vossius de Histor. Lat. I. 13.*

Est fragmentum illud (a Casanbone notatum notis in *Tranquill.* I. 56.) desumtum ex *Julii Celsi Commentariis de vita Julii Cæsaris* (edit. Ann. 1473). Est vero hic *Celsus* idem, qui *Cæsarem* recensuit: unde multis *Cæsaris* Codd. MSS. subjunctum legitur, *Julius Celsus vir clarissimus et comes recensui*: vel hoc pacto: *Julius Celsus Constantinus V. C. legi*. Inter Historicos refertur, et diligenter de *Julii Cæsaris* gestis scripsisse dicitur a *Gualtero Burleo Anglo*, *Petrarchæ* æquali; et omnino valde errant, qui fragmentum ante memoratum ipsius *Petrarchæ* esse volunt. Sane ex istis *Celsi* Libris, quorum a nemine ante nos mentionem factam miror, multa in *Cæsare* feliciter possunt restitui, quod aliquando, *œr. Θεοφ.*, ostendebat: eeterum *Oxonie* in *Collegio Cœperis Christi* habes MSS. eum hac Epigraphe: *C. Julii Cæsari, per Julium Celsum Commentarii: utrum Cæsaribus, an Celsi sint, melius dixerint qui videre.*

*Salmasii Prolegomen. in Solinum.*

Sic Subscriptiones illæ plerisque libris apponi solitæ, quæ testantur recognitionem alicujus Emendatoris, in omnibus pariter conspicuntur, etsi non eandem ætatem præferentibus; ut illa quam nuper legebam in scripto Codice *Cæsaris commentariorum de Bello Gallico*, in hunc modum concipitur, *Julius Celsus Constantinus V. C. legi*. In aliis *Julius Celsus* quasi Auctor eorum commentariorum subscribitur, magno errore: qui tamen impulit doctissimum suæ ætatis Criticum (*Lipsium*) ut dubitaret an *Julii Cæsaribus* essent illi commentarii, et non potius *Celsi*.

# HENRICI DODWELLI DISSERTATIO

DE AUCTORE LIB. VIII. DE BELLO GALL. ET ALEX. AFRIC.  
ATQUE HISPAN.

---

*Auctor Prologi ad librum de bello Gallico viii.  
Hirtius potius fuisse videtur quam Oppius.*

Si quidem recte habeat locus Suetonii, jam tum extiterint oportet libri omnes, quos pollicetur auctor Prologi ad librum belli Gallici viii. nondum autem, ut videtur, sub nomine Julii Celsi, sed Oppii duntaxat et Hirtii: erantque sane ambo illi Cæsari satis familiares. Cur autem Oppio tribuerentur, eam causam satis verisimilem mihi videre videor, quod auctor ille, quicumque demum is fuerit, Balbo prologum suum inscripserit. Erant enim sane Oppius atque Balbus necessitudine aliqua, quam nescimus, ut videtur, invicem conjunctissimi: forte officii alieujus causa, utriusque curæ a Cæsare crediti. Certe utrique inscriptas non-nullas epistolas Cæsaris habemus hodieque in libro Ciceronis ad Atticum ix. Et libros fuisse epistolarum ad utrumque, docet Gellius l. xvii. Noct. Attie. c. 9. qui rationem addit, quod res ejus absentis curarent. Literas curasse, docet Cicero ad Quint. fr. ep. 1. Se autem bello Alexandrino atque Africano abfuisse, lubens agnoscit Prologi auctor. Sed absentia illa Cæsaris erat in Gallia, si quidem ex epistolis a Cicerone conservatis liceat de reliquis augurari. Spectant enim illæ ad prima belli civilis initia. Ex his igitur epistolis ad Oppium datis rerum gestarum memorias accipere potuit, si quis junior Oppii nomine libros edidisset. Ita fieri, ut pari fide dignæ sint rerum gestarum narrationes, seu hos libros ipse exararit Oppius, seu junior Oppio quispiam collegerit e Cæsaris epistolis, Oppio inscriptis atque Balbo. Certe Oppio res Cæsaris etiam arcanas fuisse exploratissimas, ex eo libro colligitur, quem scripsisse testatur Oppium Suetonius Jul. cap. 52. ut probaret non fuisse Cæsaris filium, quem dixerit Cleopatra, nempe

Cæsarionem. Minus tamen idoneus fuisse Oppius ad scribendum de hoc argumento, si ipse quoque bello Alexandrino non interfuisset. Melius ergo, hæc de causa, Hirtium hujus Prologi auctorem existimabimus. Oppii enim testimonio de filio Cæsaris pugnabat etiam Antonius, vix ita certe facturus, nisi Alexandriæ cum Cæsare adfuisset. Nescio etiam, an hic fuerit Oppius legatus, eujus mentio in bello Africano cap. 68. Et certe Hirtio magis favet ipse Suetonius, dum Hirtii nomine verba ex illo ipso advocat Prologo, quæ hodieque ibi reperiuntur.

*Idem auctor librorum sequentium de bello Alexandrino, Afric.  
Hisp. sed post Cæsaris mortem.*

Sie ergo res, ni fallor, habuerit. Primus auctor prædicti Prologi, qui Cæsaris scripta digessit pariter ac supplevit, non Oppius fuerit, sed Hirtius, qui proinde ibidem, ubi Balbus, fuerit, quod assiduis illius non literis, sed vocibus, coactus onus illud scribendi susceperebat. Scripsit ergo Hirtius Prologum ad amicum Cæsaris, Cornelium Balbum Gaditanum ditissimum. Et in prologo commentarios a se scriptos supponit rerum gestarum Galliæ, non comparandos superioribus atque insequentibus Cæsaris scriptis. Hi commentarii alii esse non poterunt ab VIII. qui Prologum proxime excipiebat, belli Gallici libro, medio nimirum inter libros Gallici belli priores, quos censet superiores, et libros belli Civilis, quos pro scriptis ejusdem Cæsaris habet insequentibus. Sic nihil habent, quo se tueantur Floridus Sabinus et Ludovicus Carrio. Hunc librum se contexuisse testatur Hirtius: proinde jam antea scriptum, et medio tamen illo, quem dixi, loco dispositum. Hæc erat nimirum scriptorum Cæsaris digestio illa, de qua loquitur noster, tot sæculis recentior, qua sua scriptis ipsius Cæsaris media contexuit coævus Hirtius. Noster etiam editos in lucem libros Cæsaris testatur ab aliis, qui rebus ipsis interfuerant. Unde hoc? Nempe ex illis Prologi verbis: ‘qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum scriptoribus deesset.’ Sed perperam noster intellexit, si tum primum editos in lucem Cæsaris commentarios censuerit, cum Prologum scriberet Hirtius; nempe post mortem Cæsaris. Immo jam antea in clara luce fuisse versatos e Ciceronis constat Bruto: immo ex hoc ipso Prologo. Jam enim probatos omnium judicio testatur, jam in omnium admiratione fuisse, quasi bene emendateque scriptos. Non ergo de sua, sed Cæsaris, editione

loquitur Hirtius, cum illud editionis consilium agnoscit, tantum ne scientia tantarum rerum scriptoribus deesset. Exprimunt hæc verba Cæsaris potius de suis scriptis agentis modestiam, quam Hirtii de iisdem admirationem. Idem Prologi auctor *novissime imperfecta ab rebus gestis Alexandriæ ad finem vitæ Cæsaris se confecisse* testatur. Proinde jam una cum Prologo libros suos jam penitus confessos de bello Alexandrino, Africano, auctor emiserit. Immo de bello etiam Hispanico, (quoniam illius in Prologo non meminerit) quod prædictam epocham, quæ ad Cæsaris mortem usque pertigit, hoc quoque bellum antecesserit.

*Librum Hirtii de bello Africano multis post Hirtium sæculis  
interpolavit Julius fortasse Celsus.*

Et tamen, præter Hirtium, alium saltem fuisse censem noster, qui Cæsaris scripta ad ejusdem cædem suppleverit. Ita certe loquitur, quasi saltem uno plures hoc idem officium præstiterint. Quoniam vero id pacto verum esse potuit, siquidem ad ipsam Cæsaris cædem res gestas Cæsaris perduxerit Hirtius? Nempe, ut opinor, quod A. Hirtii nonnulla perierint, suppleta a Julio Celso, alienissimaque ab Hirtii mente sententia interpolata. Bello certe Africano atque Hispanico multa legimus, quæ vix ævi, quo vixit Hirtius, esse potuerint, nedum ipsius Hirtii. Et tamen vice versa nonnulla, quæ coævum stylum sapient, non autem illum, qui a juniore fuerit interpolatore. Ab Hirtii etiam vel ætate in libro de bello Africano abhorret usus vocis *imperator*, quo saepè disceptatum dicit auctor, quis esset pro populi Romani imperatore agnoscendus, Cæsar an Scipio. Quasi nimirum unicus esset populi Romani, ut postea, imperator, qui rei summæ præcesset. Hoc autem sæculo qui singulis Romanæ ditionis provinciis præerant cum imperio, seu cum jure gladii, ii imperatores habebantur. Vix tamen ita appellabantur, nisi ob res gestas imperatores ab exercitu fuissent acclamati. Sic autem Cæsarem imperatorem ne quidem poterant negare Pompeiani, cui dictatura fuerat e sententia Senatus populique Romani delata; quippe etiam ab exercitu imperator fuisset appellatus. Sed nec illud coævi fuisse videtur, quod mense, quo Cæsar in Africam appulit, Januario, seribit auctor per anni tempus in mari classes sine periculo vagari non potuisse. Octobris enim Juliani die XIII. cœpit anni confusionis 708. ille Januarius, exiitque ante Nov. XI. quo hædi oriebantur, quo ortu cœpit epocha maris clausi. Quod

porro ait centurionem Cæsaris **xxxvi.** annis pro Cæsaris dignitate victoriaque depugnasse, ita manifesto falsum est, ut ægre scribi potuerit a coævo. Detrahantur a prædicto confusionis anno 708. anni 36. reliquus erit annus U. C. Varron. 672. quo sub Cæsare mereri cœperit. Atqui certum est primam Cæsaris provinciam fuisse ex prætura, anno Varron. 692. Doluit præterea Cæsar teste Suetonio c. 7. quod nihil dum a se memorabile gestum esset in ætate, qua jam Alexander orbem terrarum subegisset. Ætas illa erat ann. 33. ut præter alios docet etiam Cicero Philipp. v. Natus est Cæsar **iv.** Id. Quintil. ann. Varr. 654. Sic annum 33. absolverit anno demum Varr. 687. ineunte Quintili, annis post prædict. 672. quindecim. In hoc tamen numero consentiunt editiones exscriptoresque, in quibus et noster, ne dabitemus, ab interpolatore ita scriptum esse. Hic idem liber Q. Ligario vitam in Africa concessam esse narrat, cap. 89. Quod tamen certissime falsum esse, constat ex insigni Ciceronis, post redditum Cæsaris, oratione pro Ligario. Coævi scriptoris tam crassus error esse vix potuit. Et L. Cæsari vitam a Julio, facileque concessam vult auctor belli Africani. *Contra Dio lib. XLIII. contra Suetonius Cæs. cap. 75.* contra coævus Cicero. Mitto rem, quam auctor ipse incredibilem fatetur, ab equitibus Cæsaris **xxx.** Gallis Maurorum equitum duo millia loco esse pulsa. Mitto provocationem centurionis prædicti, ut cum suis decem cum cohorte Scipionis firmissima concurreret. Hæc plane fabulatorum genium sapiunt potius quam prudentissimorum, quibus sæculum illud politissimum abundabat, scriptorum. Huc etiam illud refero cap. 70. quod dicit, Cæsar si non amplius tres aut quatuor milites veterani se convertissent, et pila viribus contorta in Numidas infestos conjectissent, amplius 11. millium numero ad unum terga vertisse. Sunt etiam in dictione plurima, quæ nemo peritus harum rerum censor ad Cæsaris ætatem retulerit: cap. 12. *galeati.* Non me fugit illud, sed poëta: *galeatum sero duelli pœnitit.* S. Hieronymi Prologus galeatus senior est. Cap. 31. *ignota peccata legimus, quibus ignoscebatur.* Cap. 19. *innumerabilis.* Cap. 46. *cruciabiliter imperfecti.* *Parrulam causulam* cap. 54. *Parvum senatorem* cap. 57. *Magnis copiis auxiliisque regis prædicti* cap. 58. *Suppetias occurrere* cap. 66. 68. Cap. 77. *commecatus.* Non a castris tamen, sed *ad castra.* Cap. 78. *ut habent facultatem turmas Julianas circumfundere.* Ibidem *satagere, pro prælio laborare.* Cap. 88. *mentem in fuga destinatam.*

Africanum hunc scriptorem, hisque temporibus juniores, arguunt tot immixtae voces Graecæ atque Hellenismi. Qui mixto essent genere, *Hibridas* appellat cap. 19. *Hippotoxotas* habet ibid. *Epibatas* cap. 20. 62. 63. *Catascopum* cap. 26. In *salo esse* huic auctori cap. 46. 62. 63. tantundem valet, quod Graecis σαλεύειν, et διασαλεύειν, et de navi dicitur, quæ liberæ fluctuum marinorum agitationi exponitur. Sunt in eodem libro alia, quæ coævorum peritiam sapiant. Virgiliarum signum confectum memorat post VI. Kal. Feb. cap. 47. pro vero scilicet illius anni calendario, quo Febr. 1. in Novembr. Juliani diem XI. conveniebat, quo Pleiadum confectionem refert Plinius. Alter certe sensit hic auctor, quam interpolator, qui etiam Januarium ab Octobr. Juliani die XIII. incipientem per anni tempus periculosum esse voluit navigantibus, et quidem ita periculosum, ut mediis belli casibus magis tamen esset, quam bellum ipsum, metuendus. Et manum etiam coævam accuratioremque indicant tot voces militares, aliæque technicæ, magis hic vero temporis decoro respondentes, quam pro captu junioris interpolatoris. Librum ergo Hirtii de bello Africano ad Julii Celsi aetatem pervenisse puto: sed mutilum fortassis, aut qui Celso mutilus haberri posset. Hoc utique prætextu vel suis, vel nescio cuius alterius fabulatoris fragmentis interpolavit.

*Itidem factum in libro Hirtii de bello Hispanico.*

In bello Hispanico adhuc pauciora coævi scriptoris vestigia sunt, plura autem interpolatoris, et quidem ejusdem, qui bellum Africanum suis commentis auxerat. Eadem in voce *facultas* elegautia, quæ supra cap. 12. *cis ad ignoscendum nulla est data facultas*. Cap. 40. *naves, quæ in salo fuerunt*: pro exemplo itidem a nobis supra observato. Nec dissimiles alii occurruunt sequiorum sæculorum barbarismi. Cap. 7. *reliquæ ex fugitiris auxiliares consistebant*. Cap. 12. *bene magnum tempus*. Cap. 13. *simulque ballista missa a nostris turrem dejecit*. Cap. 16. *existimabant eos posse conatum efficere*. Cap. 29. *adversarii patrocinari loco iniquo non desinunt*. Cap. 33. *libertum, qui fuisset ejus concubinus*. Cap. 39. *gradiebatur Hispalim*. Cap. 42. *provinciam depopulavit*. Et præter morem horum scriptorum Ennii poëta fragmentum advocat, cap. 23. 31. Illa vero quam inepta, quibus tamen Cæsar, summi prudensissimum oratoris, personam agit hic sophista: *An, me deleto, non animadvertebas, decem habere legiones populum Romanum, quæ*

*non solum vobis obsistere, sed etiam cælum diruere possent?* Declamatoris illa, non oratoris, affectatio est. Dixerunt quidem Germani, Suevis suis ne Deos quidem immortales pares esse potuisse, Bell. Gall. lib. iv. c. 10. sed barbari illi, non Romani. Inter Ciceronianas multorum coævorum legimus epistolas; nullam tamen, quæ cothurnum illum sapiat. Nullum erat, ætate Cæsaris, otium istiusmodi ingenii lusibus, cum de rebus seriis momentisque, de vita fortunisque clientum vel fama agerent oratores. Sunt nihilominus primævi auctoris Hirtii etiam in hoc opere vestigia. Quæ habet communia cum aliis bona fidei auctoribus, non aliunde emanasse censeo: inprimis illud, quod Cæsarem dicat dictatorem iii. designatum iv. non (ut vult auctor alioquin accuratestissimus in historia Romana, Siganus) anno, quo Africam recepit, sed quo bello civili in Hispania finem imposuit, Varr. scilicet 709. Sic enim coæva marmora Capitolina atque Colotiana. Sic etiam coævi nummi. Immo auctor, quem sequebatur, Plutarchus: melius scilicet, quam alii, etiam veteres, nec ab hoc sæculo admodum remoti, qui dicturat Cæsaris unitate faciunt auctiorem. Hirtii etiam personam arguit, quod hoc toto bello Hispanico sic loquitur auctor, quasi ipse præsens adsuerit, et Cæsaris partes fuerit amplexus. Prima fere persona *Nos*, inquit, et Cæsarianos *nostros* appellat. Hoc nempe erat, quod in belli Gallici libri viii. Prologo ipse monuerat Hirtius, sibi ne illud quidem accidisse, ut Alexandrino atque Africano bello interesset: innuens proinde, in reliquis bellis sibi quoque operam fuisse non inutilem. Non ita certe in bello Alexandrino loquitur, aut Africano. Nusquam ibi prima, sed tertia persona, absensis nimirum potius quam illius, qui rebus ipse gerendis interfuerit, narrationem instituit. Nec puto hoc prævidisse interpolatorem, in reliquis adeo personæ, quam sustinuit, incautum atque obliviousum,

# C. JULII CÆSARIS

## V I T A

A PLUTARCHO GRÆCE SCRIPTA;

CUM NOTIS

A FRID. SCHMIEDER,

PHILOS. DOCTOR. GYMN. REGII BREGENSIS RECTORE ET  
PROFESSORE.

---

### CAP. I.

Cæsari propter affinitatem cum Mario hostis est Sylla, quo dictatore sacerdotum ambiens in vitæ periculum incurrit et fugit. In Sabinis pecunia se redimit a militibus Syllæ; in Asiam vectus circa Pharmacusam insulam a piratis capitur. (Natus est C. J. Cæsar patri C. Julio Cæsari ex Aurelia quarto Idus Quinctilis [postea Julii] Cs. C. Mario sextum, et L. Valerio Flacco, ab U. c. 654. a. Chr. nat. 100. Adjunxit Plutarchus Alexandro Cæsarem, quod (ut ait Velleius II.41.) *Magno illi Alexandro, sed sobrio, neque iracundo, simillimus erat.*)

**T**HΝ Κίννα τοῦ μοναρχήσαντος<sup>1</sup> θυγατέρα, Κορηηλίαν, ὡς ἐπε-

### NOTÆ

1 *Toῦ μοναρχήσαντος*] Usus est hoc vocabulo Plutarchus hic aliquantulum improprie. *Μονάρχης* seu *μόναρχος protyranno*, et *μοναρχῶν protyrannidem gerere*, apud Græcos sæpe dicuntur. Nimirum id vocabuli tum eum significat, qui solus rerum potitur, idque injuste. L. autem Cornel. Cinna non solus quidem, sed cum collegis quatuor consulatum gessit (a. Chr. n. 87-84.): quia tamen ii fere ab ipso pendebant, et nutu Cinnæ agebantur omnia, isque Marianam tyrannidem resuscitaverat, non male dicitur hic *μοναρχῆσαι*. *Xylander*. Sic Marium, Syllam, et dictatores *μονάρχας* Græci dicunt. Sic Plutarch. infra c. 37. dictaturam *μοναρχῶν*: item c. 57. Corneliam Cæsar uxorem duxerat a. Chr. 84. anno ætatis decimo septimo. Sylla creatus est dictator perpetuus a. Chr. n. 82. et vixit usque ad annum 78.

κρύπτησε Σύλλας, οὗτ' ἐλπίσιν, μῆτε φόβῳ δυνηθεὶς ἀποσπάσαι Καίσαρος,<sup>2</sup> ἐδήμευσε τὴν φερνὴν αὐτῆς.<sup>3</sup> Αἰτία δὲ Καίσαρι τῆς πρὸς Σύλλαν ἀπεχθείας, ή πρὸς Μάριον οἰκειότης ἦν. Τουλίᾳ γὰρ, πατρὸς ἀδελφῆς Καίσαρος, ὁ πρεσβύτερος συνώκει Μάριος, ἐξ ἧς ἐγεγόνει Μάριος ὁ γεώτερος, ἀρεψίας ὁν Καίσαρος. Ως δὲ ὑπὸ πλάκους φάσιν ἐν ἀρχῇ καὶ δι' ἀσχολίας ἐπὸ Σύλλα παροράμενος οὐκ ἡγάπησεν, ἀλλὰ μετὰν ἵρωσύνην<sup>4</sup> εἰς τὸν δῆμον προσῆλθεν, αὖπερ πάιν μειράκιον ὥν, ταύτης μὲν ἐκπεσεῖν αὐτὸν ἴπεραιτιώθεις Σύλλας παρεσκεύασε περὶ δὲ ἀγαρέσεως βουλευόμενος, ἐρίων λεγόντων, ότι οὐκ ἔχοι λάγον ἀποκτινύναι παιδία τηλικοῦτον, οὐκ ἔφη τοῦν ἔχειν αὐτοὺς, εἰ μὴ πολλοὺς ἐν τῷ παιδὶ τούτῳ Μαρίους ἐγράψει.<sup>5</sup> Ταύτης τῆς φωτῆς ἐνεχθείσης πρὸς Καίσαρα, συνχρόνη μὲν τινα χρόνον πλανάμενος<sup>6</sup> ἐν Σαβίνοις ἐκλεπτεν ἑαυτόν· ἐπειτα δὲ ἀρρώστιαν<sup>7</sup> εἰς οἰκίαν ἐτέραν<sup>8</sup> μετακομιζόμενος, κατὰ νίκητα πειπίπτει στρατιώταις τοῦ Σύλλα διερευνωμένοις ἐκεῖνα τὰ χωρία, καὶ

## NOTE

<sup>2</sup> Ἀποσπάσαι Καίσαρ.] H. c. Cæsarem compellere non potuit, ut eam repudiaret. Pompeium eo compulerat, ut Antistiam dimitteret, quamvis ejus pater propter Pompeium occisus esset; (Plut. Pomp. 9.) item M. Pisoneum, Consularem ut Anniam, uxorem dilectam, Cinnæ viduam, repudiaret. Vellei. II. 41. Nolebat igitur Sylla, quenquam amicorum per uxorem hostium suorum propinquum esse.

<sup>3</sup> Ἐδήμη. τὴν φερνὴν] Ex mente Plutarchi et Suetonii haec pœna arbitria fuit. Ex Plutarchi vero in V. Sylloge c. 31. mulcta inflicta est ex lege Cornelia de Proscriptione, qua proscriptorum et liberi et nepotes bonis patriis privabantur.

<sup>4</sup> Μετὰν ἱερωσύνην] Velleius II. 43. Cæsar, inquit, pæne puer a Mario Cinnaque Flamen Dialis creatus est. Hoc factum esse potuit a. Chr. 86., Cinna iterum, Mario septimum Consule, quo anno Marius obiit, Cæsar <sup>xv<sup>um</sup></sup> ætatis egit. Tum vero, cum propter ætatem non inauguraretur, Sylla dictatore, <sup>xix<sup>um</sup></sup> annum agens, h. c. οὕπερ πάνυ μειράκιον (quo vocabulo Plutarchus in Alex. c. 2. de ætate <sup>xxiv.</sup> annorum utitur) petere potuit,

ut inauguraretur; de qua re si Plutarchum interpretarisi, Velleio et Suetonio Jul. I. non contrarius est. Pro *εἰς τὸν δῆμον προσῆλθεν* Reiske aut πρὸς (vel ὡς) τὸν δ. προσῆλθεν, aut *εἰς τὸν δῆμον προσῆλθεν* legendum censem. Sacerdotio Cæsar multatus est et propter affinitatem cum Mario et ob Corneliam non dimissam.

<sup>5</sup> Ἐγράψει] Sueton. hoc dictum esse refert a Sylla precibus propinquorum Cæsaris jam expugnato, ut juveni ignosceret. Multi Marii h. e. (interprete Casaub.) ingenium aptum viro popularis factionis, inimico optimatum, quale fuit in Mario: sed majus atque aerius multo quam ipse Marius habuerit.

<sup>6</sup> Πλανάμενος] Prope per singulas noctes latebras commutans.

<sup>7</sup> Δι' ἀρρώστιαν] Morbo quartanæ aggravante. Casauboni conjecturam δι' ἀρρώστιας h. c. ἀρρώστων recte Rualdus non censem necessariam. Jam enim vulgata statum ipsum, in quo tum fuerit Cæsar, indicari; non cau-sam, cur domum commutarit.

<sup>8</sup> Ἐτέραν]. Subaudi ἐξ ἐτέρας, ἐν ἦ τέως ἐλελήθει κεκρυμμένος. Reiske.

τοὺς κεκρυμμένους συλλαμβάνουσιν. Ὡν τὸν ἡγεμόνα, Κορνήλιον,<sup>9</sup> πείσας δυσὶ ταλάντοις ἀφείθη, καὶ καταβὰς εὐθὺς ἐπὶ θάλατταν, ἔξεπλευσεν εἰς Βιθυνίαν πρὸς Νικομήδη τὸν βασιλέα.<sup>10</sup> Παρ' ᾧ διατρίψας χρόνον οὐ πολὺν, εἶτ' ἀποπλέων, ἀλίσκεται περὶ τὴν Φαρμακοῦσαν νῆσον ὑπὸ πειρατῶν, ἥδη τότε στόλοις μεγάλοις καὶ σκάφεσιν ἀπλέοις κατεχόντων τὴν θάλατταν.

## CAP. II.

Cæsaris ratio sese inter piratas gerendi. Dato liberationis pretio classem celeriter parat, Cilicesque captos in crucem tollit.

Πρῶτον μὲν οὖν αἰτηθεὶς ὑπ' αὐτῶν λύτρα εἴκοσι τάλαντα κατεγέλλεται, ὡς οὐκ εἰδότων, ὃν ἥρικοιεν<sup>\*</sup> αὐτὸς δ' ὡμολόγησε πεντίκοντα δώσειν. Ἐπειτα τῶν περὶ αὐτὸν ἄλλον εἰς ἄλλην διαπέμψας πόλιν ἐπὶ τὸν τῶν χρημάτων πορισμὸν,<sup>1</sup> ἐν ἀιθρώποις φονικωτάτοις Κιλιξι<sup>2</sup> μεθ' ἑνὸς φίλον<sup>3</sup> καὶ δυοῖν ἀκολούθοιν ἀπολελειμμένος, οὕτω καταφρονητικῶς εἶχεν, ὥστε πέμπτων, ὅσάκις ἀναπανόιτο, προσέταττεν αὐτοῖς σιωπᾶν. Ἄμεραις δὲ τεσσαράκοντα δυεῖν δεούσαις, ὥσπερ οὐ φρουρούμενος, ἀλλὰ δορυφορούμενος ὑπ' αὐτῶν, ἐπὶ πολλῆς ἀδείας συνέπαιζε καὶ συνεγυμνάζετο. Καὶ ποιήματα γράφων καὶ λόγους τινὰς, ἀκροατᾶς ἐκείνοις ἔχρητο· καὶ τοὺς μὴ θαυμάζοντας ἄντικρυς ἀπαιδεύτους καὶ βαρβάρους ἀπεκάλει, καὶ σὺν γέλωτι πολλάκις ἡπείλησε κρεμᾶν αὐτούς. Οἱ δὲ ἔχαιρον,

## NOTÆ

<sup>9</sup> Κορνήλ.] Cornelium hunc *Phagitanam* appellat Suet. Jul. 74. nisi ab negotio abominando forte *Sphagita* dictus erat. Totidem talentis Cæsar vitam redemit, quot Sylla cneumque, qui unum ex proscriptis interemerit, promiserat.

10 Suetonio auctore in Asiam venia jam impetrata abiit, ubi sub Thermo prætore prima stipendia faciens, bis adiit Bithyniam, tum sub Servilio Isaurico in Cilicia mieruit; inde post Syllæ mortem (xxii. annos natus) Romam redux Dolabellam accusavit; quo absoluto, Rhodum petiit, ut Apollonio Molone magistro uteretur. Hoe denum itinere circa Pharmacusam insulam ad littus Asiaticum supra

Miletum a Cilicibus piratis captus est.

<sup>1</sup> Πορισμὸν] *Publica civitatum pecunia redemptus est*, Velleio auctore. Quod igitur Cæsar prædonibus xx. talenta postulantibus L. sponte sua obtulit, non liberalitas hæc fuit, sed summa confidentia civis, sociorum P. R. fortunis insultantis. Casaub. ad Suet. Articulum τὸν de suo addidit Reiske.

<sup>2</sup> Κιλιξι] De quibus Romanis potissimum insultantibus vid. Vit. Pompeii c. 24. Cum maxime florenter supra M. naves habebant.

<sup>3</sup> Φίλον] *Cum uno medico et cubiculariis duobus*. Sueton. c. 4.

ἀφελείᾳ τινὶ καὶ παιδιῷ τὴν παρῆστιαν ταύτην νέμοντες. Ὡς δὲ ἵκον ἐκ Μιλήτου τὰ λότρα,<sup>4</sup> καὶ δοὺς ἀφείθη, πλοῖα πληρώσας εὐθὺς ἐκ τοῦ Μιλησίων λιμένος,<sup>5</sup> ἐπὶ τὸν ληστὸν ἀγήγετο<sup>6</sup> καὶ καταλαβὼν ἔτι πρὸς τῇ νήσῳ τανδοχοῦντας, ἐκράτησε τῶν πλειστων. Καὶ τὰ μὲν χρήματα λειαρ ἐποίησατο, τὸν δὲ ἄνδρα ἐν Ηεργάμῳ καταθέμενος εἰς τὸ δεσμωτήριον, αὐτὸς ἐπορεύθη πρὸς τὸν διέποντα τὴν Ἀσίαν Ιουνιον,<sup>7</sup> ὃς ἐκείνῳ προσῆκον, ὅντι στρατηγῷ, κολάσαι τὸν ἑαλωκότας. Ἐκείνου δὲ καὶ τοῖς χρήμασιν ἐποφθαλμῶντος, (ἢν γὰρ οὐκ ὀλίγα) καὶ περὶ τῶν αἰχμαλώτων σκέψασθαι<sup>8</sup> φάσκοντος ἐπὶ σχολῆς, χαίρειν ἔστις αὐτὸν ὁ Καῖσαρ, εἰς Πέργαμον φέρετο, καὶ προαγαγὸν τὸν ληστὸν ἀπαντας ἀνεσταύρωσεν,<sup>9</sup> ὥσπερ αὐτοῖς δοκῶν παιίζειν ἐν τῇ νήσῳ προειρήκει πολλάκις.

### CAP. III.

Rhodum abit Cæsar ad Apollonium audiendum. Eloquentia ita excellit, ut, nisi rebus bellicis distractus fuisse, inter principes oratorum locum obtinuisse.

Ἐκ δὲ τούτου τῆς Σύλλα δυνάμεως ἢδη μαραυομένης, καὶ τῶν οἴκοι καλούντων αὐτὸν, ἐπλευσεν εἰς Ῥόδον<sup>1</sup> ἐπὶ σχολὴν πρὸς Ἀπολλώνιον

#### NOTÆ

4 Τὰ λότρα] Ab Epicerate Milesio, Cæsar's servo, comparata. *Polyæn.* VIII. 23. 1.

5 Διμένος] Classem tumultuariam dixit Velleius, II. 42.; quam *privatus* contraxerit. Igitur Milesiorum praesidiaria classis ex fædere præbenda populo Romano maritimis necessitatibus, non potest intelligi.

6 Junius, Xyandro notante, ap. Vellei. II. 42., proconsul Asiæ nominatur, et tum in Bithynia agebat.

7 Σκέψασθαι] *Venditurum fuisse captivos* auctor est Velleius.

8 Ἀνεσταύρωσεν] *Jugulari prius iussit, deinde suffigi* Sueton. c. 74. prius quam de ca re ulli Proconsulis redderentur epistole. Tanta enim celeritate Cæsar ad mare reveritus erat. Vellei. II. 42. Piratae vero non ex arbitrio Cæsar's, sed ex jure necati sunt; cavit

tantum Cæsar celeritate sua, ne supplicium auctoritate Proconsulis vel differretur, vel in servitutem mutaretur. Pecunias reddidit Milesiis. *Polyæn.* lib. 1.

1 Eis Ῥόδον] Cf. nota 10. ad c. 1. Praefero Suetonii ordinem rerum. Sæpe enim Plutarchus in rebus minoris momenti temporum rationem non curat. Voces ἐπὶ σχολὴν dedit H. Stephanus pro ἐπιστολὴν editionum præcedentium. Neutrūm placet Reiskio. Nutten V. Cl. easdem cum uno exemplari rectius prorsus eliminandas censet. Apollonium aliis Molonem cognominant, aliis Molonis filium dicunt, alii ita a Molone distinguunt, ut sint aequales, nec affinitatis illo nomine conjuncti. De eo vid. Spalding. V. Cl. ad Quintil. III. 1. Cicero Mo-

τὸν τοῦ Μόλωνος, οὐ καὶ Κικέρων ἡκροᾶτο, σοφιστεύοντος ἐπιφανῆς, καὶ τὸν τρύπον ἐπιεικοῦς<sup>2</sup> εἶναι δοκοῦντος. Λέγεται δὲ καὶ φῦναι πρὸς λόγους πολιτικοὺς ὁ Καῖσαρ ἄριστα, καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμότατα τὴν φύσιν, ὡς τὰ δευτερεῖα μὲν ἀδηρίτως ἔχειν, τὸ δὲ πρωτεῖον, ὅπως τῇ δυνάμει καὶ τοῖς ὅπλοις πρῶτος εἴη μᾶλλον, ἄλλοις<sup>3</sup> ἀσχοληθεῖς ὑφεῖναι, πρὸς ὅπερ ἥφισις ὑφηγεῖτο· τῆς ἐν τῷ λέγειν δεινότητος, ὑπὸ στρατειῶν καὶ πολιτείας, ἢ κατεκτήσατο τὴν ἡγεμονίαν, οὐκ ἔξικόμενος. Αὐτὸς δὲ οὖν ὕστερον ἐν τῇ πρὸς Κικέρωνα περὶ Κάτωνος ἀντιγραφῇ<sup>4</sup> παραιτεῖται, μὴ στρατιωτικοῦ λόγον ἀνδρὸς ἀντεξετάζειν πρὸς δεινότητα ρήτορος εὐφυοῦς, καὶ σχολὴν ἐπὶ τοῦτο πολλὴν ἔγοντος.

## CAP. IV.

Romam redux Dolbellam repetundarum accusat, tum in Macedonia P. Antonium corruptionis. Vario modo amorem civium sibi conciliat. Ciceronis de eo dictum.

'Επανελθὼν<sup>1</sup> δὲ εἰς Πάμην, Δολοβέλλαν<sup>2</sup> ἔκρινε κακώσεως ἐπαρ-

## NOTÆ

lone usus est præceptore, cum Romæ legatus esset Rhodiorum. Cic. Brut. c. 89, 90.

2 [Ἐπιεικοῦς] Apollonium Alabandensem Cicero de Orat. I. 28. hoc nomine landat, quod, cum mercede doceret, tamen non pateretur eos, quos judicaret non posse oratores evadere, operam apud sese perdere, dimitteretque, et ad quam quemque artem putaret esse aptum, ad eam impellere atque hortari soleret.

3 [Ἄλλοι] Hoc pronomen (generis mascul.) dedit Reiske ex conject. Bryani, pro vulgato ἄλλοι; cum sic locus hic possit tolerabilis videri. Restare tamen offensiunculas; non dici ὑφεῖναι τι sed τυνος; igitur legendum esse ἀφεῖναι. Conciannius denique verba sic stare: τὸ δὲ πρωτεῖον, πρὸς ὅπερ ἡ φύσις ὑφηγεῖτο, ὅπως τῇ δυν. καὶ τ. ὁ. πρ. εἴη μᾶλλον, ἄλλοις ἀσχοληθεῖς ἀφεῖναι. Mihi verosimilior est conjectura H. Stephani (alias enim aliorum, brevitatis studio taceo) vo-

cem ἀλλ' ex primis literis vocis præcedentis imprudenter repetitam censentis; et verba: πρὸς ὅπερ ἡ φύσις ὑφηγεῖτο cum sequentibus jungentis. Tum si cum Cod. Anon. legeris τῶν δὲ πρωτείων, quod vulgatae præfiero, vertendus est locus: primo vero loco, magis occupatus, ut potentia et armis principatum obtineret, cessit; propter expeditiones bellicas etc. ad illum usque gradum eloquentiæ, ad quem naturæ inclinatio eum ducebat, nou perveniens. De ejus eloquentia cf. Suet. Jul. c. 55.

4 [Ἀντιγραφῇ] Anticationem dicit. Vid. c. 54.

1 [Ἐπανελθὼν] Post Syllæ mortem, si Suetonium sequimur.

2 Δολοβ.] Sic solent Græci, Romanii Dolabella. Cn. Cornel. Dolabella Consul fuit a. Chr. n. 81. tum Proconsul in Macedonia (ad quam Romanor. provinciam etiam Thessalia et Epirus pertinebant), unde Thra-

χίας, καὶ πολλαὶ ἀπὸ τῆς Ἐλλάδος τῶν πόλεων μαρτυρίας αὐτῷ παρέσχον. Οἱ μὲν οὖν Δολοβέλλας ἀπέφυγε τὴν δίκην<sup>3</sup> ὁ δὲ Καῖσαρ, ἀμφιβίους τηγανίας, προθυμίας, συνηγρεύσεων αὐτῷ Ηόπλιων Ἀντώνιον δικαιούσης δωριδοκίας, ἐπὶ Λευκούλλου τοῦ Μάρκου,<sup>4</sup> Μακεδονίας στρατηγοῦ. Καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὥστε τὸν Ἀντώνιον ἐπικαλέσασθαι τοὺς δημάρχους, σκηνώμενον οὐκ ἔχει τὸ ἵσον ἐν τῇ Ἐλλάδι πρὸς Ἐλληνας. Εν δὲ Ῥώμῃ<sup>5</sup> πολλὴ μὲν ἐπὶ τῷ λόγῳ περὶ τὰς συνηγορίας αὐτοῦ χάρις ἔξελαμπε, πολλὴ δὲ τῆς περὶ τὰς δεξιώσεις καὶ μιλίας φιλομητοσάτης εὔνοια παρὰ τῶν δημοτῶν ἀπήντα, θεραπευτικὸν<sup>6</sup> παρ' ἡλικίαν ὄντος. Ἡν δέ τις καὶ ἀπὸ δείπνων καὶ τραπέζης, καὶ ὅλως τῆς περὶ τὴν διαιταν λαμπρότητος, αὐξανομένη κατὰ μικρὸν αὐτῷ δύναμις εἰς τὴν πολιτείαν.<sup>7</sup> Ἡν τὸ πρῶτον οἱ φθονοῦντες, οἰόμενοι ταχὺ, τῶν ἀναλογίατων ἐπιλιπόντων, ἔξιτηλον ἔσεσθαι, περιεώρων ἀνθοῦσαν ἐν τοῖς πολλοῖς<sup>8</sup> ὀψὲ δὲ ὥσθοντο, μεγάλης καὶ δυσανατρέπτου γενομένης, καὶ βαδεῖσονσης ἀντιφρονεῖται τὴν τῶν ὅλων μεταβολὴν, ὡς οἱ δεμίαν ἀρχὴν πράγματος ἡγητέον μικρὰν, ἦν οὖν ταχὺ<sup>9</sup> πιεῖ μεγάλην τὸ ἐνδελεχὲς, ἐκ τοῦ καταφρονηθῆναι τὸ μὴ κωλυθῆναι λαβοῦσαν. Οἱ γ' οὖν πρῶτος ἑπτάσθαι δοκεῖν αὐτοῦ καὶ φοβηθῆναι τῆς πολιτείας, ὥσπερ Θαλάττης, τὰ διαγελῶντα,<sup>10</sup> καὶ τὴν ἐν τῷ φιλανθρώπῳ καὶ ἰλαρῷ

## NOTÆ

cibus devictis Romam redux, a. Chr. 77. triumphavit. Cæsar itaque xxiiii<sup>mum</sup> circiter annum agebat, cum Dolabellam repetundarum accusaret. Cf. Casaub. ad Suet. Jul. 4. Mox mavult Reiske: πολλαὶ τῶν ἀπὸ vel ἐπὶ τῆς Ἐλλ. πόλεων.

<sup>3</sup> Ἀπέφυγε τὴν δίκην] *Absolutus est*, defensus a C. Aur. Cotta et Q. Hortensio.

<sup>4</sup> Τοῦ Μάρκου] Intelligatur M. Tercut. Varro Lucullus, (quem Plut. non vult cum L. Licinio Lucullo confundi) qui a. Chr. 73. cum Cassio Consul fuit, et tum Proconsul Macedoniae. De Publio Antonio et munere ejus nihil memini legere; quae hoc l. narrantur, moribus Marci Antonii, Triumviri patris, avarissimi hominis convenient.

<sup>5</sup> Ἐν δὲ Ῥώμῃ] Reisko post haec verba deesse videtur πρὸς Καῖσαρα. Sententia est: Romæ Cæsar accusa-

tos diserte defendendo multum sibi favorem comparavit. Pertinet huc ex. c. oratio pro L. Cinna, qui Lepidum secutus post ejus mortem ad Sertorium conffigerat, cui redditum in patriam consecit.

<sup>6</sup> Θεραπευτικὸν] Sc. erga plebem, cuius favorem magis quam pro juvencie venabatur.

<sup>7</sup> Εἰς τὴν πολιτ.] Suo tempore in republica valitura. *Xyl.*

<sup>8</sup> Ἡν οὐ ταχὺ, etc.] Principium, quod non cito assidua et vehementi contentione in magnum quid transducitur, sed paulatim ad majus in crescit. Conjectura mihi non opus videtur.

<sup>9</sup> Τὰ διαγελ.] Τὰ διαγ. τῆς θαλάττης est pro τὴν θάλατταν διαγελῶσαν, h. e. tranquillum et blandiens mare, quod, ne brevi effervescat, metuendum est. Inde patet, quid sint τὰ διαγελῶντα τῆς πολιτεᾶς.

κεκρυμένη τοῦ ἥθους καταμαθὼν Κικέρων, ἔλεγε τοῖς ἄλλοις ἀπασιν ἐπιβούλεύμασιν αὐτοῦ καὶ πολιτεύμασι τυραννικὴν ἐνορᾶν διάνοιαν ἀλλ' ὅταν, ἔφη, τὴν κόμην οὕτω διακειμένην περιττῶς ἴδω, κάκεῖνον ἐνὶ δακτύλῳ κνώμενον,<sup>10</sup> οὗ μοι δοκεῖ πάλιν οὗτος ἀνθρωπὸς εἰς τοῦ ἄν ἐμβαλέσθαι τηλικοῦτο κακὸν, ἀναίρεσιν τῆς Ψωμαίων πολιτείας. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

## CAP. V.

Cæsar tribunus militum factus magnam multitudinis gratiam init orationibus funebribus et Marii uxori (qua occasione primus post Syllana tempora Marii statuas reponere audebat) et suæ uxori dictis. Tum quæstor, abit in Hispaniam. Inde redux Pompeiam dicit. Propter ingentes sumtus præcipue in viam Appiam restituendam et in ludos magnificentissimos, ingens æs alienum contraxerat.

Τοῦ δὲ δῆμου πρώτην μὲν ἀπόδειξιν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας ἔλαβεν, ὅτε πρὸς Γάιον Ποπίλιον<sup>1</sup> ἐρίσας ὑπὲρ χιλιαρχίας, πρότερος ἀνηγορεύθη δευτέραν δὲ, καὶ καταφανεστέραν, ὅτε, τῆς Μαρίου γυναικὸς, Ιούλιας, ἀποθαυρούσης, ἀδελφιδοῦς<sup>2</sup> ὃν αὐτῆς ἐγκώμιον τε λαμπρὸν ἐν ἀγορᾷ<sup>3</sup> διῆλθε, καὶ περὶ τὴν ἐκφορὰν ἐπόλυμησεν εἰκόνας Μαρίου<sup>4</sup> προθέσθαι, τότε πρῶτον ὀφθείσας μετὰ τὴν ἐπὶ Σύλλᾳ πολιτείαν, πολεμίων τῶν ἀνδρῶν κριθέντων. Ἐπὶ τούτῳ γάρ ἐνίων<sup>5</sup> καταβοησάτων τοῦ Καίσαρος, ὁ δῆμος ἀντήχησε λαμπρῷ δεξάμενος κρύψων, καὶ θαυμάσας ὥσπερ ἔξ ἄδον διὰ χρόνων πολλῶν ἀράγοντα τὰς Μαρίου τυμᾶς εἰς τὴν πόλιν. Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέραις λόγους ἐπιταφίους διεξιέναι, πάτριον ἦν Ψωμαῖος.<sup>6</sup> νέας δ' οὐκ ὅν ἐν ἔθει,

## NOTÆ

10 Κνώμενον] Hæc in molles dicuntur, a quibus non facile timendum reipublicæ videtur. Tale est etiam de male cincto Cæsare Sylla judicium. Caput autem scabere uno dito de mollibus dici, vel ex Clodianis in Pompeium contumeliis, ex nostro auctore constat; et ex Luc. in Rhet. præc. ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν κνώμενον. Xyl.

1 Ποπίλιον] Sic Reiske ex conj. Bryani pro vulgato Πόπλιον.—χιλιαρχία est tribunatus militum.

2 Ἀδελφιδοῦς] Vide supra c. 1.

3 Ἀγορᾷ] Pro rostris, cum quæstor esset.

4 Μαρίον] R. mavult Μαρίων, senioris atque junioris, ob insequens τῶν ἀνδρῶν πολεμίων κριθέντων.

5 Ἐνίων] Int. potissimum Senatores et patricios.

6 Ψωμαῖος] Livius v. 50. Matronis pro auro ad liberandam a Gallis Romanum collato gratia actæ honosque additus, ut earum, sicut virorum, post mortem solennis esset laudatio.

πρῶτος ἐπει Καῖσαρ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἀποθανούσης<sup>6</sup> καὶ τοῦτ' ἥμερον αὐτῷ χάριν τινὰ, καὶ συνεδημαγώγησε τῷ πάθει τοὺς πολλοὺς ὡς ἥμερον ἄνδρα καὶ περίμεστον ἥθους<sup>7</sup> ἀγαπᾶν. Θάψας δὲ τὴν γυναικα, ταφίας εἰς Ἰβηρίαν<sup>8</sup> ἐνὶ τῶν στρατηγῶν, Βαίτερι,<sup>9</sup> συνεξῆλθεν, διὰ αὐτὸν τε τιμῶν ἀεὶ διετέλεσε, καὶ τὸν νιὸν αὐτοῦ πάλιν ἀρχων ταφίαν ἐποίησε. Γενόμενος δ' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης, τρίτην<sup>10</sup> ἥγανετο γυναικα, Πομπηῖαν,<sup>11</sup> ἔχων ἐκ Κορηνίδιας θυγατέρα,<sup>12</sup> τὴν ὑστερον Πομπηῖφ Μάγνη φαμιθεῖσαν. Χρώμενος δὲ ταῖς δαπάναις ἀφειδῶς, καὶ δοκῶν μὲν ἐφύμερον καὶ βραχεῖαν ἀντικαταλλάττεσθαι μεγάλων ἀναλωμάτων δόξαν, ὅνούμενος δὲ ταῖς ἀληθείαις τὰ μέγιστα μικρῶν, λέγεται, πρὸς εἰς ἀρχήν τινα καθίστασθαι, χιλίων καὶ τριακοσίων γενέσθαι χρεωφειλέτης ταλάντων.<sup>13</sup> Ἐπεὶ δὲ τοῦτο μὲν, ὁδοῦ τῆς Ἀππίας<sup>14</sup> ἀποδειχθεὶς ἐπιμελητής, πάμπολλα χρήματα προσαγάλλωσε τῶν ἑαυτοῦ τοῦτο δ', ἀγορανομῶν,<sup>15</sup> Σεύγη μονομάχων τριακόσια καὶ εἴκοσι παρέσχε, καὶ ταῖς ἄλλαις περὶ τὰ θέατρα καὶ πομπὰς καὶ δεῖπτα χορηγίαις καὶ πολυτελείαις τὰς πρὸ αὐτοῦ κατέκλυσε φιλοτιμίας, οὕτω διέθηκε τὸν δῆμον, ὡς καινὰς μὲν ἀρχὰς, καινὰς δὲ τιμὰς Σητεῖν ἔκαστον, αἷς αὐτὸν ἀμείψαιντο.

## CAP. VI.

Qua arte Cæsar Marianorum animos erexerit, summum plebis favorem expertus.

Δνεῖν δ' οὖσων ἐν τῇ πόλει στάσεων, τῆς μὲν ἀπὸ Σύλλα, μέγα δυναμένης, τῆς δὲ Μαριανῆς, ἢ τότε κατεπτήχει καὶ διέσπαστο, κομιδῇ ταπεινὰ πράττουσα, ταύτην ἀναρρέωσαι καὶ προσαγαγέσθαι<sup>1</sup> βούλο-

## NOTÆ

7 Ἡθον] Sc. ἀγαθοῦ καὶ ἥμερου.

8 Εἰς Ἰβηρίαν] Ulteriore intelligas.

9 Βαίτερι] Sic Reiske pro Βαίτερι. Cum aliis et Cod. Anon. præfero Βέτερι. Cæsar enim Velleio auctore, II. 43. sub Antistio Vetere quæstor in ult. Hispania fuit.

10 Τρίτην] Prima enim fuit Cossutia, familia equestri sed admodum dives, prætextato despensata; qua dimissa Cornelium, Cinnae filiam, duxerat. Suet. Jul. I.

11 Πομπ.] Q. Pompeii Rufi, a. Chr. 88. cum Sylla Consulis, filiam; quam

ne credas sororem Pompeii Magni, cuius pater Cn. Pomp. Strabo fuit, a. Chr. 89. Consul cum Catone.

12 Θυγατέρα] Julianam.

13 1300 Ταλάντων] Si unum talentum æquale est 1350 Rthlr., debebat 1,755,000 Rthlr.

14 Τῆς Ἀππίας] Quæ Roma Capuam (inde Brundusium) ducebat.

15 ἀγορανομῶν] Aedilis a. Chr. 64. Cf. Suet. Jul. c. 10.

1 Προσαγ.] Cum Bryano lego: προσαγέσθαι.

μενος, ἐν ταῖς ἀγορανομικαῖς φιλοτιμίαις ἀκμὴν ἔχουσαις<sup>2</sup> εἰκόνας ἐποιήσατο Μαρίου κρύφα, καὶ νίκας τροπαιοφόρους,<sup>3</sup> ἃς φέρων νυκτὸς εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνέστησεν. "Αμα δ' ἡμέρᾳ, τοὺς θεαταμένους μαρμαίροντα πάντα χρυσῷ, καὶ τέχνῃ κατεσκευασμένα περιττῶς (διεδήλου δὲ γράμμασι τὰ Κυιζρικά κατορθώματα) θάμβος ἔσχε τῆς τόλμης τοῦ ἀναθέντος. Οὐ γάρ ἦν ἄδηλος<sup>4</sup> ταχὺ δὲ περιϊών ὁ λόγος ἥθροιςε πάντας ἀνθρώπους πρὸς τὴν ὄψιν. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐβόων, τυραννίδα πολιτεύεσθαι Καίσαρα, νόμοις καὶ δόγμασι κατορθωνυγμένας ἐπανιστάντα τιμᾶς, καὶ τοῦτο πεῖραν ἐπὶ τὸν δῆμον εἶναι προμαλατόμενον, εἰ τετιθάσσενται<sup>5</sup> ταῖς φιλοτιμίαις ὑπ' αὐτοῦ, καὶ δίδωσι παιζεῖν τουαῖτα καὶ κενοτομεῖν.<sup>6</sup> οἱ δὲ Μαριανοὶ παραθαρρύναντες αὐτοὺς, πλήθει τε θαυμαστοὶ ὅσοι διεφάνησαν ἔξαιφτης, καὶ κρύτῳ κατεῖχον τὸ Καπιτώλιον. Πολλοῖς δὲ καὶ δάκρυα τὴν Μαρίου θεωμένοις ὄψιν ὑφ' ἥδονῆς ἔχώρει· καὶ μέγας ἦν ὁ Καῖσαρ ἐγκωμίοις αἰρόμενος, ὡς ἀντὶ πάντων ἄξιος εἴη ὁ ἀνὴρ τῆς Μαρίου συγγενείας. Συναχθείσης δὲ περὶ τούτων τῆς βουλῆς, Κάτλος Λουτάτιος, ἀνὴρ εὐδοκιμῶν τότε μάλιστα Ῥωμαίων, ἀναστὰς καὶ κατηγορήσας Καίσαρος, ἐπεφθέγξατο τὸ μηνημονεῦμενον. Οὐκ ἔτι γάρ ὑπορόμοις, ἔφη, Καῖσαρ, ἀλλ' ἥδη μηχανᾶς αἴρει τὴν πολιτείαν. Ἐπεὶ δὲ ἀπολογησάμενος πρὸς ταῦτα Καῖσαρ ἔπεισε τὴν σύγκλητον, ἔτι μᾶλλον οἱ θαυμάζοντες αὐτὸν ἐπήρθησαν, καὶ παρεκελεύοντο μηδενὶ τοῦ φρονήματος ὑφίεσθαι· πάντων γάρ ἔκόντι τῷ δίημῳ περιέστεθαι καὶ πρωτεύσειν.

## CAP. VII.

Cæsar creatur Pontifex Maximus, Isaurico et Catulo prælatus; conjurationis Catilinariæ particeps creditur propter sententiam de Lentulo et Cethego non statim morte multandis in senatu dictam; a Chr. n. 63.

Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Μετέλλου<sup>1</sup> τοῦ ἀρχιερέως τελευτήσαντος, καὶ τὴν

## NOTÆ

<sup>2</sup> Ἀκμ. ἔχ.] Munificentia Cæsaris, cum ædilis esset, ad summum gradum producta.

<sup>3</sup> Νίκας τροπαιοφόρους] Tropæa C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sylla disjecta, restituit. Sueton. Jul. 11.

<sup>4</sup> Ἅδηλος] Sic Reiske. Sed etiam vulgata ἄδηλον ferri poterat.

<sup>5</sup> Εἰ τετιθάσ.] Sic recte Reiske pro εἴτε τιθασσεύεται.

<sup>6</sup> Κενοτομεῖν] Defendit hoc R., quia sententia doceat, non tam novitatem quam vanitatem hic spectari; malo tamen cum Bryano καινοτομεῖν.

<sup>1</sup> Pontifex Max. fuerat Q. Metellus Pius, Syllæ socer. P. Servilius

ιερωσύνην περιμάχητον οὖσαν Ἰσαυρικοῦ καὶ Κάτλου μετιόντων, ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν καὶ μέγιστον ἐν βουλῇ δημαρτέων, οὐχ ὑπεῖξεν αὐτοῖς ὁ Καῖσαρ, ἀλλὰ καταβὰς εἰς τὸν δῆμον<sup>2</sup> ἀντιπαρίγγελλεν. Ἀγχωμάλου δὲ τῆς σπουδῆς φαινομένης, ὁ Κάτλος ἀπὸ μειζονος ἀξίας μᾶλλον ὥρθιδῶν τὴν ἀδηλότητα, προσέπεμψε πείθων ἀποστῆναι τὸν Καῖσαρα τῆς φιλοτιμίας ἐπὶ πολλοῖς χρήμασιν. Ὁ δὲ καὶ πλείω προσδαγεισόμενος ἔφη διαγνωνεῖσθαι. Τῆς δ' ἡμέρας ἐνστάσης, καὶ τῆς μητρὸς ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὸν οἴκι ἀδικρυτὶ προπεμπούσης, ἀσπασάμενος αὐτὴν<sup>3</sup> Ωμῆτρον, εἶπεν, τήμερον ἡ ἀρχιερέα τὸν νὺν, ἡ φυγάδα<sup>4</sup> ὄψει. Διετεχθείσης δὲ τῆς Λήφου, καὶ γεορμένης ἀμιλλῆς, ἐκράτησε, καὶ παρέσχε τῇ βουλῇ καὶ τοῖς ἀρίστοις φύβοις, ὡς ἐπὶ πᾶν θρασύτητος προάξων τὸν δῆμον. Ὅθεν οἱ περὶ Πείσωνα<sup>5</sup> καὶ Κάτλον γριῶντο Κικέρωνα, φεισάμενον Καῖσαρος ἐν τοῖς περὶ Κατιλίναν λαβῆντι παρασχόντος.<sup>6</sup> Ὁ γὰρ δὴ Κατιλίνας, οὐ μόνον τὴν πολιτείαν μεταβαλεῖν, ἀλλ' ὅλην ἀνελεῖν τὴν ἡγεμονίαν, καὶ πάντα τὰ πράγματα συγχέαι διανοθεῖς, αὐτὸς μὲν ἐξέπεσε περιπταῖσας ἐλάπτουσιν ἐλέγχους, πρὸ τοῦ τὰς ἐσχάτας αὐτοῦ βουλὰς ἀποκαλυφθῆναι. Λέρτλον δὲ καὶ Κέθηγον ἐν τῇ πόλει ἐιδόχους ἀπέλιπε τῆς συνωμοσίας, οἷς εἰ μὲν κρύφα παρεῖχε τὶ θάρσους καὶ δυνάμεως ὁ Καῖσαρ, ὕδηλος ἐστιν<sup>6</sup> ἐν δὲ τῇ βουλῇ κατὰ κράτος ἐξελεχθέντων, καὶ Κικέρωνος τοῦ ὑπάτου γνώμας ἐρωτῶντος περὶ κολάσεως ἔκαστον, οἱ μὲν ἄλλοι μέχρι Καῖσαρος θανατοῦν ἐκέ-

## NOTÆ

Vatia; a. Chr. 79. Consul, tum Proconsul in Cilicia, (ubi Cæsar brevi tempore sub eo meruit) ex victoria agnomen Isaurici nactus est. Q. Lutatius Catulus ἦν μὲν ἐν ἀξιώματι σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης μέγιστος τῶν τότε Ρωμαίων, Plut. Pomp. c. 16. Consul fuit 78. a. Chr. cum Lepido, quem Sylla τὸν πάντων κάκιστον, sicut Catulum τὸν πάντων ἄριστον, dicebat, Pomp. c. 15.

2 Εἰς τὸν δῆμον] A. Chr. 63. Cicerone Consule T. A. Labienus tribunus plebis, postquam Rabirium perduellionis crimine accusarat, legem Domitiam de sacerdotiis in Cæsaris gratiam restituebat (cf. Ernest. Clav. Cic.) a Sylla sublatam, ut iterum Pontifices aliique sacerdotes, qui ante a collegio quique suo cooptabantur,

comitiis P. R. eligerentur.

3 Ἡ φυγάδα] Propter ingentem vim aeris alieni.

4 Οἱ περὶ Πείσωνα] Legas Sallustii Conj. Catil. c. 45.

5 Λαβῆν παρασχόντος] Non solum, cum P. Corn. Lentulum Suram et C. Cethegum supplicio non multandos censeret, sed quod etiam inter Catilinæ socios nominatus esset, a Q. Curio in senatu, e Catilina se cognovisse dicente, et a L. Vettio apud quaestorem, qui etiam chirographum ejus, Catilinæ datum, pollicebatur. Cæsar se Ciceronis testimonio, quædam se de conjuratione ultro ad eum detulisse, defendebat. Suet. Jul. 17. De conjuratione Catilinaria tirones adeant Sallustium.

6 Ἅδηλος] C. V. ἄδηλον ἐστιν.

λενον· ὁ δὲ Καῖσαρ ἀναστὰς λόγον διῆλθε πεφροντισμένον, ὃς ἀποκτεῖναι μὲν ἀκρίτους ἄδρας ἀξιώματι καὶ γέρει λαμπροὺς, οὐ δοκεῖ πάτριον,<sup>7</sup> οὐδὲ δίκαιον εἶναι, μὴ μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης.<sup>8</sup> Εἰ δὲ φρουροῦντο δεθέντες ἐν πόλεσι τῆς Ἰταλίας, ἡς ἦν αὐτὸς ἔληται Κικέρων, μέχρις οὗ καταπολεμηθῇ Κατιλίνας, ὑστερον ἐν εἰρήνῃ καὶ καθ' ἡσυχίαν περὶ ἐκάστου τῷ βουλῇ γνῶναι ὑπάρξει.

## CAP. VIII.

Qua in vita periculum adductus a Curione et Cicerone, plebem metuente, eripitur. Catonis tamen arte, qui menstruam ammonam plebi dividendam senatui persuaserat, multum tum potentiae amisit.

Οὕτω δὲ τῆς γυνώμης φιλαρθρώπου φανείσης, καὶ τοῦ λόγου δυνατῶς ἐπ' αὐτῇ<sup>1</sup> ῥηθέντος, οὐ μόνον οἱ μετὰ τοῦπον ἀναστάμενοι προσετίθεντο, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τὰς εἰρημένας γυνώμας ἀπειπάμενοι, πρὸς τὴν ἔκείνου μετέστησαν<sup>2</sup> ἕως ἐπὶ Κάτωνα τὸ πρᾶγμα καὶ Κάτλον περιῆλθε. Τούτων δὲ νεανικῶς ἐγαντιωθέντων, Κάτωνος δὲ καὶ τὴν ὑπόνοιαν ἄμα τῷ λόγῳ συνεπερίσσατος αὐτῷ, καὶ συνεξαναστάντος ἔρρωμένως, οἱ μὲν ἄνδρες ἀποθανούμενοι παρεδάθησαν, Καῖσαρι δὲ τῆς βιονδῆς ἔξιόντι πολλοὶ τῶν Κικέρωνα φρουρούντων τότε *réaw<sup>3</sup>* γυριὰ τὰ ξίφη συνδραμόντες ἐπέσχον. Ἀλλὰ Κουρίων τότε λέγεται τῇ τηβέντυρῳ περιβαλὼν ὑπεξαγαγεῖν<sup>4</sup> αὐτός τε ὁ Κικέρων, ὃς οἱ *rearίskoi* προσέβλεψαν, ἀνανεῦσαι, φοβηθεὶς τὸν δῆμον, η̄ τὸν φόνον ὅλως ἀδικον καὶ παράνομον ἡγούμενος. Τοῦτο μὲν οὖν οἵδα ὅπως ὁ Κικέρων, εἰπερ ἦν ἀληθὲς, ἐν τῷ περὶ τῆς ὑπατείας οὐκ ἔγραψεν<sup>5</sup> αἰτιαν δ' εἰχεν

## NOTÆ

7 Οὐ πάτριον] Cautum erat lege Portii Leccæ, ne quis civem Romanum vinciret aut verberaret, aut necaret; et lege C. Gracchî, ne de capite civis Rom. injussu Pop. R. judicaretur.

8 Μὴ μετὰ τ. ε. a.] H. e. μὴ οὕσης τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης. Reiske. Quam parum veteres in argomento orationis Cæsaris convenient, vide in Comment. Casauboni ad Jul. c. 14.

1 Ἐπ' αὐτῇ] Non intelligo, num significet idem, atque ἐπὶ τῷ βεβαιῶ-

σαι αὐτὴν, ad illam sententiam demonstrandam atque confirmandam. Reiske.

2 Νέων] Nonnulli equites Romani, qui præsidii causa cum telis erant circum ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine, seu animi nobilitate impulsi, quo studium suum in rempublicam clarius esset. Sallustius.

3 Ἐν τῷ περὶ τῆς ὑπατείας] H. e. in Ciceronis commentario de Consulatu suo, et carmine ejusd. argum. cuius, non amplius extantis, etiam Servius meminit ad Virg. Ecl. VIII. 105.

ῦστερον, ὡς ἄριστα τῷ καιρῷ τότε παρασχόγτι κατὰ τοῦ Καίσαρος μὴ χρησάμενος, ἀλλὰ ἀποδειλάστας τὸν δῆμον, ὑπερφυῖς περιεχόμενον τοῦ Καίσαρος. "Ος γε καὶ μετ' ὅλίγας ἡμέρας<sup>4</sup> εἰς τὴν βουλὴν εἰσελθόντος αὐτοῦ, καὶ περὶ ὃν ἐν ὑποψίᾳς ἦν ἀπολογουμένου, καὶ περιπέπτοντος θορύβους πονηροῦ, ἐπειδὴ πλεῖστον τοῦ συνήθους ἴγιγνετο τῇ βουλῇ καθεξομένη χρόνος, ἐπῆλθε μετὰ κραυγῆς, καὶ περιέστη τὴν σύγκλητον, ἀπαυτῶν τὸν ἄνδρα, καὶ κιλένων ἀφεῖται. Διὸ καὶ Κάτων φοβιζηθεὶς μάλιστα τὸν ἐκ τῶν ἀπόρων νεωτερισμὸν, οἱ τοῦ παντὸς ὑπέκκαυμα πλήθους ἥσαν, ἐν τῷ Καίσαρι τὰς ἐλπίδας ἔχοντες, ἐπεισε τὴν σύγκλητον ἀπονεῖμαι σιτηρέσιον αὐτοῖς ἔμιηρον, ἐξ οὗ διπάνης μὲν πεντακόσιαι<sup>5</sup> πεντήκοντα μυριάδες ἐνιαύσιοι προσεγίνοντο τοῖς ἀλλοις ἀναλώμασι. Τὸν μέντοι μέγαν ἐν τῷ παρόντι φόβῳ ἐσβεστε περιφαῖς τὸ πολίτευμα τοῦτο, καὶ τὸ πλεῖστον ἀπέψηξε τῆς Καίσαρος δυνάμεως καὶ διεσκέδασεν ἐν καιρῷ, στρατηγεῖν μέλλοντος, καὶ φοβερωτέρου διὰ τὴν ἀρχῆν ὄντος.

## C A P. IX.

P. Clodius, Pompeiam amans, occasionem cum ea conveniendi nancisci nequit. Bona dea, ejusque solemnia.

Οὐ μὴν ἀπέβη τι ταραχῶδες ἀπ' αὐτῆς,<sup>1</sup> ἀλλὰ καὶ τύχη τις ἄχαρις τῷ Καίσαρι συνηρέχθη περὶ τὸν οἶκον. Πόπλιος Κλωδίος ἦν ἀνὴρ γένει μὲν εὐπατρίδης,<sup>2</sup> καὶ πλούτῳ καὶ λόγῳ λαμπρὸς, ὕβρει δὲ καὶ θρασύτητι τῷν ἐπὶ βδελυρίῃς περιβούτων οὐδενὸς δεύτερος. Οὗτος ἦρα Πομπηῖας, τῆς Καίσαρος γυναικὸς, οὐδὲ αὐτῆς ἀκούσης. Ἀλλὰ φυλακαὶ

## NOTÆ

<sup>4</sup> Μετ' ὅλιγ. ἡμ.] Suetonius auctor est, Cæsarem in reliquum ejus anni tempus curia abstinuisse. Accidit igitur res proximo anno, cum Cæsar prætor esset. Cf. Suet. Jul. 17.

<sup>5</sup> Πεντακόσιαι] C. V. et quidam H. Stephani Codd. ἐπτακόσιαι, quod et Xylander legendum censuit, quæ summa ad eam redit, quam in talentis [MCCL.] exhibet Plut. in Cat. [e. 26. Quinque enim talenta æquantur tribus myriadibus drachmarum.] Idem de hoc loco sentit Rualdus culpa a Plutarcho in ejus exscriptores derivata, cum lapsus notarum arithmeti-

carnim, τοῦ φ in ψ adeo sit pronus. Negligentiae tamen vel imperitiae incusat Plutarchum, legis frumentariæ illius habita ratione, utpote quam, saltim ratam firmamque, non extitisse, ex auctoritate Asconii Pediani contendit. Hutton.

<sup>1</sup> Ἐπ' αὐτῆς] Quod non omnino verum. Vid. Sueton. Jul. 15—17.

<sup>2</sup> Εὐπατρίδης] H. e. ἐκ πατρικῶν. Cf. Plut. Sylla e. 1. De Cladio, quem omnes improbissimum hominem fuisse testantur, vid. potissimum Velius II. 45.

τε τῆς γυναικωρίτιδος ἀκριβεῖς ἥσαρ, ἢ τε μήτηρ τοῦ Καίσαρος, Λύρηλια, γυνὴ σώφρων, περιέπουσα τὴν νύμφην ἀεὶ, χαλεπὴν καὶ παρακεκυ-  
δνυευμένην αὐτοῖς ἐποίει τὴν ἔντευξιν. "Εστι δὲ Ῥωμαῖοις θεὸς, ἦν  
Ἄγαθην<sup>3</sup> ὄνομάζουσιν, ὡσπερ" Ἑλλῆνες Γυναικείαν. Καὶ Φρύγες μὲν  
οἰκειόμενοι, Μίδα μητέρα, τοῦ βασιλέως, γενέσθαι φασὶ, Ῥωμαῖοι δὲ  
νύμφην Δρυάδα, Φαύνῳ συνοικήσασταν, "Ἑλλῆνες δὲ τῶν Διωνύσου μητέ-  
ρων τὴν ἀρρήπον." Οὐθενὶ ἀμπελίσιοι τε τὰς σκηνὰς κλίμασιν ἐορτάζου-  
σαι κατερέφουσι, καὶ δράκων ἵερὸς παρακαθίδρυται τῇ θεῷ κατὰ τὸν  
μῆθον. Ἀρδρα δὲ προσελθεῖν οὐ θέμις, οὐδὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας γενέσθαι,  
τῶν ἱερῶν ὄργια θομένων. Αὐτὰς δὲ καθ' ἑαυτὰς αἱ γυναικες πολλὰ τοῖς  
Ὀρφικοῖς ὄμοιογοῦντα δρᾶν λέγονται περὶ τὴν ἱερουργίαν. "Οταν οὖν  
ὁ τῆς ἐορτῆς καθῆκῃ χρόνος, ὑπατεύοντος ἢ στρατηγοῦντος ἀνδρὸς, αὐ-  
τὸς μὲν ἔξισταται, καὶ πᾶν τὸ ἄρρεν· ἢ δὲ γυνὴ τὴν οἰκίαν παραλα-  
βοῦσα διακοσμεῖ, καὶ τὰ μέγιστα νύκτωρ τελεῖται, παιδιᾶς ἀναμεμιγ-  
μένης ταῖς παννυχίσι, καὶ μουσικῆς ἄμμα πολλῆς παρούσης.

## CAP. X.

Quæ cum Pompeia Cæsare prætore celebraret, Clodius veste muliebri  
absconditus cum ea convenire cupiens domum Cæsaris intrat, sed depre-  
hensus expellitur. Tum vero impietatis et aliorum nefandorum accusatus  
Cæsaris moderatione et plebis favore e periculo eripitur. Pompeiam Cæ-  
sar repudiat.

Ταύτην τότε τὴν ἐορτὴν τῆς Πομπηίας ἐπιτελούσσης, ὁ Κλάδιος οὕπω  
γενεῖων, καὶ διὰ τοῦτο λίγους οἰόμενος, ἐσθῆτα καὶ σκευὴν ψαλτρίας  
ἀναλαζὼν ἔχωρει, μέα γυναικὶ τὴν ὄψιν ἔσκιψε. Καὶ ταῖς θύραις ἐπι-  
τυχὼν ἀνεῳγμέναις, εἰσῆχθη μὲν ἀδεῶς ὑπὸ τῆς συνειδνίας θεραπανί-  
δος ἐκείνης δὲ προδραμούσης, ὡς τῇ Πομπηίᾳ φράσει, καὶ γενομένης  
διατριβῆς, περιμένειν μὲν, ὅπου κατελείφθη, τῷ Κλωδίῳ μὴ καρτε-  
ροῦντι, πλανωμένῳ δὲ ἐν οἰκίᾳ μεγάλῃ, καὶ περιφεύγοντι τὰ φῶτα,  
προσπεσσοῦσα τῆς Λύρηλιας ἀκόλουθος, ὡς δὴ γυνὴ γυναικα παιζεῖν<sup>1</sup>

## NOTÆ

<sup>3</sup> Ἄγαθην] L. Ἄγαθην, cuius ne no-  
men quidem viros scire fas est, quam  
iste (Clodius) iecire Bonam dicit, quod  
in tanto sibi scelere ignorerit. Cic. de  
Harusp. resp. c. 17. Græce Γυναικεῖα  
dicitur etiam in Plut. Cicerone 19.  
Sacrificia hujus Deæ quotannis Ca-  
lendis Maii celebraabantur domo vel

Consulis vel Prætoris.

<sup>1</sup> Παιζεῖν] H. e. jocari, jocum at-  
que ludum ducere, ut diei festo, et  
psaltriae convenienter. Non assentior  
Reiskio πλησιάζειν vel πελάζειν con-  
jicienti.

προύκαλεῖτο· καὶ μὴ βουλόμενος, εἰς τὸ μέσον εἶλκε, καὶ, τίς ἐστι καὶ πόθεν, ἐπινήσαντο. Τοῦ δὲ Κλωδίου φήσατος, "Αἴρων περιμένειν Πομπήιας, αὐτὸ τοῦτο καλούμενην,<sup>2</sup> καὶ τῇ φωνῇ γεομένου καταφανῆς, ἣ μὲν ἀκόλουθος εὐθὺς ἀπεπήδησε κραυγῇ πρὸς τὰ φῶτα καὶ τὸν ἔχλον, ἀνδρι πεφωρακέναι βοῶσα. Τῶν δὲ γυναικῶν διαποθεισῶν, ἡ Αἰρηδία τὰ μὲν ὄργια τῆς θεοῦ κατέπαυσε καὶ συνεκάλυψεν, αὐτὴ δὲ τὰς θύρας ἀποκλεῖσαι κελεύσασι, περιήσει τὴν οἰκίαν ὑπὸ λαμπτάδων, ζητοῦσα τὸν Κλωδίον. Εἰρίσκεται δὲ εἰς οἰκημα παιδίσκης, ἢ σύνεισθλίθε, καταπεφευγώσ· καὶ γενόμενος φανερὸς, ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἔξελινεται διὰ τῶν θυρῶν. Τὸ δὲ πρᾶγμα καὶ τυκτὸς εὐθὺς αἱ γυναῖκες ἀπιῶσαι τοῖς αὐτῶν ἔφραξιν ἀνδράσιν καὶ μεθ' ήμέραν ἔχωρει διὰ τῆς πολεως ὁ λόγος, ὡς ἀθέσμοις ἐπικεχεψηκότος τοῦ Κλωδίου, καὶ δίκην οὐ τοῖς ὑβρισμένοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς θεοῖς ὑφείλοντος. Εγράψατο μὲν οὖν τὸν Κλωδίον εἰς τῶν δημάρχων<sup>3</sup> ἀσεβείας, καὶ συνέστησαν ἐπ' αὐτὸν οἱ δυνατώτατοι τῶν ἀπὸ τῆς βουλῆς, ἀλλας τε δεινὰς ἀσελγείας καταμαρτυροῦντες, καὶ μοιχείαν ἀδελφῆς, ἡ Λευκούλλω<sup>4</sup> συνωκήκει. Πρὸς δὲ τὰς τούτων σπουδὰς ὁ δῆμος ἀντιτάξας ἐαυτὸν, ἥμαντε τῷ Κλωδίῳ, καὶ μέγα πρὸς τοὺς δικαστὰς ὄφελος ἦν, ἐκπεπληγμένους καὶ δεδυκότας τὸ πλῆθος. Οὐ δὲ Καῖσαρ ἀπεπέμψατο μὲν εὐθὺς τὴν Πομπήιαν· μάρτυς δὲ πρὸς τὴν δίκην κληθείσι, οὐδὲν ἔφη τῶν λεγομένων κατὰ τοῦ Κλωδίου γιγνώσκειν. Ως δὲ, τοῦ λόγου παραδόξου φανέντος, ὁ κατήγορος ἥρωτησε· Πῶς οὖν ἀπεπέμψω τὴν γυναικα; ; Οτι, ἔφη, τὴν ἐμὴν ἡξίουν μηδ' ὑπονοηθῆναι.<sup>5</sup> Ταῦτα οἱ μὲν οὕτω φρονοῦντα τὸν Καῖσαρα λέγουσιν εἰπεῖν, οἱ δὲ τῷ δῆμῳ χαριζόμενον ὠρμημένῳ σώζειν τὸν Κλωδίον. Ἀποφεύγει δὲ οὖν τὸ ἔγκλημα, τῶν πλείστων δικαστῶν<sup>6</sup> συγκεχυμένας τοῖς πράγμασι τὰς γνώμας ὑποδι-

## NOTÆ

2 Καλουμένην] Non solum erat Ᾱbra, h. e. ancilla pomptatica, ostensionalis, sed etiam hoc nomine proprio appellabatur. Reiske.

3 Εἰς τ. δῆμο.] P. Lentulus Spinther.

4 Λευκούλλω] Lucullo nupsisse Claudiām, sive Clodiām, non memini legere; eandem vero, cum qua P. Clodius consuevit, Q. Metelli Celeris uxorem fuisse, abunde constat, præcipue ex Ciceronis Cæliana; ex. c. 13.: quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitia cum istius mulieris viro:

fratrem volui dicere, semper hic erro: et c. 16. minimus frater, qui te amat plurimum: qui, propter nescio quam, credo, timiditatem, et nocturnos quosdam inanes metus tecum semper pusio cum majore sorore cubitavit. Alia mitto. Forte igitur in nostro Μετέλλῳ legendum est pro Λευκούλλῳ.

5 Ὅπονοηθ.] H. e. καὶ διαβολῆς καθαρὰ εἶναι. Cf. Suet. Jūl. c. 74.

6 Τῶν πλ. δικαστῶν] xxv. suffragiis damnatus, xxxi. absolutus est, præcipue propter testes, se eo die absensem fuisse.

δόντων,<sup>7</sup> δπως μήτε παρακινδυνεύσωσιν ἐν τοῖς πολλοῖς καταψηφισάμενοι, μήτ' ἀπολύσαντες ἀδοξίσωσι παρὰ τοῖς ἀρίστοις.

## CAP. XI.

Cæsar, proprætor, postquam Crassus creditoribus ejus satisfecerat, in Hispaniam abit. Summa ejus gloriæ cupido (a. Chr. n. 61.)

'Ο δὲ Καῖσαρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς στρατηγίας τῶν ἐπαρχιῶν τὴν Ἰβηρίαν<sup>1</sup> λαβὼν, ὡς ἦν δυσδιάθετον αὐτῷ τὸ περὶ τοὺς δανειστὰς, ἐνοχλοῦντας ἔξιότι καὶ καταβοῶντας, ἐπὶ Κράσσου κατέφυγε, πλουσιώτατον ὅντα Ῥωμαίων, δεόμενον δὲ τῆς Καίσαρος ἀκρῆς καὶ θερμότητος ἐπὶ τὴν πρὸς Πομπηϊον ἀντιπολιτείαν.<sup>2</sup> Ἀναδεξαμένου δὲ τοῦ Κράσσου τοὺς μάλιστα χαλεποὺς καὶ ἀπαραιτήτους τῶν δανειστῶν, καὶ διεγγυήσαντος ὁκτακοσίων καὶ τριάκοντα ταλάντων, οὕτως ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐπαρχίαν. Λέγεται δὲ, τὰς Ἀλπεις ὑπερβαλόντος αὐτοῦ, καὶ πολίχνιον τι βαρβαρικὸν, οἰκούμενον ὑπὸ ἀνθρώπων παντάπασιν ὀλίγων καὶ λυπρῶν, παρερχομένον,<sup>3</sup> τοὺς ἑταίρους ἄμα γέλωτι καὶ μετὰ παιδιᾶς.<sup>4</sup> Ἡπον, φάναι, κάνταῦθα τινές εἶσιν ὑπὲρ ἀρχῶν φιλότιμοι, καὶ περὶ πρωτείων ἄμυλαι, καὶ φθύροι τῶν δυνατῶν πρὸς ἀλλήλους. Τὸν δὲ Καίσαρα σπουδάσαντα πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν. Ἐγὼ μὲν ἐβονόλημην παρὰ τούτοις εἶναι μᾶλλον πρῶτος, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις δεύτερος. Ὁμοίως δὲ πάλιν ἐν Ἰβηρίᾳ σχολῆς οὖσης, ἀναγινώσκοντά τι τῶν περὶ Αλεξάνδρου γεγραμμένων, σφύδρα γένεσθαι πρὸς ἑαυτῷ πολὺν χρόον, εἴτα καὶ δικρύσαι τῶν δὲ φίλων θαυμασάντων τὴν αἰτίαν, εἰπεῖν. Οὐ δοκεῖ ὑμῖν ἄξιον εἶναι λύπης, εἰ τηλικοῦτος μὲν ὥν Ἀλέξανδρος, ἢδη τοσούτων<sup>4</sup> ἐρασίλευεν, ἐμοὶ δὲ λαμπρὸν οὐδὲν οὕτω πέπρακται.

## NOTÆ

7 Συγκεχυμένας τοῖς πράγμασι τὰς γνώμας ἀποδιδόνται] Dacierius vertendum censem: *sententias per saturam ferre*, hoc, quicquid dicant, nihil est nisi, *per turbam, confusis suffragiis*. Sed quid fiet τοῖς πράγμασι? Vertine potest: *sententias ferre aequae confusas ac res ipsæ, de quibus ferendæ erant, ut inde non pateret, utrum condemnarent an absolverent? an cum Reiskio legendum est τοῖς πράκτορσι (pro τοῖς πράγμασι) quæsitoribus, iis, quibus mandatum hoc erat, ut eistas tabellarias a judicibus reposcerent atque sus-*

ciperent et suffragia dinumerarent.

1 Τὴν Ἰβηρ.] Ulteriorem Hispaniam. Cf. Sueton. Jul. 18. Pro λαβὼν Bryanius conjecit λαχῶν.

2 Ἀντιπολιτείαν] M. Licin. Crassus ditissimus Romanorum et sui temporis orator disertissimus, cum Pompeio Consul a. Chr. 70., in omnibus ei contrarius erat, et in Senatu prævalebat. Plut. Pompei, c. 22.

3 Παρερχομένον] Dedit Reiske ex conjectura Bryani pro παρερχομένον.

4 Ἡδη τοσούτων] Sc. ἔθνῶν, quæ

## CAP. XII.

Bello et pace in provincia clarus Romam redit Cæsar, dives factus et Imperator appellatus.

Τῆς γοῦν Ἰβηρίας ἐπιψάς, εὐθὺς ἡρ ἐτεργὸς, ὥσθ' ἡμέραις ὀλίγαις δέκα σπείρας συναγαγεῖν πρὸς τὰς πρότερον οὖσας εἰκουσὶ καὶ στρατεύσας ἐπὶ Καλλαικούς καὶ Λουσιτανούς,<sup>1</sup> κρατῆσαι, καὶ προελθεῖν ἄχρι τῆς ἔξω θαλάσσης, τὰ μὴ πρότερον ὑπακούοντα Ρωμαίοις ἔθνη καταστρεφόμενος. Θέμενος δὲ τὰ τοῦ πολέμου καλῶς, οὐ χεῖρον ἐβράψενε τὰ τῆς εἰρήνης, ὅμοιοιάν τε ταῖς πόλεσι καθιστᾶς, καὶ μάλιστα τὰν χρεωφειλεστῶν καὶ δανειστῶν ιώμενος διαφοράς. Ἔτιδε γάρ τῶν προστάτων τοῖς ὀφειλούσι καθ' ἕκαστον ἐπιαντὸν δύο μὲν μέρη τὸν δανειστὴν ἀναιρεῖσθαι, τῷ δὲ λοιπῷ χρῆσθαι τὸν δεσπότην, ἄχρις ἂν οὔτε τοις ἐκλυθῇ τὸ δάνειον. Ἐπὶ τούτοις εὐδοκιμῶν, ἀπηλλάγη<sup>2</sup> τῆς ἐπαρχίας, αὐτός τε πλούσιος γεγονὼς, καὶ τοὺς στρατιώτας ὀφεληκώς ἀπὸ τῶν στρατηγιῶν, καὶ προσηγορευμένος αὐτοκράτωρ<sup>3</sup> ὑπ' αὐτῶν.

## CAP. XIII.

Catone Cæsari, ne absens per amicos Consulatum peteret, adversante, triumphum omittens urbem intrat, Crassum cum Pompeio conciliat, utrumque sibi.

Ἐπεὶ δὲ τοὺς μὲν μιωμένους θρίαμβον ἔξω διατρίβειν ἔδει, τοὺς δὲ μετιόντας ὑπατείαν παρόντας ἐν τῇ πόλει τοῦτο πράττειν, ἐν τοιάντῃ

## NOTÆ

vox in quibusdam Codd. pro ἔδη reperitur. Cæsar, cum prætor esset in Hispania, annum trigesimum nonum agebat, Alexander autem trigesimum tertium agens mortuus erat. Rectius igitur Suetonius c. 7. eadem de Cæsare in Hispania ult. quæstore narrat, ubi, cum Gades venisset, animadversa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingenuit, et quasi pertæsus ignaviam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset in ætate, qua jam Alex. orbem terrarum subegisset, (h. e. anno ætatis 33. a. Chr. n. 67.) missiōnem continuo efflagitavit, etc. Suetonio consentit Dio Cass. l. xxxvii.

<sup>1</sup> Καλλ. καὶ Λουσιτ.] Intell. Callaios Bracarenses circa Minium. Lusitanorum sedes erant inter Durium et Tajum, quorum potissimum latrociniis provincia infestabatur.

<sup>2</sup> Ἀπηλλάγη] Non expectato successore.

<sup>3</sup> Αὐτοκράτωρ] Εστι δὲ τιμὴ τοῖς στρατηγοῖς τόδε τὸ προσαγόρευμα παρὰ τῶν στρατῶν, καθάπερ αὐτοῖς ἐπιμαρτυρούντων ἀκέλως σφῶν αὐτοκράτορας εἶναι. Καὶ τήνδε τὴν τιμὴν οἱ στρατηγοὶ πάλαι μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις προσέντο, νῦν δὲ ὅρον εἶναι τῆδε τῇ εὐφημίᾳ πυνθάνομαι τὸ μυρίους πιεσεῖν. Appian. de bell. Civil. II. 44.

γεγονὼς ἀντιομίᾳ, καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ὑπατικὰς ἀφιγμένους ἀρχαιρεσίας, ἔπειψε πρὸς τὴν σύγκλητον, αἰτούμενος αὐτῷ δοθῆναι παραγγέλλειν εἰς ὑπατείαν ἀπόντι διὰ τῶν φίλων. Κάτων δὲ πρῶτον μὲν ἴσχυρι ζομένου τῷ νόμῳ πρὸς τὴν ἀξίωσιν,<sup>1</sup> εἶτα ὡς ἐώρα πολλοὺς τεθεραπευμένους ὑπὸ τοῦ Καῖσαρος, ἐκρούσαντος τῷ χρόνῳ τὸ πρᾶγμα, καὶ τὴν ἡμέραν ἐν τῷ λέγειν κατατρίψαντος, ἔγνω τὸν θρίαμβον ἀφεὶς ὁ Καῖσαρ ἔχεσθαι τῆς ὑπατείας· καὶ παρελθὼν, εὖθὺς ὑποδένεται πολίτευμά τι πάγτας ἀνθρώπους ἔξαπατῆσαν, πλὴν Κάτωνος.<sup>2</sup> Ἡν δὲ τοῦτο διαλλαγὴ Πομπήιον καὶ Κράσσον, τῶν μέγιστον ἐν τῇ πόλει δυναμένων οὓς συναγαγὼν ὁ Καῖσαρ εἰς φιλίαν ἐκ διαφορᾶς, καὶ τὴν ὑπὸ ἀμφοῖν<sup>3</sup> συνενεγκάμενος ἴσχὺν εἰς ἑαυτὸν, ἔργῳ, φιλάνθρωπον ἔχοντι προσηγορίᾳ, ἔλαθε μεταστήσας τὴν πολιτείαν. Οὐ γάρ, ὡς οἱ πλεῖστοι τομίζουσιν, ὁ Καῖσαρ καὶ Πομπήιον διαφορὰ τοὺς ἐμφυλίους ἀπειργάσατο πολέμους, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ φιλία,<sup>4</sup> συστάντων ἐπὶ καταλύσει τῆς ἀριστοκρατίας τὸ πρῶτον, εἶτα οὕτω καὶ πρὸς ἀλλήλους διαστάντων. Κάτων δὲ, πολλάκις τὰ μέλλοντα προθεσπεῖζοντι, περιῆν δυσκόλους μὲν ἀνθρώπου τότε καὶ πολυπράγμονος, ὕστερον δὲ φρονίμους μὲν, οὐκ εὐτυχοῦς δὲ, συμβούλους λαβεῖν δόξαν.

## CAP. XIV.

Utriusque auctoritate et in Consulatum proiectus (59. a. Chr. n.) et nixus leges fert plebi jucundas, senatu obniente; Julianam filiam uxorem dat Pompeio; ipse Calpurniam, Pisonis f., ducit; Galliam cisalpinam et transalp. cum Illyrico in quinque annos provinciam accipit, Catonem repugnantem in carcerem abducit, reliquos senatores terret, et Clodium tribunum plebis fieri patitur, Ciceroni infestus.

Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Καῖσαρ ἐν μέσῳ τῆς Κράσσου καὶ Πομπήιου φιλίας

### NOTÆ

1 Πρὸς τὴν ἄξ.] Contra Cæsaris postulatum, ad id oppugnandum. In simili re obstitit Cato etiam Pompeio. Cf. Plut. Pomp. 41.

2 Πλὴν Κάτωνος] Qui Romam libertatem perdidisse aiebat, nec metuendam esse agrorum divisionem, de qua mox dicetur, ἀλλ' ὅν ἀντὶ ταύτης ἀπαιτήσουσι μισθὸν οἱ χαριζόμενοι καὶ δελεάζοντες τὸ πλῆθος. Plut. Cato Minor c. 31. Ceterum a nostro Suetonius Jul. c. 19. aliquantum abit, Cæsarem non statim, cum urbem intrasset, sed postquam Consul designatus, optima-

tumque in se conspirationem conspiciatus erat, omnibus officiis Pompeium assectatum esse, eique Crassum reconciliasse, ac societatem cum utroque iniisse, ne quid ageretur in republica quod displicuissest ulli e tribus.

3 Τὴν ὑπὸ ἀμφοῖν.] Reiske mavult τὴν ἀπὸ ἀμφοῖν.

4 Ἀλλὰ μ. ἡ φιλία] Et hoc dictum est Catonis (Plut. Pomp. c. 47.): οὐ τὴν στάσιν, οὐδὲ τὴν ἔχθραν, ἀλλὰ τὴν σύντασιν καὶ τὴν ὅμονιαν αὐτῶν τῇ πόλει πρῶτον κακὸν γενέσθαι καὶ μέγιστον.

δορυφορούμενος, ἐπὶ τὴν ὑπατεῖαν προήχθη, καὶ λαμπρῶς ἀναγορευθεὶς μετὰ Καλπανρίου Βίβλου,<sup>1</sup> καὶ καταστὰς εἰς τὴν ἀρχὴν, εὐθὺς εἰσέφερε νόμους οὐχ ὑπιτῷ προσήκοντας, ἀλλὰ δημάρχῳ τινὶ θραυστάτῳ, πρὸς ἡδονὴν τῶν πολλῶν κληρουχίας τινὰς χώρας<sup>2</sup> καὶ διαιροῦς εἰσηγούμενος.<sup>3</sup> Ἐν δὲ τῇ βουλῇ τῶν καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἀντικρουσάντων, πάλαι δεύμενος πρωφύσεως, ἀγαραγῶν καὶ μαρτυράμενος, ὡς εἰς τὸν δῆμον ἄκων ἔξελανύοιτο, θεραπεύσων ἐκεῖνον ἐξ ἀγάκης, ὕβρει καὶ χαλεπότητι τῆς βουλῆς, πρὸς αὐτὸν ἔξεπήδησε καὶ περιστήσαμενος ἔιθεν μὲν Κράσπον, ἔιθεν δὲ Πομπήϊον, ἥράτησεν, εἰ τοὺς νόμους ἐπαινοῦσεν. Ἐπαινεῖν δὲ φασκόντων, παρεκάλει βοηθεῖν πρὸς τοὺς ἐνίστισθαι μετὰ ξυφῶν ἀπειλοῦντας. Ἐκεῖνοι δ' ὑπισχνοῦντο· Πομπίσσος δὲ καὶ προσεπεῖπεν, ὡς ἀφίξιοτο πρὸς τὰ ξύφη μετὰ τοῦ ξύφους καὶ θυρεὸν κομίζων. Ἐπὶ τούτῳ τοὺς μὲν ἀριστοκρατικὸν ἡρίασεν, οὐκ ἀξίαν τῆς περὶ αὐτὸν αἰδοῦς, οὐδὲ τῇ πρὸς τὴν σύγκλητον εὐλαβεῖα πρέπουσαν, ἀλλὰ μαγικὴν καὶ μειρακιώδη φωνὴν ἀκούσαντας· ὁ δὲ δῆμος ἤσθη. Καῖσαρ δὲ μειζόνως ἔτι τῆς Πομπηίου δυνάμεως ὑποθραπόμενος (ἥν γὰρ αὐτῷ Ἰουδία θυγάτηρ, ἐγγεγυημένη Σερούιλιψ<sup>4</sup> Καιπίωνι) ταύτην ἐνεγγύησε Πομπηῖφ· τὴν δὲ Πομπηίου τῷ Σερούιλιῳ δώσειν ἔφησεν, οὐδὲ αὐτὴν ἀνέγγυον οὖσαν, ἀλλὰ Φαύστῳ, τῷ Σύλλα παιδὶ, καθωμοιλογημένῳ. Ολίγῳ δ' ὑστερον Καῖσαρ ἥγαγετο Καλπανρίαν, θυγατέρα Πείσωρος,<sup>5</sup> τὸν δὲ Πείσωρα κατέστησεν ὑπατον εἰς τὸ μέλλον ἐνταῦθα δῆ καὶ σφόδρα μαρτυρομένου Κάτωρος, καὶ βιωᾶτος, οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι, γάμοις διμαστροπενομένης τῆς ἡγεμονίας, καὶ διὰ γυναιῶν εἰς ἐπαρχίας καὶ στρατεύματα καὶ δυνάμεις ἀλλήλους ἀντεισαγότων. Οἱ μὲν οὖν συνάρχων τοῦ Καίσαρος, Βίβλος, ἐπεὶ κωλύνων τὸν νόμον οὐδὲν ἐπέραυνεν, ἀλλὰ πολλάκις ἐκιδύνευε μετὰ Κάτωρος ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀποθανεῖν, ἐγκλεισάμενος οἴκοι τὸν τῆς ἀρχῆς

## NOTÆ

1 Βίβλον] Plut. in Catone et Apianus Βίβλον scribunt. M. Calpurn. Bibulus largitione optimatum Consul factus est, Cæsare L. Lucceium Hirrum, alterum competitorum, juvante, quem sciebat concordem et consentientem fore collegam. Suet. Jul. c. 19.

2 Χώρας] Esse genitivum singul. Reiske monet.

3 Εἰσηγούμενος] Κατοικίας πόλεων καὶ νομᾶς ἀγρῶν ἔγραψεν, ut Plut. in Pompeio c. 47. Campum Stellatem (Campaniæ) agrumque Campanum divisit

extra sortem viginti millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent. Suet. c. 20.

4 Servilio, cuius vel præcipna opera paulo ante Bibulum impugnaverat. Suet. c. 21.

5 Πείσωρος] Lucii Calpurn. Pisonis Cæsonii, (quem ne confundas cum C. Pisone, de quo supra mentio facta c. 7.) ut proximo anno absens alterum consulem sibi sciret faventem, cum alter, Gabinius, Pompeii esset assentator.

χρόνον διετέλεσε.<sup>6</sup> Πομπίγιος δὲ γῆμας, εὐθὺς ἐνέπλησε τὴν ἀγορὰν ὅπλων, καὶ συνεπεκύρου τῷ δήμῳ τὸν νόμους.<sup>7</sup> Καίσαρι δὲ τὴν ἐντὸς "Αλπεων καὶ τὴν ἑκτὸς ἄπασαν Κελτικὴν, προσθεὶς τὸ Ἰλλυρικὸν μετὰ ταγμάτων τεσσάρων εἰς πενταείαν. Κάτωνα μὲν οὖν ἐπιχειρήσαντα τούτοις<sup>8</sup> ἀντιλέγειν ἀπῆγεν εἰς φυλακὴν ὁ Καῖσαρ, οἱόμενος αὐτὸν ἐπικαλέσεσθαι τὸν δημάρχους· ἐκείνου δ' ἀφώνου βαδίζοντος, ὥρῳ ὁ Καῖσαρ οὐ μόνον τὸν κρατίστον δυσφοροῦντας, ἀλλὰ καὶ τὸ δημοτικὸν αἷδοι τῆς Κάτωνος ἀρετῆς σιωπῇ καὶ μετὰ κατηφέλας ἐπόμενον, αὐτὸς ἐδεήθη κρύφα τῶν δημάρχων ἐνὸς ἀφελέσθαι τὸν Κάτωνα. Τῶν δ' ἄλλων συγκλητικῶν ὀλίγοι παιτάπασιν αὐτῷ συνήσαν εἰς βουλὴν, οἵ δὲ λοιποὶ δυσχεραίνοντες ἐκποδὼν ἤσαν. Εἰπόντος δὲ Κονσίδιου τινὸς τῶν σφύδρα γερόντων, ὡς φοβούμενοι τὰ ὅπλα καὶ τὸν στρατιώτας οὐ συνέρχοντο· Τί οὖν, ἔφη ὁ Καῖσαρ, οὐ καὶ σὺ ταῦτα δεδίως οἰκουρεῖς; Καὶ ὁ Κονσίδιος εἶπεν "Οτι με ποιεῖ μὴ φοβεῖσθαι τὸ γῆρας. Ο γὰρ ἔτι λειπόμενος βίος οὐ πολλῆς, ὀλίγος ὅν, δεῖται προνοίας. Αἰσχιστον δὲ τῶν τότε πολιτευμάτων ἔδοξεν, ἐν τῇ Καίσαρος ὑπατείᾳ, δημάρχον αἱρεθῆναι<sup>9</sup> Κλωδίου ἐκείνοι, ύψ' οὖν τὰ περὶ τὸν γάμον καὶ τὰς ἀποφήνητους παρερομήθη παννυχίδας. Ἡρέθη δ' ἐπὶ τῇ Κικέρωνος καταλύσει· καὶ Καῖσαρ οὐ πρότερον ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν στρατείαν, ἢ καταστασίασι Κικέρωνα μετὰ Κλωδίου, καὶ συνεκβαλεῖν ἐκ τῆς Ἰταλίας.

## CAP. XV.

Laudes Cæsaris ob summam virtutem imperatoriam, bello Gallico palam factam.

Τοιαῦτα μὲν οὖν λέγεται γενέσθαι τὰ πρὸ τῶν Γαλατικῶν. Ο δὲ τῶν πολέμων, οὓς ἐπολέμησε μετὰ ταῦτα, καὶ τῶν στρατεῶν, αἷς ἡμερώσατο τὴν Κελτικὴν, χρόνος, ὥσπερ ἄλλην ἀρχὴν λαβόντος αὐτοῦ, καὶ καταστάντος εἰς ἑτέραν τινὰ βίου καὶ πραγμάτων καιρῶν ὄδον, οὐκ ἔστιν ὅπου τῶν μάλιστα τεθαυμασμέρων ἐφ' ἡγεμονίᾳ καὶ μεγίστων

## NOTÆ

<sup>6</sup> Διετέλεσε] Ὁκτὼ μηνῶν οὐ προῆλθεν ὑπατεύων. Plut. Pomp. 48. aliique.

<sup>7</sup> Τὸν νόμους] Περὶ τῆς διανομῆς τῶν χωρίων.

<sup>8</sup> Τούτοις] Legi potissimum Iulie agrariæ; ut est videre ex Plut. Catone Min. c. 33.

<sup>9</sup> Δημάρχον αἱρεθῆναι] Clodius erat patricius; ut posset tribunus plebis fieri, a plebeio P. Fonteio, xx. circiter annos habente, Clodius, xxxv. annos habens, adoptabatur. Tum trib. plebis factus est, contra Ciceronem, in judicio quodam temporum statum deplorantem.

γεγονότων ἀπολείποντα πολεμιστὴν καὶ στρατηλάτην ἀπέδειξεν αὐτὸν.<sup>1</sup> Ἐλλ' εἴτε Φαβίους καὶ Σκιπίωνας καὶ Μετέλλους, καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν, ἢ μικρὸν ἐμπροσθεν αὐτοῦ, Σύλλαν καὶ Μάριον, ἀμφοτέρους τε Λευκούλλους,<sup>2</sup> ἢ καὶ Ηορπῆιον αὐτὸν, οὗ κλέος ἴπουφάριστον ἤρθει τότε παντοῖας περὶ πολεμιον ἀρετῆς, παραβάλλοι τις, αἱ Καισαρος ὑπερβάλλουσι<sup>3</sup> πράξεις, τὸν μὲν χαλεπότητι τύπων, ἐν οἷς ἐπολέμησε, τῷ νδὲ μεγάθει χώρας, ἢν προσεκτήσατο, τὸν δὲ πλήθει καὶ βιᾳ πολεμίων, οὓς ἔνικησε, τὸν δ' ἀτοπίαις καὶ ἀπιστίαις ἡθῶν,<sup>4</sup> ἢ καθωμάλισε, τὸν δ' ἀπιεικείᾳ καὶ προστηγῇ πρὸς τοὺς ἀλισκομένους, τὸν δὲ δώρους καὶ χάρισι πρὸς τοὺς συστρατευομένους, πάντας δὲ τῷ πλείστας μεμαχησθαι μάχας, καὶ πλείστους ἀνγρηκέγαι τῶν ἀντιταχθέντων. Ἐτη γὰρ οὐδὲ δέκα<sup>5</sup> πολεμήσας περὶ Γαλατῶν, πόλεις μὲν ὑπὲρ ὀκτακοσίας<sup>6</sup> κατὰ κράτος εἶλεν, ἔθνη δὲ ἔχειρώσατο τριακόσια<sup>7</sup> μυριάσι δὲ παραταξάμενος κατὰ μέρος τριακοσίαις, ἑκατὸν μὲν ἐν χερσὶ διέφθειρεν, ἄλλας δὲ δις τοσαύτας<sup>7</sup> ἔξιγρησεν.

## NOTE

1 Αὐτὸν] Lege αὐτὸν, sc. Καίσαρα. Conjuganda sunt δὲ τῶν πολέμων — χρ'ος — ἀπέδαιξεν αὐτὸν οὐκ ἔστιν ὅτου (l. e. πάντων οὐκ) ἀπολείποντα πολεμιστήν. Verba ὥσπερ ἄλλην ἔρχην λαβόντος αὐτὸν (*novi plane imperii exordium eo inducente*) et reliqua usque ad δόδυν, in parenthesis sunt.

2 Ἀμφ. τε Λευκούλλους] Intelligas L. Lucullum et M. Lueullum, fratres; quorum prior in Asia, alter in Macedonia rebus bello gestis excelluit.

3 ὑπερβάλλουσι] Reiske mavult ὑπερβαλοῦσι in futuro, me non probante.

4 ἀτοπίαις καὶ ἀπιστίαις ἡθῶν] H. e. ratione insolentium atque incredibiliū morum gentium devictarum.

5 Ἐτη οὐδὲ δέκα] Tenuit Gallias Cæsar per geminum quinquennium

semestri imperio minus, quod ei ademtum initio belli civilis. Casaub. ad Suet. Cæs. c. 25.

6 ὑπὲρ ὀκτακοσίας] Numerum adeo auxit Plutarchus in Vit. Pompeii c. 67.: χιλιας ἥρηκε πόλεις κατὰ κράτος, ἔθνη δὲ πλείστα τριακοσίων ὑπῆκτο. Γερμανοῖς δὲ καὶ Γαλάταις μεμαχημένος ἀγήτητος ὅτας οὐκ ἄν τις ἀμφιψήσαι μάχας, ἑκατὸν μυριάδας αὐχμαλώτων ἔλαβεν, ἑκατὸν δὲ ἀπέκτεινε τρεψάμενος ἐκ παρατέξεως.

7 Δις τοσαύτας] Δις de suo addidit Reiske, quasi omnia illa millia vel cæsa vel capta sint, nulla effugerint; me non probante, præter Plutarchi l. l. etiam propter Appianum de reb. Gallicis c. 2. qui, καὶ τούτων, inquit, ἑκατὸν μὲν ἔξιγρησαν, ἑκατὸν δὲ ἐν τῷ πόνῳ κατέκτανον, sc. Romani.

## CAP. XVI.

Militum amor Cæsaris summus erat. Exempla quædam factorum fortissimorum.

Εὐροίᾳ δὲ καὶ προθυμίᾳ στρατιωτῶν ἔχρισατο τοσαύτηγ πρὸς αὐτὸν,<sup>1</sup> ὅστε τοὺς ἑτέρων μηδὲν ἐν ταῖς ἄλλαις στρατείαις διαφέροντας, ἀμάχους καὶ ἀνυποστάτους φέρεσθαι πρὸς πᾶν δειπὸν ὑπὲρ τῆς Καίσαρος δέξης. Οἶος ἦν τοῦτο μὲν Ἀκίλιος, ὃς ἐν τῇ περὶ Μασσαλίαν ναυμαχίᾳ,<sup>2</sup> νεώς πολεμίας ἐπιβεβήκως, τὴν μὲν δεξιὰν ἀπεκόπη χεῖρα μαχαίρᾳ, τῇ δ' ἀριστερῇ τὸν θυρεὸν οὐκ ἀφῆκεν, ἀλλὰ τύπτων εἰς τὰ πρόσωπα τοὺς πολεμίους, ἀπέστρεψε πάντας, καὶ τοῦ σκάφους ἐπεκράτησε· τοῦτο δὲ Κάσσιος Σκεύαξ,<sup>3</sup> ὃς ἐν τῇ περὶ Δινδύμου μάχῃ τὸν ὄφθαλμὸν ἐκκοπεῖς τοξέυματι, τὸν δ' ὕμιον ὑσσῷ καὶ τὸν μηρὸν ἑτέρῳ διεληλαμένος, τῷ δὲ θυρεῷ βελῶν ἐκαπὸν καὶ τριάκοντα πληγὰς ἀναδεδεγμένος, ἐκάλει τοὺς πολεμίους, ὡς παραδώσων ἑαυτόν· δνεῖν δὲ προσιόντων, τοῦ μὲν ἀπέκοψε τὸν ὕμιον τῇ μαχαίρᾳ, τὸν δὲ κατὰ τοῦ προσώπου πατάξις ἀνέτρεψεν.<sup>4</sup> αὐτὸς δὲ διεσώθη, τῶν οἰκείων περισχόντων. Ἐν δὲ Βρεττανίᾳ τῶν πολεμίων εἰς τόπον ἐλώδη καὶ μεστὸν ὕδατος ἐμπεσοῦσι τοῖς πρώτοις ταξιάρχαις ἐπιθεμένωι, στρατιώτης Καίσαρος,<sup>5</sup> αὐτοῦ τὴν μάχην ἐφορῶντος, ὡσάμενος εἰς μέσους,

## NOTE

1 Πρὸς αὐτὸν] Sic Reiske de suo pro περὶ αὐτὸν.

2 Ναυμαχίᾳ] Forte facinus C. Aelii, decimae legionis militis, Cynægiri exemplum imitati, etiam Sueton. Jul. c. 68. Valer. Max. III. 2. 22. aliique commemorant.

3 Σκεύαξ] Lege cum Aeon. Σκένας. M. Cassius (sive Cæsius, ut Val. Max. III. 2. 23.) Scæva erat tum centurio, cuius forte factum Cæsar ipse de bello Civ. II. 53., Appianus de bell. civil. II. 60. aliique non tacuerunt. Cæsar (in vulgata) cxxxx. foramina in clypeo inventa tradit; duo vero codices cxx. exhibent; quem numerum plurimi reliquorum, qui de eo facto mentionem fecerunt, scripsere. Sed in his minutis, quarum alias

quoque notare possem, morari longum esset.

4 Ἀνέστρεψεν] Causa non fuit justa, cur Reiske sic ederet pro vulgata ἀπέστρεψεν.

5 Στρατιώτης Καίσαρος] In pluribus Valerii Max. III. 2. 24. Codd. Scævolu vocatur; vulgata Scævum appellat, qui ab interpretibus pro eodem habetur, cuius modo meminit Plutarchus; quem tum Cæsar præmii loco ex milite gregario centurionem fecerit. At Dio Cassius lib. xxxvii. eum appellat Publum Scævum, cuius forte factum accidisse, cum Cæsar in Hispania proprætor milites quosdam ex continente in insulam quandam Oceani misisset, auctor est.

καὶ πολλὰ καὶ περίοπτα τόλμης ἀποδειξάμενος ἔργα, τοὺς μὲν ταξιάρχους ἔσωσε, τῶν βαρβάρων φυγόντων, αὐτὸς δὲ χαλεπῶς ἐπὶ πᾶσι διαιράσθων, ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ῥεύματα τελματώδη καὶ μολις ἄνευ τοῦ θυρεοῦ, τὰ μὲν ῥηχόμενος, τὰ δὲ βαδίζων, διεπέρασε. Θαυμαζόντων δὲ τῶν περὶ τὸν Καίσαρι, καὶ μετὰ χαρᾶς καὶ κραυγῆς ἀπαντώντων, αὐτὸς εὖ μάλα κατηφής καὶ δεδακρυμένος προσέπεσε τῷ Καίσαρι, συγγνώμην αἰτούμενος ἐπὶ τῷ προέσθαι τὸν θυρέον. Ἐν δὲ Λιβύῃ ναῦν ἔχοντες οἱ περὶ Σκιπίωνα Καίσαρος, ἐν ᾧ Γράιος Πέτρων<sup>6</sup> ἐπέπλει, ταμίας ἀποδειγμένος, τοὺς μὲν ἄλλους ἐποιῶντο λείαν, τῷ δὲ ταμίᾳδιδόνται τὴν σωτηρίαν ἔφασαν. 'Ο δ', εἰπὼν, ὅτι τὸν Καίσαρος στρατιώτας οὐ λαμβάνειν, ἀλλὰ διδόναι σωτηρίαν ἔθος ἐστὶν, ἑαυτὸν τῷ ξίφει πατάξας ἀνεῖλεν.

## CAP. XVII.

Quibus artibus hunc sibi militum amorem conciliarit Cæsar. De corpore, valetudine, vitae inter milites consuetudine moribusque ejus.

Τὰ δὲ τοιαῦτα λήματα<sup>1</sup> καὶ τὰς φιλοτιμίας αὐτὸς ἀνέθρεψε καὶ κατεσκεύασε Καίσαρ, πρῶτον μὲν τῷ χαρίζεσθαι καὶ τιμῆν ἀφειδῶς, ἐνδεικνύμενος, ὅτι τὸν πλοῦτον οὐκ εἰς τρυφὴν ιδίαν, οὐδέ τινας ἡδυπαθείας ἐκ τῶν πολέμων ἀθροίζει, κοινὰ δ' ἄθλα τῆς ἀνδραγαθίας παρ' αὐτῷ φυλασσόμενα ἀπόκειται· καὶ μέτεστιν ἐκείνῳ τοῦ πλούτεον,<sup>2</sup> ὅσα τοῖς ἀξίοις τῶν στρατιωτῶν δίδωσιν<sup>3</sup> ἐπειτα τῷ πάντα μὲν κίτευνον ἴειν ὑφίστασθαι, πρὸς μηδένα δὲ τῶν πόνων ἀπαγορεύειν. Τὸ μὲν οὖν φιλοκίνδυνον οὐκ ἔθαύμασθον αὐτοῦ διὰ τὴν φιλοτιμίαν ἢ δὲ τῶν πόνων ὑπομονὴν, παρὰ τὴν τοῦ σώματος δύναμιν ἐγκαρπεῖν δοκοῦντος, ἐξέπληξτεν<sup>4</sup> ὅτι καὶ τὴν ἔξιν ὥν ισχὺν, καὶ τὴν σύρκα λευκὸς καὶ ἀπαλὸς, καὶ περὶ τὴν κεφαλὴν νοσώδης, καὶ τοῖς ἐπιληπτικοῖς<sup>5</sup> ἔροχος,

## NOTÆ

<sup>6</sup> Πέτρων] Petronius is, non Petron dicebatur, Bryano monente. Idem prefert lectionem Codicis Par. τοῦ Κ. στρατιώτας. Petronii factum eodem forte tempore accidit, quo, quæ in libro *de bell. Afric.* c. 44. seqq. narrantur, acciderunt. Cf. etiam Valer. Max. III. 8. 7.

<sup>1</sup> Λήματα] Sic recte Reiske pro-

vulg. λήματα, praeunte Grævio ad Luc. Pseudolog. c. 5.

<sup>2</sup> Τοῦ πλούτεον] Subaudi τοσαῦτα, se hactenus participare divitias, aut gloriā opulentiae, quatenus militum bene meritis illas divitias impertire atque largiri possit. Reiske.

<sup>3</sup> Τοῖς ἐπιληπτικοῖς] Comitali morbis inter res agendus (primo Cordubæ, tum in prælio ad Thapsum) correptum

ἐν Κορδύβῃ πρῶτον αὐτῷ τοῦ πάθους, ὡς λέγεται, τούτου προσπεσόντος, οὐ μαλακίας ἐποήσατο τὴν ἀρρώστιαν πρόφασιν, ἀλλὰ θεραπείαν τῆς ἀρρώστιας τὴν στρατείαν, ταῖς ἀτρύτοις ὁδοιπορίαις, καὶ ταῖς εὐτελέσι διαιταῖς, καὶ τῷ θυραυλεῖν ἀπομαχόμενος τῷ πάθει, καὶ τὸ σῶμα φρουρῶν δυσάλωτον. Ἐκοιμάτο μὲν γε τὸν πλείστους ὑπνούς ἐν ὄχημασιν, ἢ φορείσιν, εἰς πρᾶξιν τὴν ἀνάπτανσιν κατατιθέμενος ὥχειτο δὲ μεθ' ἥμεραν ἐπὶ τὰ φρούρια καὶ τὰς πόλεις καὶ τὸν χάρακας, ἐνὸς αὐτῷ συγκαθημένον παιδὸς, τῶν ὑπογράφειν ἄμα διώκοτος<sup>4</sup> εἰθισμένων, ἐνὸς δ' ἔξόπισθεν ἐφεστηκότος στρατώπεδον, ξίφος ἔχοντος. Συντόνως δ' ἥλαυνεν οὕτως, ἀστε τὴν πρώτην ἔξοδον ἀπὸ Ρώμης ποιησάμενος, ὁγδοῖος ἐπὶ τὸν Ροδαρὸν ἐλθεῖν.<sup>5</sup> Τὸ μὲν οὖν ἵππεύειν ἐκ παιδὸς ἦν αὐτῷ ῥάβδιον<sup>6</sup> εἴθιστο γάρ εἰς τούπισω τὰς χεῖρας ἀπάγων, καὶ τῷ νώτῳ περιπλέκων, ἀνὰ κράτος ἐλαύνειν τὸν ἵππον.<sup>6</sup> Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ στρατείᾳ προσεξήσκησεν ἵππαζόμενος τὰς ἐπιστολὰς ὑπαγορεύειν, καὶ δυσὶν ὁμοῦ γράφουσιν ἔξαρκεῖν ὡς δ "Οππιός"<sup>7</sup> φησι, καὶ πλείσι. Λέγεται δὲ καὶ τὸ διὰ γραμμάτων τοῖς φίλοις<sup>8</sup> ὄμιλεῖν, Καίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι, τὴν κατὰ πρόσωπον ἔντευξιν ὑπὲρ τῶν ἐπειγόντων, τοῦ καιροῦ διά τε τὸ πλῆθος<sup>9</sup> ἀσχολιῶν καὶ τῆς πόλεως τὸ μέγεθος μὴ περιμένοντος. Τῆς δὲ περὶ τὴν διαιταν ἐνκολίας κάκειν ποιοῦνται σημεῖον, ὅτε, τοῦ δειπνιζόντος αὐτὸν ἐν Μεδιολάρῳ ζένου, Οὐαλερίου Λέοντος, παραθέντος ἀσπάραγον, καὶ μύρον<sup>10</sup> ἀντ' ἐλαίου καταχέαν-

## NOTÆ

*esse scripsit Suet. Jul. c. 45. qui locus de Cæsar's statuta, valetudine, et circa corpus cura, videndus est.*

*4 Τηνόρ. ἄμα διώκοτος]* Verte cum Xylandro: *qui dictata ab ipso exciperet scribendo.*

*5 ἘΑθέειν]* Quo igitur itinere singularis diebus XIV. circiter milliaria geographicā transvolavit.

*6 Εἴθιστο—τὸν ἵππον]* Deerant hæc verba in Cod. Xylandri. De equo insigni, quo Cæsar utebatur, vid. Suet. Jul. c. 61. Plin. H. N. VIII. 42. et Dio Cass. lib. XXXVII.

*7 Oppius erat ex familiaribus Cæsar's et de ejus vita scripsisse videatur. Cæsarem pluribus simul literas dictasse, etiam Plinius tradit lib. VII. 25.: Scribere aut legere, simul dictare et audire solitum accepimus. Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter*

[librariis] dictare; [aut si nihil aliud ageret, septenas.] Quæ in his uncis inclusi, ex trium Codd. auctoritate omittenda sunt. Satis fuit vigoris, quaternas dictare.

*8 Τοῖς φίλοις]* Sc. præsentibus vel in urbe vel in Cæsar's castris. Cum literæ tantum absentibus mitti solearent, instituit Cæsar hoc, ut tempori parceret. Non accedo iis, qui Plutarchum de Cæsar's cryptographia interpretantur, de qua videatur Suet. Cæs. c. 56.

*9 Τὸ πλῆθος]* Articulum cum cod. V. malui addere.

*10 Καὶ μύρον]* Scripserat C. Oppius, Cæsarem quondam ab hospite conditum oleum, pro viridi apposatum, aspernantibus ceteris, solum etiam largius appetisse, ne hospitem aut negligentiæ aut rusticitatis vide-

*τοῖς, αὐτὸς μὲν ἀφελῶς ἔβαγε, τοῖς δὲ φίλοις δυσχέραιόν τους ἐπέπληξεν.* "Πρκει γάρ, ἔφη, τὸ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἀπαρέσκουσιν ὁ δὲ τὴν τοιαύτην ἀγροκίαν ἔξελέγχωι, αὐτὸς ἐστιν ἄγρουκος. Ἐν ὅδῷ δέ ποτε συνελαθεὶς ὑπὸ χειμῶνος εἰς ἐπαυλιν ἀνθρώπου πένητος, ὡς οὐδὲν εὗρε πλέον οἰκήματος ἐρὸς γλίσχρως ἔνα δέξασθαι δυναμένου, πρὸς τοὺς φίλους εἰπὼν, ὡς τῶν μὲν ἐντίμων παραχωρητέον εἴη τοῖς κρατίστοις, τῶν δὲ ἀναγκαίων τοῖς ἀσθενεστάτοις,<sup>11</sup> Ὅππιον ἐκέλευσεν ἀναπαύσασθαι· μετὰ δὲ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἐν τῷ προστεγίῳ τῆς θύρας ἐκάθευδεν.

## CAP. XVIII.

Cæsar Helvetios, cum novas sedes in Gallia quaererent, victos in patrias remisit. 58. a. Chr.

"Ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν πρῶτος αὐτῷ τῶν Κελτικῶν πολέμων πρὸς Ἐλβηττίους<sup>1</sup> συνέστη καὶ Τιγυρίους, οἵ τις αὐτῶν δώδεκα πόλεις καὶ κώμας τετρακοσίας ἐμπρήσαντες, ἔχώρουν πρόσω διὰ τῆς ὑπὸ Ψωμαίου Γαλατίας,<sup>2</sup> ὥσπερ πάλαι<sup>3</sup> Κίμμηροι, καὶ Τεύτορες, οὕτε τόλμαν ἐκείνων

## NOTÆ

retur arguere. Suet. Cæs. 53. Sollebat igitur asparagis oleum viride h. e. ex olea non matura pressum, Græce διφάκινον, affundi. Negligentia Leonis fuit, ut conditum apponeret h. e. vetus oleum et vulgare. Sic locum cepit Ernesti. Alter Plutarchus, *conditum* legens, h. e. oleum aromatibus mixtum, μύρον; quasi nimia hominis luxuria et ἀπειροκαλία Cæsaris amicos offenditer. Quod Casaubono placet, et Salmasio de Homon. Hyles iatr. p. 32.: Viride, ait, oleum ad condiendo odores olim multi usus fuit. Inde *oleum conditum*, τὸ ἡδονομένον, enī odores incoeti fuerant; ejus in condimentis nulla gratia, quam præcipuum in cibis habuit viride.

11 *Toῖς ἀσθ.*] Oppius enim subita valetudine corruptus erat. Suet. c. 72.

1 Helvetiorum sedes erant inter Rhenum fl., Juram mont., Rhodanum lacumque Lemanum et Alpes. Tigurini ab Helvetiis non erant diversi, sed quarta eorum pars. Orgetorige suasore finibus suis exire decreverant, sperantes fore, ut facile totius Galiae imperio potiantur.

2 Γαλατ.] H. e. per Allobroges et Galliam provinciam, quæ Narbonensis dicitur. Ex Cæsare vero constat, Helvetios non per provinciam sed per Sequanos suas copias in Aeduarum fines transduxisse, postquam frustra iter per provinciam tentaverant.

3 Πάλαι] Cimbri a Mario victi sunt a. 100. a. Chr., ex quo ad Cæsaris de Helvetiis victoriam XLII. anni præterierant.

ὑποδεέστεροι<sup>4</sup> δοκοῦντες εἶναι, καὶ πλῆθος ὄμιλῶς<sup>5</sup> τριάκοντα μὲν αἱ πᾶσαι μυριάδες ὅντες, εἴκοσι δ' αἱ μαχόμεναι, μᾶς δέουσαι. Τούτων Τιγυρινὸς μὲν οὐκ αὐτὸς, ἀλλὰ Λαβιηρὸς<sup>6</sup> πεμφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, περὶ τὸν<sup>7</sup> Ἀραρα ποταμὸν συνέτριψεν· Ἐλβηττίων δ' αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν φίλην<sup>7</sup> ἄγοντι τὴν στρατιὰν, καθ' ὁδὸν ἀπροσδοκήτως ἐπιθεμένων, φθάσας ἐπὶ χωρίον καρτερὸν<sup>8</sup> κατέφυγε. Κάκεῖ συναγαγὼν καὶ παρατάξας τὴν δύναμιν, ὡς ἵππος αὐτῷ προσήχθη· Τούτῳ μὲν, ἔφη, νικήσας χρήσομαι πρὸς τὴν δίωξιν, τοῦ δὲ ἰωμενὸς<sup>9</sup> ἐπὶ τὸν πολεμίον<sup>10</sup> καὶ πεζὸς ὄρμήσας ἐνέβαλε. Χρόνῳ δὲ καὶ χαλεπῷ ὡσάμενος τὸ μάχιμον, περὶ ταῖς ἀμάξαις καὶ τῷ χάρακι τὸν πλεῖστον ἔσχε πόνον, οὐκ αὐτῶν μόνον ὑφισταμένων ἐκεῖ καὶ μαχομένων, ἀλλὰ καὶ παῖδες αὐτῶν καὶ γυναικεῖς ἀμυνόμεναι μέχρι θανάτου, συγκατεκόπησαν, ὥστε τὴν μάχην μόλις εἰς μέσας νύκτας τελευτῆσαι. Καλῷ δὲ τῷ τῆς νίκης ἔργῳ κρεῖττον<sup>11</sup> ἐπέθηκε, τὸ συνοικίσαι τὸν διαφυγόντας ἐκ τῆς μάχης τῶν [παρόντων]<sup>12</sup> βαρβάρων, καὶ καταγαγάσαι τὴν χώραν ἀναλαβεῖν, ἦν ἀπέλιπον, καὶ τὰς πόλεις, ἃς διέφθειραν, ὅντας ὑπὲρ δέκα μυριάδας.<sup>12</sup> Ἔπραξε δὲ τοῦτο, δεδιώς, μὴ τὴν χώραν ἔρημον γενομένην οἱ Γερμανοὶ διαβάντες κατύσχωσι.

## NOTÆ

4 Ἐποδεέστεροι] Reliquos saltem Gallos virtute praecedebant, quod fere quotidianis præliis cum Germanis contendebat.

5 Ὁμιλῶς] Reiske mavult διαλέῖται. Erant capitum Helvetiorum millia CCLXIII., Tulingorum millia XXXVI., Latobrigorum XIV., Rauracorum XXIII., Boiorum XXXII. Ex his qui arma ferre possent ad millia XCII. Summa omnium fuerunt ad millia CCCLXVIII. Cæsar lib. I. 29.

6 Λαβ.] Cæsar de b. Gall. I. 12. auctor est, se ipsum Tigurinos quartum Helvetiorum pagum, citra Ararim reliquum, postquam tres pagi transierant, adortum esse et maximam partem concidisse. Plutarchus confudisse videtur, quæ in Cæsare c.

21. et 22. narrantur.

7 Πόλων φίλην] Bibracte erat, maximum Ædnorum oppidum, quo Cæsar, qui Helvetios secutus erat, ut rei frumentariae prospiceret, ire contendebat.

8 Χωρίον καρτερὸν] Proximum collēm.

9 Ἰωμενός] Sc. πεζοί. De prælio ipso vid. Cæsar I. 25, 26.

10 Κρεῖττον] Sc. ἔργον.

11 Παρόντων] Reiske recte hanc vocem uncis inclusit, quæ quid sibi velit ignoratur.

12 Ἐπέρ δέκα μυρ.] Eorum, qui domum redierunt, censu habito, ut Cæsar imperaverat, repertus est numerus millium c. et x. Cæsar I. 29.

## CAP. XIX.

Animo snorum confirmato vincit Cæsar Arioustum, Germanorum regem, magno prælio.

Δεύτερον δὲ πρὸς Γερμανοὺς ἄγτικρυς ὑπὲρ Κελτῶν<sup>1</sup> ἐπολέμησε, καίτοι τὸν βασιλέα πρότερον αὐτῶν, Ἀριόβυνστον, ἐν Ρώμῃ σύμμαχον<sup>2</sup> πεποιημένος. Ἐλλ' ἦσαν ἀφύρητοι τοῖς ὑπηκόοις αὐτοῦ γείτορες, καὶ καιροῦ παραδόντος, οὐκ ἀν ἐδόκουν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀτρεμήσειν, ἀλλ' ἐπιτεμάχεσθαι καὶ καθέξειν τὴν Γαλατίαν.<sup>3</sup> Ὁρῶν δὲ τοὺς ἡγεμόνας ἀποδειλιῶτας, καὶ μάλιστα ὅσοι τῶν ἐπιφανῶν καὶ νέων αὐτῷ συνέηλθον,<sup>4</sup> ὡς δὴ τρυφῆ χρησόμενοι καὶ χρηματισμῷ τῇ μετὰ Καίσαρος στρατείᾳ συναγαγὼν εἰς ἔκκλησιάν, ἐκέλευσεν<sup>5</sup> ἀπέραι, καὶ μὴ κινδυνεύειν πιρὰ γνώμην, οὕτως ἀνάγδρως καὶ μαλακῶς ἔχοντας· αὐτὸς δὲ ἔφη τὸ δέκατον τάγμα μόνον παραλαβὼν, ἐπὶ τοὺς βαριζύρους πορεύεσθαι, μήτε κρείττονι μέλλων Κιμβρῶν μάχεσθαι πολεμίοις, μήτ' αὐτὸς ὥν Μαρίου χείρων στρατηγός.<sup>6</sup> Ἐκ τούτον τὸ μὲν δέκατον τάγμα πρεσβευτὰς ἐπειμψε πρὸς αὐτὸν, χάριν ἔχειν ὁμολογοῦντες· τὰ δὲ ἄλλα τοὺς ἑαυτῶν ἐκάκιζον ἡγεμόνας, δρμῆς δὲ καὶ προθυμίας γενόμενοι πλήρεις ἀπαντες ἡκολούθησαν ὅδον ἡμερῶν πολλῶν,<sup>7</sup> ἕως ἐν διακοσίοις

## NOTÆ

1 [Ὑπὲρ Κελτῶν] Ad c. et xx. millia Germanorum cum Ariousto Rhenum transierant, magnam partem agri Sequanorum occuparant, Aednos victos coegerant, ut stipendium quotannis penderent; Germani denique Rhenum transire consuescentes, paulatim omnes Gallos ex suis finibus videbantur pulsuri.

2 [Σύμμαχον] In consulatu Cæsaris rex atque amicus a senatu appellatus erat.

3 Τὴν Γαλατίαν] Cæsar existimabat, homines feros ac barbaros sibi non temperaturos, quin, cum omnem Galliam occupassent, ut ante Cimbri Teutonique fecissent, in provinciam exirent, atque inde in Italiam contenderent; præsertim cum Sequanos a provincia nostra Rhodanus dividebat. Cæs. B. G. i. 33.

4 [Συνεξῆλθον] Ex urbe, amicitiae causa: ἐπιφανοὶ intelligendi sunt de nobili gente natis juvenibus: τῶν ἐπ. καὶ νέων est ἐν διὰ δυοῖν.

5 [Ἐκέλ.] Cæsaris oratio videatur de B. G. i. 40.

6 [Μήτε κρείττονι—στρατηγός] Cæsaris verba sunt: aut cur de sua milites virtute, aut de ipsis Cæsaris diligentia desperarent. Factum ejus hostis periculum patrum nostrorum memoria, cum Cimbri et Teutonis a C. Mario pulsis non minorem laudem exercitus quam ipse imperator (Marius) meritus videbatur. Quo in loco, Davisio monente, et Plutarchus et Jul. Celsus aliam eamque deteriorem lectionem secuti sunt.

7 [Ημ. πολλῶν] Itinere per septem dies non intermisso. Mox legit Reiske ἀπὸ τῶν πολεμιῶν.

τῶν πολεμίων σταδίους κατεστρατοπέδευσαν. <sup>7</sup> Ήν μὲν οὖν ὁ τι καὶ πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτὴν ἐπέθραυστο τῆς τόλμης τοῦ Ἀριοβύστου. Γερμανοῖς γὰρ ἐπιθήσεσθαι ὑψαίους, ὃν ἐπερχομέρων οὐκ ἂν ἐδόκουν ὑποστῆγειν, ὃ μὴ<sup>8</sup> προσδοκήσας, ἔθαύμαζε τὴν Καίσαρος τόλμαν, καὶ τὸν στρατὸν<sup>9</sup> ἔνορα τεταραγμέον. <sup>10</sup> Εἴτι δὲ μᾶλλον αὐτοὺς ἡμβλυνε τὰ μακτεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν,<sup>11</sup> αἱ ποταμῶν δίναις προσβλέπουσαι, καὶ ἥρευμάτων ἐλιγμοῖς καὶ ψύφοις τεκμαρόμεναι προεθέσπιξον, οὐκ ἔωσαι μάχην τίθεσθαι, πρὶν ἐπιλάμψῃ νέαν σελήνην. Ταῦτα τῷ Καίσαρι πυνθανομέρῳ, καὶ τοὺς Γερμανοὺς ἡσυχάζοντας ὄρῶντι, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν, ἀπροθύμοις οὖσιν αὐτοῖς συμβάλλειν, μᾶλλον ἢ τὸν ἐκείνων ἀραμέοντα καιρὸν καθῆσθαι. Καὶ προσβολὰς ποιούμενος τοῖς ἐρύμασι καὶ λόφοις, ἐφ' ᾧν ἐστρατοπέδευον, ἐξηγρίαιε καὶ παρώξυνε καταβάντας πρὸς ὄργην διαγωνίσουσθαι. Γειομέρης δὲ λαμπρᾶς τροπῆς αὐτῶν, ἐπὶ σταδίους τριακοσίους<sup>11</sup> ἄχρι τοῦ Ἄργου διώξας, κατέπλησε τοῦτο πᾶν τεκρῶν τὸ πεδίον καὶ λαφύρων. Ἀριούβυστος δὲ φθύσας μετ' ὄλεγων, διεπέρασε τὸν Ἄργον. Ἀριθμὸν δὲ τεκρῶν μυριάδας ὀκτὼ γενέσθαι λέγονται.

## CAP. XX.

Exercitu in hyberna deducto, Cæsar in Galliam cisalpinam proficiscitur, ut Roma sit propior, quovis modo rebus suis, clam Pompeio, consuleus. Belgis vero bellum inferentibus, cito in Galliam redux, Belgas et Nervios magnis præliis vincit, a. Chr. n. 57.

Ταῦτα διαπραξάμενος, τὴν μὲν δύναμιν ἐν Σηκουανοῖς ἀπέλειπε διαχειμάσονταν, αὐτὸς δὲ τοῖς ἐν Ὑψαῖοι προσέχειν βουλόμενος, εἰς τὴν

### NOTÆ

8 <sup>ο</sup> Ο μὴ] Bryano et mihi delendum videtur δ. C. Anon. δ. μὴ.

9 Τὸν στρατὸν] Sc. ἑαυτοῦ.

10 Τῶν ἱερῶν γυναικῶν] Alrunarum seu Alironiarum, de quibus videantur, quos Davisius et Morus ad Cæs. B. G. I. 50. landarunt. Quæ mulieres fatidicæ, cum a Dione Cassio al γυναικες αὐτῶν βαρβάρων, a Cæsare matres familiæ eorum dicantur, Dacierius in Plutarcho legendum censebat τῶν ιδίων γυν. frigide et jejune. Si hoc voluisset, scripsisset Plutarchus simpliciter τῶν γυναικῶν.

11 Τριακοσίους] Alii Codd. τετρακοσίους, quod rectius est, si cum Oudendorpio (in Cæs. de B. G. I. 53. ex aliquot Codd.) legeris: neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum millia passuum ex eo loco circiter quinquaginta pervenerunt. Octo enim stadia efficiunt unum milliare Romanum. Plerique tamen Cæsaris Codd. quinque habent, et Cæsaris metaphorasis Græca: στάδια τετταράκοντα, quod Bryano in Plutarcho reponendum videtur.

περὶ Πάδον Γαλατίαν κατέβη, τῆς αὐτῷ δεδομένης ἐπαρχίας οὖσαν. Ὁ γὰρ καλούμενος 'Ρουβίκων ποταμὸς ἀπὸ τῆς ὑπὸ ταῖς Ἀλπεσι Κελτικῆς ὄρίζει τὴν ἄλλην Ἰταλίαν. Ἐπταῦθα καθήμενος ἐδημιαγώγει, πολλῶν πρὸς αὐτὸν ἀφικνουμένων, διδὺς, ὡν ἔκαστος δεηθεῖη καὶ πάντας ἀποπέμπων, τὰ μὲν ἔχοντας ἥδη παρ' αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐλπίζοντας. Καὶ παρὰ τὸν ἄλλον δὲ πάντα τῆς στρατείας χρόνον ἐλάνθανε τὸν Πομπήιον, ἐν μέρει τοῦ μὲν τοὺς πολεμίους τοῖς τῶν πολιτῶν ὅπλοις καταστρεφόμενος, τοῦ δὲ τοῖς ἀπὸ τῶν πολεμίων χρύμασιν αἰρῶν τὸν πολίτας καὶ χειρούμενος.<sup>1</sup> Ἐπεὶ δὲ<sup>2</sup> Βέλγας<sup>3</sup> ἤκουσε δυνατωτάτους Κελτῶν, καὶ τὴν τρίτην ἀπάσης τῆς Κελτικῆς γεμομένους, ἀφεστάναι, πολλὰς δὴ τινας μυριάδας<sup>4</sup> ἐνόπλων ἀνδρῶν ἥθρουκότας, ἐπιστρέψας εὐθὺς ἔχώρει τάχει πολλῷ καὶ πορθῶσι τὸν συμμάχον Γαλάτας<sup>5</sup> ἐπιπεσὼν τοῖς πολεμίους, τοὺς μὲν ἀθρουστάτους καὶ πλείστους αἰσχρῶς<sup>6</sup> ἀγωνισαμένους τρέψάμενος διέφθειρεν, ὥστε καὶ λίμνας καὶ ποταμοὺς βαθεῖς τοῖς Ῥώμαιοις νεκρῶν πλήθει περιποὺς γενέσθαι. Τῶν δὲ ἀποστάντων, οἱ μὲν παρωκεάνιοι<sup>7</sup> πάντες ἀμαχεὶ προσεχώρησαν ἐπὶ δὲ

## NOTÆ

**I Χειρούμενος]** Prius illud, Cæsarem civium armis hostes subegisse, Pompeium latere non potuit; posterius vero latuisse, iterum testatur Plut. in Pomp. c. 51. Cæsar, δοκῶν πορθωτάτῳ τῆς Ῥώμης ἀπεῖναι,—ἐλάνθανεν ὑπὸ δεινότητος ἐν μέσῳ τῷ δῆμῳ καὶ τοῖς κυριωτάτοις πράγμασι καταπολιτεύμενος τὸν Πομπήιον; et paulo post: χρύσους καὶ ἄργυρους καὶ τάλλα λάφυρα καὶ τὸν ἄλλον πλούτον τὸν ἐκ πολεμίων τοσούτων περιγενόμενον εἰς τὴν Ῥώμην ἀποστέλλων, καὶ διαπειρῶν ταῖς δωροδοκίαις καὶ συγχορηγῶν ἀγορανόμοις καὶ στρατηγοῖς καὶ ὑπάτοις, καὶ γυναιξὶν αὐτῶν, φύκειούτῳ πολλούς.

**2 Δὲ]** Bryanus mavult δῆ.

**3 Βέλγη.]** Belgæ pertinebant ad Rhenum inferiorem, quos a Celtis (sive Gallis) Matrona et Sequana dividebat; cur fuerint omnium Gallorum fortissimi et potentissimi, vide in Cæsare B. G. 1. 1. Si Plutarchus Belgas tertiam Galliæ partem obtinuisse scripsit, Cæsarem non satis caute reddidit, qui tres quidem nationes, Belgas, Gallos, et Aquitanos

Galliam obtinuisse auctor est, minime vero, singulas gentes tertiam ejus terræ partem incoluisse. Belgæ nondum quartam partem obtinebant. Nec ἀφεστάναι dici debuerant, qui nondum fuerant subacti. Rationes, cur Belgæ Romanis bellum intulerint, vide ap. Cæs. B. G. II. 1.

**4 Πολλὰς—μυριάδας]** Recenset Cæsar II. 4. si omnia sunt sana CCCVIII. millia armata.

**5 Τὸν συμμ. Γαλάτας]** Remos intelligas. Singula de præliis ad flumen Axonam, et postero die haud procul eodem commissis vide ap. Cæs. II. 9-11.

**6 Αἰσχρῶς ἀγ.]** Errasse Plutarchum, monet Davisius ad Cæs. de B. G. II. 10., quem locum legas.

**7 Παρωκεάνιοι]** Intelligendi non sunt Suectiones, Bellovaci et Ambiani, Belgæ quorum tantum postremi oceanum accolunt, et quos Cæsar ipse post prælium domuit, sed Veneti, Unelli, Osismii, Curiosolitæ, Lexubii, maritimæ civitates aliaeque his propinquæ, Celticæ nationis, quas eodem

τὸν ἀγριωτάτους καὶ μαχητάτους τῶν τῆδε, Νερβίους, ἐστράτευσεν, οἵπερ εἰς συμμούτους δρυμοὺς<sup>8</sup> κατψημένους, γερεάς<sup>9</sup> δὲ καὶ κτήσεις ἐν τινὶ βυθῷ τῆς ὅλης ἀπωτάτω θέμεροι τῶν πολεμίων, αὐτοὶ τῷ Καῖσαρι ποιουμένῳ χάρικα, καὶ μὴ προσδεχομένῳ τηγικαῦτα τὴν μάχην, ἔξακισμύριοι τὸ πλῆθος ὄντες, αἴφριδίως προσέπεσον.<sup>10</sup> Καὶ τοὺς μὲν ἵππεis ἐτρέψαντο, τῶν δὲ ταγμάτων τὸ δωδέκατον καὶ τὸ ἔβδομον περισχώντες, ἀπαντας ἀπέκτειναν τοὺς ταξιάρχους.<sup>11</sup> Εἰ δὲ μὴ Καῖσαρ ἀρπάσας τὸν θυρεὸν,<sup>12</sup> καὶ διασχὼν τοὺς πρὸ αὐτοῦ μαχομένους, ἐνέβαλε τοὺς βαρβίρους, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων τὸ δέκατον κινδυνεύοντος αὐτοῦ<sup>13</sup> κατέδραμε, καὶ διέκοψε τὰς τάξεις τῶν πολεμίων, οὐδεὶς ἂν δοκεῖ περιγενέσθαι. Νῦν δὲ τῇ Καῖσαρος τόλμῃ τὴν λεγομένην ὑπὲρ δύναμιν μάχην ἀγωνισάμενοι, τρέπονται μὲν οὐδὲ ὡς<sup>14</sup> τοὺς Νερβίους, κατακόπτοντο δὲ ἀμυνομένους. Πεντακόσιοι<sup>15</sup> γὰρ ἀπὸ μυριάδων ἔξι σωθῆναι λέγονται, βουλευταὶ δὲ τρεῖς ἀπὸ τέτρακοσίων.<sup>16</sup>

## NOTÆ

tempore, Cæsare jubente, P. Crassus non domuit post defectionem, sed primus in ditionem et potestatem P. R. redegit. Cf. Cæs. B. G. II. 34.

8 Teneris arboribus incisis atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis enatis et rubis sentibusque interjectis effecerant (Nervii), ut instar muri hæ sepes munimenta præberent, quo non modo intrari, sed ne perspici quidem posset. Cæs. II. 17. Hæ sepes sunt Plutarchi συμμιγεῖς δρυμοί, h. e. septa instar sylvarum, ex variis arboribus commissa. Similibus septis etiam Mardi prope mare Caspium fines suos tuebantur.

9 Γενεᾶς] Liberos; adde ex Cæsare: mulieres, eosque, qui per aetatem ad pugnam inutilles viderentur.

10 Προσέπεσον] Singula de hac ad Sabin commissa pugna vide apud Cæs. I. II. 18-28.

11 Τοὺς ταξιάρχους] Centuriones intellige cum Cæsare c. 25.

12 Ἀρπάσας τὸν θυρεὸν] Scuto ab novissimis uni militi detracto, quod ipse eo sine scuto venerat. Cæsar.

13 Κινδυνεύοντος αὐτοῦ] Sunt genitivi absoluti, nec deest aut δέει aut προοούμενον, ut Reiske opinatur. Facilius concederem, post τόλμῃ deesse ἐπιφρωσθέντες. Sed nec hoc necessarium est, quia dativo Græco vis inest ablative. Ἡ λεγομένη ὑπὲρ δύναμιν μάχη est prælium, in quo milites summa contentione et quasi supra vires humanas pugnasse dicuntur.

14 Οὐδὲ ὡς] Ne sic quidem.

15 Πεντακόσιοι] Sc. qui arma ferre possent. Rem comperit Cæsar ex superstibus sese deditibus.

16 Τέτρακοσίων] Cæsaris Codd. alii que sexcentos Nerviis senatores tribuunt.

## CAP. XXI.

Cæsar, Romanum minime negligens, iterum hyemem in Gallia cisalpina agit, et Lucæ cum Pompeio et Crasso consilio habito, ipse quidem pecuniam et provinciam suam in alios quinque annos, illi consulatum sibi stipulantur.

Ταῦτα ἡ σύγκλητος πυθομένη,<sup>1</sup> περτεκαιδεκα ὥμερας ἐψηφίσατο θύειν τοῖς θεοῖς, καὶ σχολάζειν ἑρτάζοντας, ὅσας ἐπ' αὐδεμιῇ νίκῃ πρότερον.<sup>2</sup> Καὶ γὰρ ὁ κίνδυνος ἐφάνη μέγας, ἔθνῶν ἄμα τοσούτων ἀναρρήσαγέντων, καὶ τὸ νίκημα λαμπρότερον, ὅτι Καῖσαρ ἦν ὁ νικῶν, ἢ πρὸς ἐκεῖνον εὑρίσκων τῶν πολλῶν ἐποίει. Καὶ γὰρ αὐτὸς εὖ θέμερος τὰ κατὶ τὴν Γαλατίαν, πάλιν ἐρ τοῖς περὶ Πάδον χωρίους διεχείμαζε, συσκευασθόμενος τὴν πόλιν. Οὐ γὰρ μόνον οἱ τὰς ἀρχὰς παραγγέλλοντες,<sup>3</sup> ἐκείνῳ χρώμενοι χορηγῷ, καὶ τοῖς παρ' ἐκείνουν χρήμασι διαφθείραντες τὸν δῆμον, ἀνηγορεύοντο, καὶ πᾶν ἐπραττον, ὃ τὴν ἐκείνουν δύναμιν αἰνέειν ἔμελλεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν καὶ μεγίστων οἱ πλεῖστοι συνηῆλθον πρὸς αὐτὸν εἰς Λοῦκαν,<sup>4</sup> Πομπῆϊός τε καὶ Κράσσος, καὶ<sup>5</sup> Αππιος,<sup>6</sup> ὁ τῆς Σαρδόνος ἡγεμὼν, καὶ Νέπως, ὁ τῆς Ἰβηρίας ἀνθύπατος· ὥστε φαῦδοινχον μὲν ἐκατὸν εἴκοσι γενέσθαι,<sup>6</sup> συγκλητικὸν δὲ πλείονας ἦ διακοσίους. Βουλὴν δὲ θέμεροι διεκρίθησαν ἐπὶ τούτοις· ἔδει Πομπῆιον μὲν καὶ Κράσσον ὑπάτους<sup>7</sup> ἀποδειχθῆναι, Καίσαρι δὲ χρήματα καὶ πενταετίαν ἄλλην ἐπιμετρηθῆναι τῆς στρατηγίας· ὃ καὶ παραλογώτατον ἐφαίνετο τοῖς νοῦν ἔχουσιν. Οἱ γὰρ τοσαῦτα χρήματα παρὰ Καίσαρος λαμβάνοντες, ὡς οὐκ ἔχοντες διδόναι τὴν βουλὴν ἐπειθούσι, μᾶλλον δὲ ἡγάγακον ἐπιστέρουσαν οἵς ἐψηφίζοντο, Κάτωνος μὲν οὐ παρόντος<sup>8</sup> ἐπίτηδες γὰρ αὐτὸν εἰς Κύπρον<sup>8</sup> ἀπεδιοπομπήσαντο·

## NOTÆ

1 Πυθομένη] Ex literis Cæsaris.

2 Πρότερον] Mithridatico bello consecuto senatus Pompeio supplicationem duodecim dierum decreverat, qui numerus ad eum diem summus fuit. Sed amplior adeo Cæsaris laudi gloriaeque concessus est.

3 Οἱ τ. ἀρχ. παραγγ.] Magistratum petidores. Cf. Suet. Jul. c. 23.

4 Εἰς Λοῦκαν] Quam urbem Suetonius Jul. 21. provinciæ Cæsaris fuisse dicit. Sunt et alii loci, quibus Luca ultima Galliæ cisalpinæ, Pisa prima Etruriæ, fuisse probatur. Ab Holsteningo vero jam Luca Etruriæ tribuitur.

5 Αππιος] H. e. App. Claudius Pulcher. Nepos est Q. Cæcil. Metellus Nepos. Paulo post malui cum Solano post ἐν τούτοις interpongere, non post διεκρίθησαν.

6 Γενέσθαι] Sc. Lucæ.

7 Ὑπάτους] Ne L. Domitius Ahenobarbus consul fieret, qui se Cæsari exercitus ademturum palam minatus erat.

8 Εἰς Κύπρον] Ad Cyprum Romano imperio adjiciendam Cato missus est a Clodio trib. pl. a. Chr. 58. Inde reversus est Marcellino et Philippo consulibus a. Chr. 56. ante comitia

Φαωνίον δ', ὃς ἦν Σηλωτὴς Κάτωρος, ὡς οὐδὲν ἐπέραινεν ἀντιλέγων, ἔξαλλομένου διὰ θυρῶν, καὶ βοῶντος εἰς τὸ πλῆθος. Ἀλλὰ προσεῖχεν οὐδεὶς, τῶν μὲν Πομπίσιον αἰδονυμένων καὶ Κρύσσον· οἱ δὲ πλεῖστοι, Καῖσαρι χαριζόμενοι, καὶ πρὸς τὰς ἀπ' ἑκείουν ζῶντες ἐλπίδας ισύχαζον.

## CAP. XXII.

Cæsar Usipetibus et Tenchteris victis Rhenum ponte jungit, a. Chr. 55.

Τραπόμενος δ' αὖθις<sup>1</sup> ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Κελτικῇ δυνάμεις, πολὺν καταλαμβάνει πόλεμον ἐν τῇ χώρᾳ, δύο Γερμανικῶν ἔθνῶν μεγάλων ἐπὶ κατακτήσει γῆς ἄρτι τὸν Ρήγον διαβεβηκότων, Ούστιας καλοῦσι τοὺς ἑτέρους, τοὺς δὲ Τεντερίδας.<sup>2</sup> Περὶ δὲ τῆς πρὸς τούτους γενομένης μάχης ὁ μὲν Καῖσαρ ἐν ταῖς ἐφημερίσι<sup>3</sup> γέγραφεν, ὡς οἱ

## NOTÆ

consulibus creandis, in quibus summa opera et periculo, ut Domitius consul fieret, nitebatur; quod ipse Plutarchus narrat in Vita Cat. Min. c. 40. seqq. et Pomp. c. 48. et 52. Nisi igitur nostro loco Plutarchus erravit, ponendum est, Senatum pecunias Cæsari concessisse paulo ante redditum Catonis, et ante comitia eoss. creandis.

9 Φαων.] M. Favonii mores scripsit Plut. Cato Min. c. 46. hisce verbis: Ἡν δὲ Μάρκος Φαώνιος ἑταῖρος αὐτοῦ (Κάτωρος) καὶ ξηλωτὴς, οἷος ὁ Φαληρεὺς Ἀπολλόδωρος (de quo vid. F. A. Wolf. V. Cl. ad Platonis Symposium) ἴστορεῖται περὶ Σωκράτην γενέσθαι τὸν παλαιὸν, ἐμπαθῆς καὶ παρακεκινηκὼς, h. e. æmulus nimio impetu abreptus et furiibundus.

I. Αὖθις] Neglexit Plutarchus, contextam historiam, ut in præfatione monet, non scribens, omnia quæ anno ante Chr. 56. a Cæsare in Gallia peracta sunt, quæ, si placet, in Cæsaris comm. de B. G. l. III. legas.

2 Τεντερίδας] Usipetes et Tenchteri, a Suevis, ut ait Cæsar l. IV. princ.,

pressi, Rhenum inferiorem transierant, Menapiosque ex sedibus suis pepulerant. Illos Cæsar quam primum opprimendos censebat, ne Galli, in consiliis capiendis mobiles et novis plerumque rebus studentes, eorum auxilio freti deficerent, et gravius bellum Romanis inferrent.

3 Ἐν τ. ἐφημερίσι] Quia passim ex ephemericibus Cæsaris loci a veteribus (Servio ad Virg. Æn., Appiano, Polyæno, aliisque) recitantur, qui in commentariis ejus, hodieum superstitionibus, non occurunt, commentarii (Mémoires) vero Græce non dicuntur ἐφημερίδες, sed ὑπομνήματα et ἀπομνημονεύματα, Rualdus ad nostrum locum et editores Cæsaris (ed. Oudend. p. 2. 3.) ejus ephemeras ab commentariis diversas esse censuerunt, atque Oudendorpio (p. 703.) Cæsar demum post confectum bellum civile ephemeras, quas in expeditionibus (privatum in usum) contexuerit, in ordinem disposuisse et sic commentarios scripsisse videtur. Non omnibus res est pro explorata. Si sit, Plutarchus tamen culpandus non erat, quod, cum sine dubio ad commentarios de bello

βάρβαροι διαιπρηστένομενοι πρὸς αὐτὸν, ἐν σπονδαῖς ἐπιθοῦτο καθ' ὁδὸν, καὶ διὰ τοῦτο τρέψαντο τὸν αὐτὸν, πεντακισχιλίους ὄντας ἵππεῖς, ὀκτακοσίους τοῖς ἑκείνων μὴ προσδοκῶντας· εἶτα πέμψειν ἐτέρους πρὸς αὐτὸν αὖθις ἔξαπατῶντας,<sup>4</sup> οὓς κατασχὼν ἐπαγάγοι τοῖς βαρβάροις τὸ σπράτευμα, τὴν πρὸς οὔτως ἀπίστους καὶ παρασπόνδους πίστιν εὐήθειαν ἤγονύμενος. Γανύσιος<sup>5</sup> δὲ λέγει, Κάτωνα, τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ ψηφιζομένης ἐορτὰς καὶ θυσίας, ἀποφήνασθαι γνώμην, ὡς ἐκδοτέον ἐστὶ τὸν Καίσαρα τοῖς βαρβάροις, ἀφοσιωμένους τὸ παρασπόνδημα ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὴν ἀράν τε τὸν αἴτιον τρέποντας. Τῶν δὲ διαβάντων<sup>6</sup> αἱ μὲν κατακοπεῖσαι τεσσαράκοντα μαριάδες ἥσαι· ὅλιγον δὲ τοὺς ἀποπεράσαντας αὖθις ὑπεδέξαντο Σούγαμβροι,<sup>7</sup> Γερμανικὸν ἔθνος. Καὶ ταῦτη λαζῶν αἰτιὰς πρὸς αὐτὸν ὁ Καίσαρ, ἄλλως δὲ δόξῃ ἐφίμενος καὶ τοῦ πρῶτος ἀνθρώπων στρατῷ διαιρῆναι τὸν Γῆνον, ἐγεφύρου πλάτος τε πολὺν ὄντα, καὶ κατ' ἑκεῖνο τοῦ πόρου μάλιστα πλημμυροῦντα, καὶ τραχὺν καὶ ῥωάδη, καὶ τοῖς καταφερομένοις στελέχεσθαι καὶ ξύλοις πληγαῖς καὶ σπαραγμοῖς ἐγδιδόντα κατὰ τῶν ἐρειδόντων<sup>8</sup> τὴν γέφυραν. Ἀλλὰ ταῦτα πρωτόδοις ξύλων μεγάλων διὰ τοῦ πόρου καταπεπηχότων ἀναδεχόμενος, καὶ γαληνώσας τὸ προσπίπτον ῥεῦμα τῷ Σενγύριτι, πίστεως πύσης θέαμα κρείττον ἐπεδείξατο, τὴν γέφυραν ἥμεραις δέκα συντελεσθεῖσαρ.

### CAP. XXIII.

Germaniam Cæsar ingreditur, et bis Britanniam, a. Chr. n. 55. et 51. Julia, ejus filia, Pompeii uxor, ex partu moritur.

Περαιώσας δὲ τὴν δύναμιν, οὐδενὸς ὑπαντίασαι τολμάσαντος, ἄλλὰ καὶ τῶν ἡγεμονικωτάτων τοῦ Γερμανικοῦ, Σούγιβων, εἰς βαθεῖς καὶ

### NOTÆ

Gall. IV. 12. respiceret, ephemeridum vocabulo uteretur. Commentariorum et ephemeridum eadem ratio fuit, ut solius memoriae causa scriberentur, sine omni arte. Utrumque igitur vocabulum promiseue adhiberi potuisse, et adhibitum esse, nemo iusticias ire potest.

<sup>4</sup> Αὖθις ἔξαπατῶντας] Scias ex Dionе Cassio, illud prælium petulantiae juniorum tribuendum fuisse, quam seniores improbantes legationem ad Cæsarem deprecandi causa suscepereant. Hinc patet, cur Cæsari παρασπόνδημα objiceretur.

<sup>5</sup> Pro Γανύσιος lege cum Cod. Vulc. et Casanb. ad Suet. Jul. 9. Τανύσιος. De Tanusio Gemino ejusque historia vid. Voss. Hist. Lat.

<sup>6</sup> Τῶν διαβάντων] Quorum CDXXX. millia fuerant.

<sup>7</sup> Σούγαμβροι] C. Anon. rectius Σιγαμβροι. Sigambrorum sedes erant ad Rhenum inferiorem, in utraque ripa Lupiæ.

<sup>8</sup> Τῶν ἐρειδόντων] Sc. ξύλων. R. Pro ἐνδιδόνται Solanus mavult ἐντείνοντα. Eidem et mihi pro γαληνώσας arridet lectio duorum Codd. χαλινώσας. De hoc ponte vid. Cæs. de B. G. IV. 17.

ἱλάδεις αὐλῶνας ἀνασκευασμένων, πυρπολίσας μὲν τὴν τῶν πολε-  
μίων, θαρρόντας δὲ τὸν ἄει τὰ Ὄρμαίων ἀσπαζομένους,<sup>1</sup> ἀνεχώρησεν  
αὖθις εἰς τὴν Γαλατίαν, εἴκοσι διεῖν δεούσας ἡμέρας ἐν τῇ Γερμανικῇ  
διατετριψώς. Ή δὲ ἐπὶ τὸν Βρετανὸν<sup>2</sup> στρατεῖα τὴν μὲν τόλμαν εἶχεν  
δονομαστήν. Πρῶτος γάρ εἰς τὸν ἑσπέριον ὁκεανὸν ἐπέβη<sup>3</sup> στόλῳ, καὶ  
διὰ τῆς Ἀτλαντίδος θαλάττης, στρατὸν ἐπὶ πόλεμον κομίζων, ἐπλευσε-  
καὶ νῆσον, ἀπιστούμενην ὑπὸ μεγέθους, καὶ πολλὴν ἔριν παμπόλλοις  
συγγραφεῦσι παρασχοῦσαν, ὡς ὅρομα καὶ λόγος οὐ γενομένης, οὐδὲ οὐ-  
σης, πέπλασται,<sup>4</sup> κατασχεῖν ἐπιθέμενος, προσήγαγεν ἔξω τῆς οἰκουμέ-  
νης τὴν Ὄρμαίων ἡγεμονίαν. Διὸ δὲ διαπλεύσας εἰς τὴν νῆσον ἐκ τῆς  
ἀντιπέρας Γαλατίας, καὶ μάχαις πολλαῖς κακώσας τὸν πολεμίους μᾶλ-  
λον, ἢ τὸν ιδίους ὀφελήσας, (οὐδὲν γάρ,<sup>5</sup> ὅ τι καὶ λαβεῖν ἦν ἄξιον  
ἀπ’ ἀνθρώπων κακοβίων καὶ πειράτων) οὐχ οὖν ἐβούλετο, τῷ πολέμῳ  
τέλος ἐπέθηκεν, ἀλλ’ ὁμήρους λαβῶν παρὰ τοῦ βασιλέως,<sup>6</sup> καὶ ταξίμε-  
νος φόρους, ἀπῆλθεν<sup>7</sup> ἐκ τῆς νήσου. Καὶ καταλαμβάνει γράμματα  
μέλλοντα διαπλεῖν πρὸς αὐτὸν, ἀπὸ τῶν ἐν Ὄρμῃ φίλων, δηλοῦντα  
τὴν τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ τελευτήν ἐτελεύτα δὲ τίκτουσα<sup>8</sup> παρὰ Πομ-  
πίω. Καὶ μέγα μὲν αὐτὸν ἔσχε Πομπίου, μέγα δὲ καὶ Καίσαρα  
πένθος· οἱ δὲ φίλοι συνεταράχθησαν, ὡς τῆς ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ  
τἄλλα τοσοῦσαν τὴν πολιτείαν φυλασσούσης οἰκειότητος λελυμένης.  
Καὶ γάρ τὸ βρέφος εὐθὺς, οὐ πολλὰς ἡμέρας μετὰ τὴν μητέρα διαζῆσαν,

## NOTÆ

1 [Ἄσπαζομένους] Ubios intelligas.

2 [Ἐπὶ τὸν Βρετανὸν] Cæsar in Britanniam proficisci contendit, quod omnibus fere Gallicis bellis hostibus Romanorum inde subministrata auxilia intelligebat. Cæs. de B. G. iv. 20.

3 [Ἐπέβη] Reiske mavult ἐνέβη.

4 [Πέπλασται] Cf. Manuerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. pars II. a princ.

5 Οὐδὲν γάρ] Sc. ἦν, ὅτι καὶ ἄξιον ἦν λαβεῖν, etc.

6 Παρὰ τοῦ βασιλέως] Intellige potissimum Cassivellaunum, cuius regnum ultra Tamesin erat.

7 [Ἀπῆλθεν] Alii Codd. ἀπῆρεν. Mox Reiske de suo dedit ἐτελέύτα pro vulgato τελευτᾷ. Idem paulo post in καὶ Καίσαρα priorem voculam adjecit, quod non æque necessarium videtur.

Delph. et Var. Clas.

8 [Τίκτουσα] Julia a Pompeio adama-  
mata, ipsumque vehementer amans et  
gravida, cum Pompeii togam per tu-  
multum in foro cruentatam vidisset,  
abortum facit; iterum gravida, pu-  
ellam parit, atque ex partu obit. Paulo  
post puella quoque recens nata mori-  
tur. CorpusJuliae, quod Pompeius  
in Albano, ubi ipsius postea reliquæ  
condebantur, conditurus erat, a plebe  
virginem miserante in Camp. Mart.  
efferebatur. Plut. v. Pomp. c. 53.  
Alii Julianum filium peperisse tradide-  
runt; sed assentior Casaubono ad  
Sueton. Jul. c. 26. mirandum non  
esse, in re tam parvi momenti inter  
scriptores non convenire, cum eos vi-  
deamus in rebus longe maximis con-  
traria invicem, nedum diversa scri-  
bere.

Cæs.

6 G

ἐτελεύτησε. Τὴν μὲν Ἰουλίαν<sup>9</sup> βίᾳ τῶν δημάρχων ἀράμενον τὸ πλῆθος εἰς τὸ "Ἀρειον ἤγεκε πεδίον, κάκεī κηδευθεῖσα κεῖται.

## CAP. XXIV.

**E**xercitu in complures partes hyematum diviso, Cæsareque in Italiam reverti cupiente, rebellant Galli, aliosque Romanorum cœdunt, aliis graviter instant, donec a Cæsare reverso vincuntur, a. Chr. n. 54.

Τοῦ δὲ Καίσαρος μεγάλην ἥδη τὴν δύναμιν οὖσαν εἰς πολλὰ καὶ ἀνάγκην<sup>1</sup> χειμάδια διελόντος, αὐτοῦ δὲ πρὸς τὴν Ἰταλίαν, ὥσπερ εἴωθει, τραπομένον,<sup>2</sup> πάντα μὲν αὗθις ἀνερήγηντο τὰ τῶν Γαλατῶν, καὶ στρατοὺς μεγάλους περιέπτες, ἔξεκοπτον τὰ χειμάδια, καὶ προσεμάχοντο τοῖς χαρακώμασι τοῖς Ῥωμαίων. Οἱ δὲ πλεῖστοι καὶ κράτιστοι τῶν ἀποστάντων μετ' Ἀμβιόργος<sup>3</sup> Κότταν μὲν αὐτῷ στρατοπέδῳ καὶ Τίτούριον διέφθειραν· τὸ δὲ ὑπὸ Κικέρων<sup>4</sup> τάγμα μηριάσιν ἐξ περισχόντες ἐποιώρκουν, καὶ μικρὸν ἀπέλιπον γρηγέραι κατὰ κράτος, συντετρωμένων ἀπάντων,<sup>5</sup> καὶ παρὰ δύναμιν ὑπὸ προθυμίας ἀμυνομένων. Ως δ' ἡγγέλη ταῦτα τῷ Καίσαρι μακρὰν ὄντι, ταχέως ἐπιστρέψας καὶ συναγαγὼν ἐπακισχιλίους τοὺς σύμπαντας, ἡπείγετο τὸν Κικέρωνα τῆς πολιορκίας ἔξαιρησόμενος. Τοὺς δὲ πολιορκοῦντας οὐκ ἔλαθεν, ἀλλ' ἀπήγνων ὡς ἀναρπασόμενοι, τῆς ὀλεγότητος καταφρονήσαντες. Κάκεῖος ἔξαπατῶν ὑπέφευγεν ἀεὶ, καὶ χωρία λαβὼν ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς πολλοὺς μιχομένῳ μετ' ὀλίγων, φράγνυται στρατόπεδον· καὶ μάχης ἔσχε τοὺς ἀντοῦ πάσης, ἀραγαγεῖν δὲ τὸν χάρακα καὶ τὰς πύλας ἀροκοδημεῖν, ὡς δεδυικότας, ἡράγκαζε, καταφρονηθῆναι στρατη-

## NOTE

9 Τὴν μὲν Ἰουλίαν.] Malo cum C. Vat. τὴν μὲν οὖν Ἰουλίαν.

1 Καὶ ἀνάγκην] Quod eo anno frumentum in Gallia propter siccitates angustius provenerat, coactus erat Cæsar, legiones, quarum tum octo habebat, in plures civitates distribuere. Cf. Cæsar v. 8. et 24.

2 Τραπομένον] Nondum vero Gallia egressus erat.

3 Μετ' Ἀμβιόργος] Sic malui cum Cod. Anon. pro Ἀβριόργος. Ambiorix et Cativolcus prærant Eburoni-

bus, quorum pars maxima inter Mosam et Rhenum erat. In hos Cæsar Q. Titurium Sabinum et L. Aurunculeium Cottam legatos cum legione et quinque cohortibus hyematum miserat. De quorum interitudo vid. Cæs. v. 26—37. et Dio Cassius 40, 4—11.

4 Τπὸ Κικέρ.] Q. Cicero cum legione in Nerviis hyemabat, de cuius periculo vid. Cæs. v. 38—49.

5 Ἀπάντων] Invenit postea Cæsar, non decimum quemque esse relictum militem sine vulnere.

γ. Μέχρις οὗ σποράδην ὑπὸ Θράσους βάλλοντας<sup>6</sup> ἐπεξελθὼν ἐπρέψατο, καὶ πολλοὺς αὐτῶν διέφθειρε.

## CAP. XXV.

Aliis Gallorum iterum domitis, alia parte gravissimum oritur bellum, Vercingetorige Gallorum duce, a. Chr. n. 52.

Τοῦτο τὰς πολλὰς ἀποστάσεις τῶν ἐνταῦθα<sup>1</sup> Γαλατῶν κατεστόρεσε, καὶ τοῦ χειμῶνος αὐτὸς, ἐπιφοιτῶν τε πανταχόσε, καὶ προσέχων ὁζέως τοῖς νεωτερισμοῖς. Καὶ γὰρ ἤκει ἐξ Ἰταλίας ἀντὶ τῶν ἀπολαλότων αὐτῷ τρία τάγματα· Πομπηῖον μὲν ἐκ τῶν ὑφ' αὐτῷ δύο χρήσαστος, ἐν δὲ νεοσύλλεκτον ἐκ τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας. Πόρρω δὲ τούτων<sup>2</sup> αἱ πάλαι καταβεβλημέναι κρύφα καὶ νεμόμεναι διὰ τῶν δυνατωτάτων ἀνδρῶν, ἐν τοῖς μαχιμωτάτοις γένεσιν ἀρχαὶ τοῦ μεγίστου καὶ κινδυνωδεστάτου τῶν ἑκῆι πολέμων ἀνεφάινοντο, ῥωσθεῖπαi πολλῇ μὲν ἡλικίᾳ, καὶ πανταχόθεν ὅπλοις ἀθροισθεῖσι, μεγάλοις δὲ πλούτοις εἰς ταῦτα συνενεχθεῖσιν, ἵσχυραῖς δὲ πόλεσι, δυσεμβόλοις δὲ χώραις. Τότε δὲ χειμῶνος ὥρᾳ, πάγοι ποταμῶν, καὶ μιφετοῖς ἀποκεκρυμένοι δρυμοὶ,<sup>3</sup> καὶ πεδία χειμάρφοις ἐπιλειμνασμένα, καὶ πῆ μὲν ἀτέκμαρτοι βάθει χιόνος ἀτραποὶ, πῆ δὲ δι' ἐλῶν καὶ ῥευμάτων παρατρεπομένων ἀσάφεια πολλῇ τῆς πορείας, παντάπασιν ἐδόκουν ἀνεπιχείρητα Καίσαρι τὰ τῶν ἀφισταμένων ποιεῖν. Ἀφειστήκει μὲν οὖν πολλὰ φῦλα, πρόσχημα δ' ἦσαν Ἀρβέννοι καὶ Καργοντῖνοι. Τὸ δὲ σύμπαν αἰρεθεὶς κράτος εἶχε τοῦ πολέμου Οὐεργεντόριξ,<sup>4</sup> οὗ τὸν πατέρα Γαλάται, τυραννίδα δοκοῦντα πράττειν, ἀπέκτειναν.

## NOTÆ

<sup>6</sup> Βάλλοντας] Duo Codd. προσβάλλοντας; quod præfero propter Cæs. v. 51. ‘sic nostros contemserunt, ut —alii vallum manu scindere, alii fossas complere inciperent.’ Igitur προσέβαλλον τῷ χάρακι.

<sup>1</sup> ἐνταῦθα] Præcipue in Gallia Belgica. De Cæsaris in Gallia rebus gestis in annum 53. a. Chr. incidentibus vid. l. vi. Commentariorum.

<sup>2</sup> Πόρρω δὲ τούτων] In Gallia propria. Carnutes et Arverni præcipue

intelligendi sunt.

<sup>3</sup> Δρυμοὶ] Cf. Cæsar de B. G. vii. 8. πάγοι pro πάγοις et ἀσάφεια πολλῇ pro ἀσαφεῖα πολλῇ Reiske dedit ex conjecturis Solani et Bryani.

<sup>4</sup> Οὐεργεντόριξ] Vercingetorix, Cellelli filius, Arvernus, summae potentiae adolescens, cuius pater principatum Gallie totius obtinuerat, et ob eam causam, quod regnum appetebat, ab civitate erat interfectus. Cæsar vii. 4,

## CAP. XXVI.

Sed hujus quoque regionem, quamquam multo propter hyemem labore, percurrit, exercitumque magno fugat prælio.

Οὗτος οὖν εἰς πολλὰ διελῶν τὴν ἐύραιμα μίρη, καὶ πολλὸν ἐπιστῆσας ἡγεμόνας, φέκειντο τὴν πέριξ ἄπισταν ὑχρι τῶν πρὸς τὸν Ἀδρίαν<sup>1</sup> κεκλιμένων διανοούμενος, ἵδη τῶν ἐν Ρώμῃ συνισταμένων ἐπὶ Καισαρα, σύμπασαν ἐγείρειν τῷ πολέμῳ Γαλατίαν. Ὁπερ εἰ μικρὸν ὑστερον ἔπραξε, Καίσαρος εἰς τὸν ἐμφύλιον ἐμπεσόντος πόλεμον, οὐκ ἂν ἐλαφρύτερον τῶν Κειμβρικῶν ἐκείνων φόβοι τὴν Ἰταλίαν κατέσχον. Νῦν δὲ ὁ πᾶσι μὲν ἄριστα χρῆσθαι [δοκῶν]<sup>2</sup> τοῖς πρὸς πόλεμον, μάλιστα δὲ καιρῷ, πεφυκὼς Καίσαρ, ἅμα τῷ πυθέσθαι τὴν ἀπόστασιν, ἥρας<sup>3</sup> ἐχώρει, ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς, ἃς διῆλθε, καὶ βίᾳ καὶ τάχει τῆς πορείας διὰ τοσούτου χειμῶνος ἐπιδειξάμενος τοῖς βαρβάροις, ὡς ἄμαχος αὐτοῖς καὶ ἀήτητος ἐπειπούσι στρατός. Ὁπου γὰρ ἄγγελον, ἢ γραμματοφόρον, διαδῦται παρ' αὐτοῦ χρόνῳ πολλῷ ἢν ἀπιστον, ἐνταῦθα μετὰ πύσης ἐωρᾶτο τῆς στρατιᾶς, ἅμα χώρας λημαινόμενος αὐτῶν καὶ ἐκκόπτων τὰ χωρία,<sup>4</sup> κατιστρεφάμενος πόλεις, ἀγαλαμβάνων τοὺς μετατιθεμένους· μέχρι καὶ τὸ τῶν Ἐδονῶν ἔθνος ἐξεπολεμώθη πρὸς αὐτὸν, οἷς τὸν ἄλλον χρόνον ἀδελφὸν ἀναγορεύσαντες αὐτὸν Ῥωμαίων, καὶ τιμώμενοι διαπρεπῶς, τότε δὲ τοῖς ἀποστάταις προσγενόμενοι, πολλὴν

## NOTÆ

1 Ἀδρίαν] Corruptam esse vocem, nemo non videt; Vercingetorix enim ne provinciæ quidem Romanæ arma intulit. Miserat vero, qui Rutenos ad se perducerent, quos Tarnis fluv. a provincia dividit; deinde Āeduis a Cæsare deficientibus, Gallia sere omnis ad Ararin usque a Cæsare alienata erat. Poteris itaque vel Τάρην vel Ἀράριν legere, quorum nominum cum posterius in quibusd. Codd. reperitur, recte ab edit. præfertur.

2 Δοκῶν] Malim δοκῶν abesse. Alterutrum certe redundat, ant hoc, aut seq. πεφυκὼς. Sed isto facilius quam hoc careas. Reiske.

3 Ἅρας] Ex Gallia cisalpina, in quam ad conventus agendes profec-

tus erat, Cæsar reversus ἥρας ἐχώρει, castra movit in hostes, ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς h. e. ut recte monet Reiske, pro αὐταῖς ταῖς ὁδοῖς, per ipsas vias, quibus exercitum ducebatur, itinerumque et difficultatem et celeritatem durissimo tempore anni, barbaris palam faciens, etc. Respicitur potissimum ad transitum Cæsaris per Cevennam, per quem, discussa nive sex in altitudinem pedum, atque ita viis patefactis, summo militum labore ad fines Arvernorum pervenit.

4. Χωρία] Vix opus est monere, χωρία esse agros, χωρία vero viros et oppidula, præcipue munita. De gravissimo hoc Cæsaris in Gallia bello vid. Commentariorum liber septimus.

τῇ Καίσαρος στρατιῇ περιέσπησαν ἀθυμίαν. Διόπερ καὶ κινήσας ἐκεῖθεν<sup>5</sup> ὑπερέβαλλε τὰ Λιγυονικὰ, βουνόμενος ἄφασθαι τῆς Σηκουανῶν,<sup>6</sup> φίλων ὅντων καὶ προκειμένων τῆς Ἰταλίας πρὸς τὴν ἀλλην Γαλατίαν. Ἐνταῦθα δ' αὐτῷ τῶν πολεμίων ἐπιπεσόντων, καὶ περισχόντων μαριάσι πολλαῖς,<sup>7</sup> ὥρμήσας διαγωνίσασθαι, τοῖς μὲν ὄλοις<sup>8</sup> καταπολεμῶν ἐκράτησε, χρόνῳ πολλῷ καὶ φύρῳ<sup>9</sup> καταβιασάμενος τοὺς βαρβάρους· ἔδοξε δὲ κατ' ἀρχάς τι καὶ σφαλῆγαι,<sup>10</sup> καὶ δεικνύουσιν Ἀρουέροις<sup>11</sup> ξιφίδιον πρὸς ἵερῷ κρεμάμενον, ὡς δὴ Καίσαρος λάφυρον. Ὁ θεισμένος αὐτὸς ὑστερον, ἐμειδίαστε, καὶ τῶν φίλων καθελεῖν κελευόντων, οὐκ εἴασεν, ἵερὸν ἥγονύμενος.

## CAP. XXVII.

Cæsar in maximo periculo versatus Alesiam capit, ingenti exercitu, qui oppugnatis auxilio venerat, fugato.

Οὐ μηρ ἀλλὰ τότε τῶν διαφυγόντων οἱ πλεῖστοι μετὰ τοῦ βασιλέως<sup>1</sup>

## NOTÆ

5 [Ἐκεῖθεν] Ab illis Gallicis populis, in quorum debellatione versatus adhuc fuerat. Arverni puta et Carnutes. Reiske.

6 [Σηκουανῶν] Sic recte C. V. Vulgo Σικ.

7 Μυρίστι πολλαῖς] Equitatu tantum, cuius in tres partes distributi duæ se acies ab duobus lateribus (Romanorum) ostendebant, una a primo agmine iter impedire cœpit. Cæs. vii. 67.

8 Τοῖς μὲν ὄλοις] Sic Reiske ex conjectura. Vulgo: τοῖς μὲν ἄλλοις. Quod cum parum intelligatur, Solanus aliquot verba excidisse censebat; quod nihil quoque verosimillimum est. Minime probò Dacierii conjecturam violentiorem τοῖς Γερμανοῖς, quam Cæsaris loco l. defendit.

9 Καὶ φύρῳ] Sic iterum R. ex conj. Vulgata φύρῳ ex Cæsare defendi potest: tandem Germani—hostes loco pelunt, fugientes—persequuntur, compluresque interficiunt. Qua re animadversa

reliqui, ne circumvenirentur veriti, se fugae mandant.

10 [Σφαλῆγαι] Huc pertinere videatur, quod Servius de Cæsare ab hoste Gallo capto commemorat ad Virg. Æn. xi. 743. cuius ipsa verba ascribo: C. Jul. Cæsar, cum dimicaret in Gallia, et ab hoste raptus equo ejus portaretur armatus, occurrit quidam de hostibus, qui eum nosset, et insultans ait: Cecos, Cæsar: quod Gallorum lingua, dimitte, significat. Et ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem.

11 [Ἀρουέροι] Sic Cod. Anon. recitus quam vulgata Ἀρουβηνοί, quæ saltem in Ἀρβέννοι (ut cap. 25.) mutanda esset. Solent Graeci literam vau modo consonanti β modo diphthongo ov scribere. Nostro loco serbentis vitio uterque scribendi modus conjunctus est.

1. Τοῦ βασιλέως] Vercingetorigis.

*εἰς πόλιν Ἀλησίαν διέφυγον, καὶ πολιορκοῦντι τῷτην Καίσαρι, δοκοῦται ἀνάλωτοι εἶναι μεγέθει τε τειχῶν καὶ πλήθει τῶν ἀπομαχομένων, ἐπιπίπτει παντὸς λόγου μεῖζων κίνδυνος ἔξωθεν.* Ὁ γὰρ ἦν ἐν Γαλατίᾳ κράτιστον ἀπὸ τῶν Ἐθνῶν ἀθροισθὲν, ἐτὸν ὅπλοις ἥκον ἐπὶ τὴν Ἀλησίαν, τριάκοντα μυριάδες· αἱ δὲ ἐν αὐτῇ τῶν μαχομένων οὐκ ἐλάττονες ἤσαν ἐπτακιδέκα μυριάδων. *Ωστε ἐν μέσῳ πολέμου τοσούτῳ τὸν Καίσαρα κατειλημένον καὶ πολιορκούμενον ἀγαγκασθῆναι διτὰ τειχῆ προβαλέσθαι, τὸ μὲν πρὸς τὴν πόλιν, τὸ δὲ ἀπὸ τῶν ἐπεληλυθότων, ὡς, εἰ συνέλθοιεν αἱ δυνάμεις, κομιδῇ διαπεπραγμένων τῶν καθ' αὐτόν.* Διὰ πολλὰ μὲν οὖν εἰκότως ὁ πρὸς Ἀλησίᾳ κίνδυνος ἔσχε δόξαν, ὡς ἕργα τόλμως καὶ δεινότητος, οἷα τῶν ἄλλων ἀγώνων οὐδεὶς παρασχόμενος μάλιστα δὲ ἂν τις θαυμάσειε τὸ λαθεῖν<sup>2</sup> τοὺς ἐν τῇ πόλει Καίσαρι τοσαύταις μυριάσι ταῖς ἔξω συμβαλόντα καὶ περιγενόμενον μᾶλλον δὲ καὶ τῶν Ῥωμαίων τοὺς τὸ πρὸς τὴν πόλει τεῖχος φυλάττοντας. Οὐ γὰρ πρότερον ἥσθοντο τὴν νίκην, ή κλαυθμὸν ἐκ τῆς Ἀλησίας ἀνδρῶν καὶ κοπετὸν γυναικῶν ἀκουσθῆναι, θεαταριένων ἄρα κατὰ θάτερα μέρη πολλοὺς μὲν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ κεκοσμημένους θυρεοὺς, πολλοὺς δὲ αἴματι πεφυρμένους θώρακας, ἕτι δὲ ἐκπόρατα καὶ σκηνὰς Γαλατικὰς ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς τὸ στρατόπεδον κομιζομένας. Οὕτως ὁρέως<sup>3</sup> ἡ τοσαύτη δύναμις, ὥσπερ εἴδωλοι, ἢ ὄνειροι, ἥψαντο καὶ διεπεφόρητο, τῶν πλείστων ἐν τῇ μάχῃ πεσόντων. Οἱ δὲ τὴν Ἀλησίαν ἔχοντες, οὐκ ὀλίγα πράγματα παρασχόντες ἔαντοῖς<sup>4</sup> καὶ Καίσαρι, τέλος παρέδοσαν ἔαντούς. Ὁ δὲ τοῦ σύμπαντος ἥγεμῶν πολέμου, Οὐεργεντόριξ, ἀγαλαβὼν τῶν ὅπλων τὰ κάλλιστα, καὶ κοτύμησας τὸν ἵππον, ἔξιππάσατο διὰ τῶν πυλῶν καὶ κύκλῳ περὶ τὸν Καίσαρα καθεξύμενον<sup>5</sup> ἐλάσας, εἰτ' ἀφαλόμενος τοῦ ἵππου, τὴν μὲν

## NOTÆ

Alesia erat in finibus Mandubiorum; in quam LXXX. millia configerant, ad quae obsidione liberanda VIII. equitum et peditum circiter CCXL. millia coacta erant, Cæsare teste, VII. 71, et 76.

2 *Τὸ λαθεῖν]* Minime. Vercingetorix obsessaque et videbant ex muris quicquid ageretur, et simulac externos Gallos vel prælium committere vel castra Cæsaris adoriri videbant, ipsi quoque ex urbe eruptionem faciebant. Cæsari eodem tempore munitiones suæ et ab obsessis et ab

iis Gallis, qui illis auxilio venerant, defendendæ erant. Vercingetorix, vir magni animi et multæ indolis, nonnisi snorum cladem conspicatus fortunæ cessit seque dedidit.

3 *Οξέως]* Intra paucos dies; postquam ter pugnatum erat.

4 *Ἐαντοῖς]* Per aliquod tempus summam famem pertulerant.

5 *Καθεξύμενον]* In tribunali. Cf. Dio Cass. 40. 41., qui, eum improviso ad Cæsarem accessisse et supplicem veniam rogasse, tradit. Post triumphum interfectus est.—Reliquas res

πανοπλίαν ἀπέῳδιψεν, αὐτὸς δὲ καθίσας ὑπὸ πόδας τοῦ Καίσαρος, ἡσυχίαν ἤγει, ἄχρις οὗ παρεδόθη φροντησόμενος ἐπὶ τὸν θρίαμβον.

## CAP. XXVIII.

Post Crassi interitum (53. a. Chr. n.) Cæsar et Pompeius utrius sumimam rerum appetentes, jam minus occulte sibi insidiantur. Inter turbas reipublicæ summas, Catone suadente Pompeius solus creetur consul, Hispaniam et Africam provincias retinere jussus. (52. a. Chr. n.)

Καίσαρι δὲ πάλαι μὲν ἔδεδοκτο καταλύειν Πομπηίου, ὥσπερ ἀμέλει κακεῖνῳ τοῦτον. Κράσσον γὰρ ἐν Πάρθοις ἀπολωλότος, ὃς ἦν ἕφεδρος<sup>1</sup> ἀμφοῖν, ἀπελείπετο τῷ μὲν, ὑπὲρ τοῦ γένεσθαι μεγίστῳ, τὸν ὅντα καταλύειν, τῷ δ', ἵνα μὴ πάθῃ τοῦτο, προαγαρεῖν, ὃν ἔδεδοίκει. Τοῦτο δὲ Πομπηίῳ μὲν ἐξ ὀλίγον<sup>2</sup> φοβεῖσθαι παρέστη, τέως ὑπερορῶντι Καίσαρος, ὃς οὐ χαλεπὸν ἔργον, ὃν αὐτὸς ηὔξησε, καταλυθῆναι πάλιν ὑπ' αὐτοῦ. Καίσαρ δ', ἀπ' ἀρχῆς ὑπόθεσιν ταύτην πεποιημένος, ἀπὸ τῶν ἀνταγωνιστῶν,<sup>3</sup> ὥσπερ ἀθλητῆς, ἔαντὸν ἀποστήσας μακρὰν, καὶ τοῖς Κελτικοῖς ἐγγυμασάμενος πολέμους, ἐπήσκησε μὲν τὴν δύναμιν, ηὔξησε δὲ τὴν δόξαν ἀπὸ τῶν ἔργων, εἰς ἀντίπαλον ἀρθεῖς τοῖς Πομπηίου<sup>4</sup> κατορθώμασι, λαμβάνων προφύσεις, τὰς μὲν αὐτοῦ Πομπηίου, τὰς δὲ τῶν καιρῶν ἐνδιδόντων, καὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ κακοπολιτείας, δι' ἣν οἱ μὲν ἀρχὰς μετιόντες, ἐν μέσῳ θέμενοι τραπέζας, ἐδέκαζον ἀναισχύντως τὰ πλήθη, κατήσει δ' ὁ δῆμος ἔμμισθος, οὐ ψύφοις ὑπὲρ τοῦ δεδωκότος, ἀλλὰ τόξοις καὶ ξίφεσι καὶ σφενδόναις ἀμιλλώμενος. Αἴματι δὲ καὶ νεκροῖς πολλάκις αἰσχύναντες τὸ βῆμα διεκρίθησαν, ἐν ἀγαρχίᾳ τὴν πόλιν, ὥσπερ ἀκυβέρητον<sup>5</sup> ὑποφερομένην, ἀπολιπόντες·

## NOTÆ

Cæsar in Gallia gestas, quas omnes  
Plutarchus silentio præteriit, vide in  
(Hirtii) libro VIII. de bello Gallico.

1 Ἔφεδρος] H. e. Cæsare summam rerum occupante, Pompeio se videbatur adjuncturus et vice versa. Itaque, quamdiu viveret, δεδιότες ἐκεῖνον ἀμφότεροι, τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἀμωσγέπως ἐνέμενον δικαίοις, ut ait Plut. Pomp. c. 53.

2 Ἐξ ὀλίγον] Sc. χρόνου. Mox ad ἔργον, supplendum est δν, quod ne-

cesse non est, ut addatur.

3 Ἀπὸ τῶν ἀνταγωνιστῶν] Reiske dedit ἐκ conjectura pro ἐπὶ τῶν ἀντ. Ego cum Solano ex duobus Codd. recipereim ἐπὶ τὸν ἀνταγωνιστήν.

4 Πομπηίου] Mallem εἰς ἀντίπαλον Πομπηίου ἀρθεῖς τοῖς κατορθώμασι, suis rebus gestis.

5 Ἀκυβέρητον] Respublica sæpe cum navī comparatur; ne igitur cum Reiskio legere velis ὥσπερ ναῦν ἀκυβέρητον.

ὅστε τοὺς νοῦν ἔχοντας ἀγαπᾶν, εἰ πρὸς μηδὲν αὐτοῖς χεῖρον, ἀλλὰ μοναρχίαν, ἐκ τουτῆς παραφρυσόντης καὶ τοσούτουν κλύδωνις ἐκπεσεῖται τὰ πράγματα. Πολλοὶ δὲ ἡσαν οἱ καὶ λέγειν ἐν μέσῳ τολμῶντες ἥδη, πλὴν ὑπὸ μοναρχίας ἀνήκεστον εἶναι τὴν πολιτείαν, καὶ τὸ φάρμακον τοῦτο χρῆναι τοῦ προστάτου τῶν ἱατρῶν ἀνασχέσθαι προσφέροντος· ἵποδηλοῦντες τὸν Πομπέιον.<sup>6</sup> Ἐπεὶ δὲ κἀκεῖνος, λόγῳ παριτεῖσθαι καλλωπιζόμενος, ἕργῳ παντὸς μᾶλλον ἐπέραινετε ἐξ ὅν ἀναδειχθῆσοιτο δικτάτωρ, συμφρονήσαντες οἱ περὶ Κάτωνα, πείθουσι τὴν γερουσίαν ὑπατούν αὐτὸν ἀποδεῖξαι μόνον, ὡς μὴ βιάσαιτο δικτάτωρ γενέσθαι, νομιμωτέρᾳ μοναρχίᾳ παρηγορηθεῖς. Οἱ δὲ καὶ χρόνον<sup>7</sup> ἐψηφίσαντο τῶν ἐπαρχιῶν. Δύο δὲ εἶχεν, Ἰθηρίαν καὶ Λιβύην σύμπασαν, ἃς διώκει πρεσβευτὰς ἀποστέλλων, καὶ στρατεύματα τρέφων, οἷς ἐλάμβανεν ἐκ τοῦ δημοσίου ταμείου χίλια τάλαντα καθ' ἔκαστον ἐνιαυτόν.

## CAP. XXIX.

Cæsare quoque prorogationem imperii petente et largitionibus rem suam juvante Pompeius a Cæsare legiones suas reposeit, eique successorem eligendum censet. Sed vanis de Cæsaris exercitu rumoribus sparsis ita delimitur, ut exercitum parare negligat.

Ἐκ τούτου Καῖσαρ ὑπατείαν ἐμρᾶτο<sup>1</sup> πέμπων, καὶ χρόνον ὄμοιος τῷτον ἰδίων ἐπαρχιῶν. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον Πομπηίου σιωπῶντος, οἱ περὶ Μάρκελλον καὶ Λέγτλον ἡγαντιοῦντο, μισοῦντες ἄλλας Καίσαρα, καὶ τοῖς ἀγαγκαῖοις οὐκ ἀγαγκαῖα προστιθέντες εἰς ἀτιμίαν αὐτοῦ καὶ προπηλακισμόν. Νεοκωμίτας<sup>2</sup> γὰρ ἔναγκος ὑπὸ Καίσαρος ἐν Γαλατίᾳ

## NOTÆ

6 Τὸν Πομπ.] Vid. Plut. Pomp. 53. seqq.

7 Χρόνον] Ἐψηφίσθη δ' αὐτῷ τὰς ἐπαρχίας ἔχειν ἐς ἄλλην τετραετίαν.

1 Ὑπατείαν ἐμνᾶτο] Pompeio adhuc consule, a. Chr. 52. et nihil contradicente. Petierat, ut absenti sibi, quandoque imperii tempus expleri cœpisset petitio secundi consulatus daretur, ne ea causa maturius et imperfectio adhuc bello (Gallico) decederet. Suet. Jul. 26. Proximo anno Cæsar, non sine causa sibi veritus, si

privatus fieret, inimicis imperium habentibus, sui sibi imperii prorogationem petebat. Obstitit Marc. Claudius Marcellus consul, cum Serv. Sulp. Rufo a. Chr. n. 51. Tum accidit, quod noster sub finem huj. cap. et in Vit. Pomp. c. 58. de legato Cæsari narrat, quod dictum Appianus c. 25. Cæsari ipsi tribuit. Lentulus is esse videtur, qui a. Chr. n. 49. consul fuit, plene L. Cornelius Lentulus Cris appellatus.

2 Νεοκωμίτας]. Νεοκωμον, Novumcomum, urbem in Alpibus, rogatione

κατωκισμένους, ἀφηροῦντο τῆς πολιτείας· καὶ Μάρκελλος ὑπατεύων, ἔνα τῶν ἐκεῖ βουλευτῶν, eis Ῥώμην ἀφικόμενον, ἥκιστο ράβδοις, ἐπιλέγων, ὡς ταῦτα τοῦ μὴ Ῥωμαίου εἶναι παράσημα προστίθησιν αὐτῷ, καὶ δεικνύειν ἀπίοντα Καίσαρι ἐκέλευε. Μετὰ δὲ Μάρκελλον,<sup>3</sup> ἥδη Καίσαρος τὸν Γαλατικὸν πλοῦτον ἀρνεσθαι ρύδην ἀφεικότος<sup>4</sup> πᾶσι τοῖς πολιτευομένοις, καὶ Κουρίωνα<sup>5</sup> μὲν δημαρχοῦτα πολλῶν ἐλευθερώσαντος δανείων, Παῦλῳ δὲ, ὑπάτῳ ὄντι, χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα δόντος, ὡφ' ᾧν καὶ τὴν βασιλικὴν ἐκεῖνος, ὡρομαστὸν ἀγάθημα, τῇ ἀγορᾷ προσεκόλλησεν,<sup>6</sup> ἀντὶ τῆς Φουλβίας οἰκοδομηθεῖσαν· οὕτω δὴ φοιζηθεὶς τὴν σύντασιν ὁ Πομπεὺος, ἀμφαρδὸν ἥδη δὲ ἑαυτοῦ καὶ τῶν φίλων<sup>7</sup> ἐπραττεν ἀποδειχθῆναι διάδοχον Καίσαρι τῆς ἀρχῆς· καὶ πέμπων ἀπῆγει τοὺς στρατιώτας, οὓς ἔχρησεν αὐτῷ πρὸς τοὺς Κελτικοὺς ἄγωνας. 'Ο δ' ἀποπέμπει, δωρησάμενος ἕκαστον ἄνδρα πεντήκοντα καὶ διακοσίαις δραχμαῖς.<sup>8</sup> οἱ δὲ τούτους Πομπεῖος κομίσαντες,<sup>9</sup> eis μὲν τὸ πλήθος οὐκ ἐπιεικεῖς, οὐδὲ χρηστοὺς κατέσπειραν λόγους<sup>10</sup> ὑπὲρ τοῦ

## NOTÆ

Vatinia colonos Cæsar deduxerat jure Latii, h. e. ut qui annum magistratum habuerint, cives essent Romani. Suet. Jul. 28. App. de bell. Civil. II. 26.

3 Μετὰ Μάρκ.] H. e. anno proximo L. Æmilio Paullo et C. Claudio Marcello Css. a. Chr. 50.

4 [Ἀφεικότος] De ea re vid. Sueton. Cæs. 26-28.

5 Κουρίωνα] Scilicet Æm. Paullus et C. Cl. Marcellus, qui fratri patrui suo in consulatu successerat, consules facti sunt, quod Cæsari ininicissimi videbantur, Curio vero (de quo cf. Vellei. Pat. II. 48.) tribunus plebis ἐχθρὸς ᾧν καὶ ὅδε τῷ Καίσαρι καρτερὸς καὶ ἐτὸν δῆμον ἐνχαριτώτατος καὶ εἰπεῖν ἰκανώτατος. Τούτων ὁ Καίσαρ Κλαύδιον μὲν οὐκ ἵσχυσεν ὑπάγεσθαι χρήμασι, Παῦλον δὲ χιλίων καὶ πεντακοσίων ταλάντων ἐπρίατο, μηδὲν αὐτῷ μήτε συμπράττειν μήτε ἐνοχλεῖν. Κουρίωνα δὲ καὶ συμπράττειν, ἔτι πλειών, εἰδὼς ἐνοχλούμενον ὑπὸ χρεῶν πολλῶν. Ascripsi ipsius App. I. I. c. 26. verba, quibus noster explicatur.

6 Τῇ ἀγορᾷ] Ad forum Romanum.

Προσειόλλησεν, quasi agglutinavit, Reiske ex conjectura sua scripsit pro προσειόλλησεν. Praefero Solani conjecturam προσεκόλλησεν, ornatus causa adjectit foro. Cf. infra c. 66. nota 2. Recipienda erat lectio C. Anon. προσφοδόμησεν, licet sequatur οἰκοδομηθεῖσαν. Idem enim vocabulum interdum terque quaterque in paucis repeti, satis constat. Quam porticum noster Fulviam appellat, eadem est, ni fallor, quae prius Æmilia dicebatur; quam in Livio XLII. 32. ab Censore Q. Fulvio Flacco refectam legimus. Quod si verum, Æmilius opus cuiusdam majorum suorum dejectum magnificè extruxit.

7 Καὶ τῶν φίλων] Potissimum per consulem C. Claudio Marcellum.

8 250 δραχμαῖς] H. e. circiter 50 Rthlr.

9 Οἱ—κομίσαντες] Appius nominatur in Vita Pomp. c. 57.

10 Οὐκ ἐπιεικεῖς οὐδὲ χρηστοὺς λόγους] H. e. πολλὰ ἔξεφλαύρισαν τὰς ἐκεῖ πράξεις καὶ λόγους ἔξεφερον βλασφήμους περὶ Καίσαρος, ut ipse Plutarchus se interpretatur in Vita Pompei c. 57.

Καίσαρος, αὐτὸν δὲ Πομπεῖον ἀλπίσι κεραῖς δύφθειραν, ὡς ποθούμενον ὑπὸ τῆς Καίσαρος στρατιᾶς, καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα διὰ φθόνον καὶ πολιτείας ὑπούλους μόλις ἔχοντα,<sup>11</sup> τῆς δ' ἐκεῖ δυνάμεως ἐτομῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ, κανὸν μόνον ὑπερβάλωσιν εἰς Ἰταλίαν, εὐθὺς ἐσομένης πρὸς ἐκεῖνον· οὕτω γεγονέναι τὸν Καίσαρα πλήθει στρατειῶν λυπηρὸν αὐτῷ, καὶ φύζῳ μοναρχίας ὑποπτον.

Ἐπὶ τούτοις Πομπεῖος ἔχαυροῦτο, καὶ παρασκευῆς μὲν ὑμέλει στρατιωτῶν, ὡς μὴ δεδουκώς, λόγοις δὲ καὶ γνώμαις κατεπολιτεύετο, τῷ δοκεῖν,<sup>12</sup> Καίσαρα, ψηφιζόμενος, ὃν ἐκεῖνος οὐδὲν ἐφρύντιζεν· ἀλλὰ λέγεται, τινὰ τῶν ἀφιγμένων παρ' αὐτοῦ ταξιαρχῶν, ἐστῶτα πρὸ τοῦ βουλευτηρίου, καὶ πιθόμενον, ὡς οὐ δίδωσιν ἡ γερουσία Καίσαρι χρόνον τῆς ἀρχῆς· Ἄλλ' αὐτῇ, φάναι,<sup>13</sup> δύσει· κρούσαντα τῇ χειρὶ τὴν λαβὴν τῆς μαχαίρας.

## CAP. XXX.

Cæsare proponente, ut uteque, ipse et Pompeius, armis positis privati fierent, consules in senatu bellum Cæsari inferendum decernunt, a. Chr. 49.

Οὐ μὴ ἄλλ' ἦγε παρὰ Καίσαρος ἀξίωσις τὸ πρόσχημα τῆς δικαιολογίας λαμπρὸν εἶχεν. Ἡξίου γὰρ αὐτὸς τε καταθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ Πομπεῖον ταῦτα πράξαντος, ἀμφοτέρους ἰδώτας γενομένους εὑρίσκεσθαι τι παρὰ τῶν πολιτῶν ἀγαθόν· ὡς τοὺς αὐτὸν μὲν ἀφαιρουμένους, ἐκείνῳ δὲ ἢν εἴχε βεβαιοῦτας δύναμιν, ἐτερον διαβάλλοντας,<sup>1</sup> ἐτερον κατασκευάζειν τύραννον. Ταῦτα προκαλούμενος ἐν τῷ δήμῳ Κοινίων ὑπὲρ Καίσαρος, ἐκροτεῖτο λαμπρᾶς· οἱ δὲ καὶ στεφάνους ἐπ' αὐτὸν, ὥσπερ ἀθλητὴρ,<sup>2</sup> ἀρθοβολοῦντες ἥψεσαν. Ἀγτώνιος.<sup>3</sup> Ἐδὲ δημιρχῶν Καίσα-

## NOTE

qui astipulatur App. b. Civ. II. 30. qui illos talia dixisse addit εἴθ' ὑπὸ ἀγνολας, εἴτε διεφθαρμένους.

11 Ὁπούλους scripsit Reiske pro ὑποβόλου, et ἔχοντα, si bene habeat, pro κατέχοντα esse monet. Verte: et licet (Pompeius) Romam quidem Italianaque propter invidiam et vitia reipublica vix contineat, exercitum tamen Cæsaris ei paratum esse etc.

12 Τῷ δοκεῖν] Specie tenus, non re vincebat Cæsarem, iis ferendis roga tionibus, quas Cæsar contemnebat. Reiske.

13 Φάναι] Vid. supra not. I. Ceterum cave ne cum Reiskio legas πλεῖστα χρόνον; id enim per se intelligitur.

1 Διαβάλλοντας] Reiske mavult κα ταβαλόντας, altero dejecto, pessum dato.

2 Ὅσπερ ἀθλητὴν] Sc. μεγάλου κα δυσχεροῦς ἀγῶνος. Curio enim utrum que, et Cæsarem et Pompeium, op pugnare videbatur.

3 Ἀγτώνιος] M. Antonius et Q. Cassius post Curionem tribuni plebis erant. Legit itaque Antonius Cæsa

ρος ὑπὲρ τούτων ἐπιστολὴν κομισθεῖσαν εἰς τὸ πλῆθος ἐξίνεγκε, καὶ ἀνέγνω βίᾳ τῶν ὑπάτων. Ἐν δὲ τῇ βουλῇ Σκιπίων<sup>4</sup> μὲν, ὁ Πομπηῖον πενθερὸς, εἰσηγήσατο γνώμην, ὃν ἐν ἡμέρᾳ ῥητῷ μὴ κατάθηται τὰ ὅπλα Καῖσαρ, ἀποδειχθῆναι πολέμιον αὐτόν. Ἐρωτώντων δὲ τῶν ὑπάτων, εἰ δοκεῖ Πομπῆιον ἀφεῖναι τὸν στρατιώτας, καὶ πάλιν, εἰ δοκεῖ Καῖσαρα, τῇ μὲν ὀλίγῳ παντάπασι, τῇ δὲ πάντες παρ' ὀλίγους προσέθειτο. Τῶν δὲ περὶ Ἀρτώνιον πάλιν ἀξιούντων ἀμφοτέρους τὴν ἀρχὴν ἀφεῖναι, πάντες ὅμαλῶς προσεχώρησαν. Ἀλλὰ, ἐκβιαζομένου Σκιπίωνος, καὶ Λέντλου τοῦ ὑπάτου βοῶντος, ὅπλων δεῖν πρὸς ἄνδρα ληστὴν, οὐ ψήφων, τότε μὲν διελύθησαν, καὶ μετεβάλοντο τὰς ἐσθῆτας ἐπὶ πένθει διὰ τὴν στάσιν.

## CAP. XXXI.

Cæsare alias easque moderatas conditiones offerente, Pompeioque, Cicerone potissimum conciliatore, jam cedente, Lentulus consul repugnat, Cæsari que commodissimum belli prætextum offert.

Ἐπεὶ δὲ παρὰ Καίσαρος ἡκον ἐπιστολαὶ μετριάζειν δοκοῦντος, (ἥξιον

## NOTÆ

ris epistolam ὑπὲρ τούτων, de eo, ut uterque privatus fieret, anno proximo, quod ipse Plutarchus testatur in V. Pomp. c. 59. Appiani ordo hic est: Cl. Marcello et Paullo Css. Curione adhuc tribuno, Claudius senatum interrogabat, 1. utrum Cæsari successores mittendi sint? quod plurimi senatorum censem faciendum; 2. utrum Pompeio imperium sit adimendum? plurimi negant. Tum etiam Curio interroget: 3. utrum utrique imperio abire debeant? quod xxii. senatoribus displicet, ccclxx. placet. (Hæc tradidit Plutarchus verbis: ἐρωτώντων—προσεχώρησαν: sed Antonio, Curionis successorib[us] tribuit, quod Curioni tribendum erat, quamvis Curio pro Cæsare Antonium haberet adjutorem. Cf. Vita Pomp. c. 58.) Tum Claudius cons. Pompeio exercitum et imperium contra Cæsarem tradit. Curio, exente tribunatu, ad Cæsa-

rem fugit, qui interim Ravennam pervenerat; Curioni succedunt Antonius et Cassius. Novi consules sunt, C. Cl. Marcellus, M. fil., et L. Corn. Lentulus Cris, a. Chr. 49. Tum Cæsar mediocria (quæ proximo cap. leguntur) pétit, quæ, Pompeio jam cedente, consules prohibent. Deinde Cæsar Css. epistolam misit per Curionem, ea sententia, se cum Pompeio imperio abire velle; illo vero imperium retinente, se patriæ et sibi non defuturum. Tum consules Cæsarem pro hoste habent, Antonium et Cassium ex senatu propellunt, (quos Curio et M. Cæcilius quidam sequuntur) et omnes ad Cæsarem profugunt.

4. Σκιπίων] Quod nostro loco Plutarchus Scipioni et Lentulo, idem in Pomp. V. c. 58. Marcello tribuit, et ita invertit, ut quod nostro loco est posterius, illo sit prius.

γὰρ ἀφεὶς τἄλλα πάντα, τὴν ἐντὸς Ἀλπεων, καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν μετὰ δυοῖν ταγμάτων αὐτῷ διθῆραι, μέχρις ὅτην δευτέραν ὑπατείαν μέτεισι) καὶ Κικέρων ὁ ρύτωρ, ἀρτὶ παρὸν ἐκ Κιλικίας<sup>1</sup> καὶ διαλλαγής πράττων, ἐμάλαπτε τὸν Πομπίδιον<sup>2</sup> ὃ δὲ τἄλλα συγχωρῶν, τοὺς στρατῶτας ἀφῆρε. Καὶ Κικέρων μὲν ἔπειθε τὸν Καίσαρος φίλους συνεγέντας ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις ἐπαρχίαις, καὶ στρατώτας μόνους ἵξασχιλίους ποιεῖσθαι τὰς διαλύσεις. Πομπίδιον δὲ καρποτομένον καὶ διδόγτος, οἱ περὶ Λέντλον οὐκ εἴων ὑπατεύοντες, ἀλλὰ καὶ τῆς βούλης Ἀντώνιον καὶ Κουρίωνα<sup>3</sup> προπηλακίσαντες, ἐξήλασαν ἀτίμως, τὴν εὐπρεπεστάτην Καίσαρι τῶν προφάσεων αὐτοὶ μηχανησμένοι, καὶ δὲ ἡς μάλιστα τοὺς στρατιώτας παρώξυνεν,<sup>3</sup> ἐπιδεικνύμενος ἄνδρας ἐλλογίμους καὶ ἄρχοτας ἐπὶ μισθίων ζευγῶν πεφενγότας ἐν ἐσθῆσιν οἰκετικαῖς. Οὕτω γὰρ ἀπὸ Ρώμης σκενάσαντες ἑαυτοὺς διὰ φόβον ὑπεξήσαν.

## CAP. XXXII.

Cæsar noctu transgressus Rubiconem, Ariminum capit, multa adhuc animo sollicito reputans, cum jam in eo esset, ut fluvium transiret, a. Chr. n. 49.

<sup>7</sup> Ήσαν μὲν οὖν περὶ αὐτὸν οὐ πλείους ἴππεων τριακοσίων καὶ πεντακισχιλίων ὄπλιτῶν τὸ γὰρ ἄλλο στράτευμα πέραν Ἀλπεων ἀπολελειμμένον ἔμελλον ἀξεῖν οἱ πεμφθέντες. Ορῶν δὲ τὴν ἀρχὴν ὡν ἐνίστατο πραγμάτων καὶ τὴν ἔφοδον οὐ πολυχειρίας δεομένην ἐν τῷ παρόντι μᾶλλον, ἢ θάμβει τε τόλμης καὶ τάχει καιροῦ καταληπτέαν οὖσαν, (ἐκπλήξει γὰρ ἀπιστούμενος ἥποι, ἢ βιάτεσθαι μετὰ παρασκευῆς ἐπελθὼν) τοὺς μὲν ἡγεμόνας καὶ ταξιάρχους ἐκέλευσε, μαχαίρας

## NOTÆ

1 [Ἐκ Κιλικίας] Ubi fuit proconsul.

2 [Ἀντώνιον καὶ Κουρίων] Ne velis cum Solano legere Κάσσιον Κόντον. Verum est, tribunos tum fuisse Antonium et Cassium, sed æque verum est, Curionem tum astuisse in senatu, si ulla est Dioni Cassio XLII. prīne. et Appiano fides II. 33.: Μάρκελλος τε καὶ Λέντλος ἐκέλευνον τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀντώνιον ἐκστῆναι τοῦ συνεδρίου. Ἐνθα δὴ μέγα βοήθεια - ἐξέτρεχεν. Συνεξέθεον δ'

αὐτῷ Κουρίων τε (qui ultimas Cæsaris literas, quibus ejus inimici tantopere exasperabantur, novis consulibus, curiam intrantibus, sive potius in ipso jam senatu, (ut diserte Dio Cass. XLII. 1.) reddiderat) καὶ Κάσσιος, etc.

3 Παρώξυνεν] Λέγων ὅτι καὶ σφᾶς, τοσοῦτο ἐργασαμένους, ἥγοῦνται πολεμίους καὶ τοιούσδε ἄνδρας, ὑπὲρ αὐτῶν τε φθεγξαμένους, οὕτως ἐξελαύνοντις εἰσχρῶς.

ἔχοντας ἄνευ τῶν ἄλλων ὅπλων,<sup>1</sup> κατασχεῖν Ἀρίμινον, τῆς Κελτικῆς<sup>2</sup> μεγάλην πόλιν, ὡς ἐρδέχεται μάλιστα φεισαμένους φόρου καὶ ταραχῆς· Ὁρτησίφ<sup>3</sup> δὲ τὴν δύναμιν παρέδωκεν. Αὐτὸς δὲ τὴν μὲν ἥμέραν διῆγει ἐν φαινερῷ, μονομάχοις ἐφεστῶς γυμναζομένοις καὶ θεώρησεν· μικρὸν δὲ πρὸ ἐσπέρας θεραπεύσας τὸ σῶμα, καὶ παρελθὼν εἰς τὸν ἀνδρῶνα, καὶ συγγενόμενος βραχέα τοῖς κεκλημένοις ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἥδη συσκοτάζοντο· ἔξανέστη,<sup>4</sup> καὶ<sup>5</sup> τοὺς μὲν ἄλλους φιλοφρονθεῖς, καὶ κελεύσας περιμένειν αὐτὸν ὡς ἐπανελευσόμενον· δλίγοις δὲ τῶν φίλων προείρητο, μὴ κατὰ τὸ αὐτὸν πάντας, ἄλλον δὲ ἄλλῃ διώκειν. Αὐτὸς δὲ τῶν μισθίων Σενγῶν ἐπιβὰς<sup>6</sup> ἐνὸς, ἥλαυνεν ἐτέραν τινὰ πρῶτον ὁδὸν, εἶτα πρὸς τὸ Ἀρίμινον ἐπιστρέψας, ὡς ἥλθεν ἐπὶ τὸν δρίζοντα<sup>7</sup> τὴν ἐντὸς "Αλπεων Γαλατίαν ἀπὸ τῆς ἄλλης Ἰταλίας ποταμὸν, (Ρουβίκων καλεῖται) καὶ λογισμὸς αὐτὸν εἰσήγει μᾶλλον ἐγγίζοντα τῷ δεινῷ, καὶ περιφερόμενον<sup>8</sup> τῷ μεγέθει τῶν τολμωμένων, ἔσχε τὸν δρόμον· καὶ τὴν πορείαν ἐπιστήσας, πολλὰ μὲν αὐτὸς ἐν ἔαντῷ διήνεγκε, σιγῇ τὴν γνώμην ἐπ' ἀμφότερα μεταλαμβάνων, καὶ τροπὰς ἔσχεν αὐτῷ τότε τὸ βούλευμα πλείστας· πολλὰ δὲ καὶ τῶν φίλων τοῖς παροῦσιν, ὃν ἵνα καὶ Πολλίων Ἀσίνιος, συνδιηπόρησεν, ἀναλογιζόμενος, ἥλικων κακῶν ἄρξει πᾶσιν ἀνθρώποις ἢ διάβασις, ὅσον τε λόγον αὐτῆς<sup>9</sup> τοῖς αὖθις ἀπολείψουσι. Τέλος δὲ μετὰ θυμοῦ τινος, ὥσπερ ἀφεὶς ἔαντὸν ἐκ τοῦ λογισμοῦ πρὸς τὸ μέλλον, καὶ τοῦτο δὴ τὸ κοινὸν τοῖς εἰς τύχας ἐμβαίνοντιν ἀπόρους καὶ τόλμας

## NOTÆ

1 Ἄνευ τῶν ἄλλων ὅπλων] H. e. εἰρηνικῶς ἐσταλμένους. Ne sint suspecti, si armati ex provincia in Italiā transgressi viderentur.

2 Τῆς Κελτικῆς] Vit. Pom. c. 60. τῆς Ἰταλίας, quod huic loco convenientius est. Est enim Ariminum Italiae propriæ urbs prima ad mare superum, Galliam cisalpinam versus. Poterat vero eadem et Galliae urbs dici, quia Sennones eam tenebant, Galli natione, quamvis Italiae propriæ particulam tenerent.

3 Ὁρτησίφ] H. e. Q. Hortensio, oratoris filio, qui non ita multo post classi Cæsaris praeuit.

4 ἔξανέστη] Ως δὴ τὸ σῶμα ἐνοχλούμενος. Appian.

5 Καὶ videtur redundare, aut in

prox. pone ἐπανέλευσόμενον deest ἐξήσ. Reiske.

6 ἐπιβῆναι, quod sciam, non cum genitivo construitur, sed aut cum dative aut cum accusativo. At usurpat tamen Plutarchus cum genitivo. Vid. c. 45. fin. Reiske.

7 διωρίζοντα] Cum Cod. V. et Anon. et Solano διωρίζοντα legere mallem.

8 περιφερόμενον] Reiske mavult συμπεριφερόμενον. Idem mox ex conj. scripsit ἔσχε τὸν δρόμον (ut c. 52.) pro vulgata ἔσχετο δρόμον. Utroque loco vulgata non erat solicitanda. Vide Stephani Thesaurum.

9 αὐτῆς] Reiske hanc vocem abesse mavult; ego fero. Τοῖς αὖθις sc. ἐσομένοις.

πινοίμιον ὑπειπών· Ἀρεφρίθω κύβος<sup>10</sup> ὥρησε πρὸς τὴν διάβασιν· καὶ δρόμῳ τὸ λοιπὸν ἦδη χρώμενος, εἰσέπεσε πρὸς ὥμερας εἰς τὸ Ἀρίμινον, καὶ κατέσχε. Λέγεται δὲ τῇ προτέρᾳ νυκτὶ τῆς διαβάσεως ὄναρ ιδεῖν ἔκθεσμον· ἐδόκει γὰρ αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ μητρὶ μίγνυσθαι τὴν ἄνθητον μίξιν.<sup>11</sup>

## CAP. XXXIII.

Arimino capto ingens terror et urbi injicitur et Pompeio, qui animo nimis turbato Roma fugit.

Ἐπεὶ δὲ κατελήφθη τὸ Ἀρίμινον, ὥσπερ ἀνεῳγμένου τοῦ πολέμου πλατείας πύλαις ἐπὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ συγκεχυμένων ἄμα τοῖς ὅροις τῆς ἐπαρχίας τῶν νόμων τῆς πόλεως,<sup>1</sup> οὐκ ἄνδρας ἄν τις φύθη καὶ γυναῖκας, ὥσπερ ἄλλοτε, σὺν ἐκπλήξει διαφορτῆν τῆς Ἰταλίας, ἀλλὰ τὰς πόλεις αὐτὰς ἀντισταμένας, φυγῇ διαφέρεσθαι δι' ἄλλιλων τὴν δὲ Τύριην, ὥσπερ ὑπὸ ἡεριάτων, πιμπλαμένην φυγαῖς τῶν πέριξ δήμων καὶ μεταστάσεσιν, οὕτ' ἄρχοντι πεῖσαι ἥδιαν οὖσαν, οὐτε λόγῳ καθεκτὶν, ἐν πολλῷ κλύνων καὶ σάλῳ, μικρὸν ἀπολιπεῖν<sup>2</sup> αὐτὴν ὑφ' αὐτῆς ἀνατετράφθαι. Πάθη γὰρ ἀντίπαλα, καὶ βίαια κατεῖχε κινήματα πάντα τόποι. Οὔτε τὸ χαῖρον ἥσυχίαν ἦγεν, ἀλλὰ τῷ δεδοκότι καὶ λυπουμένῳ κατὰ πολλὰ συμπίπτον ἐν μεγάλῃ πόλει, καὶ θρασυνόμενον ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος, δι' ἐρίδων ἦν. Αὐτόν τε Πομπέϊον ἐκπεπληγμένον ἄλλος ἄλλαχθεν ἐτάριπτε, τοῖς μὲν, ὡς ηὑξῆσε Καίσαρι καθ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἡγεμονίας, εὐθύνας ὑπέχοντα, τῶν δ', ὅτι παραχωροῦντα καὶ προτεινάμενον εὐγράμμονας διαλύσεις ἀφῆκαν<sup>3</sup>

## NOTÆ

10 Ἀνεφρίθω κύβος sive ὁ κύβος ἀν.] His ipsis vocibus Graecis usus est Cæsar, ut patet ex Plut. Vita Pomp. c. 60. Ne credas, Latine forte dixisse: jacta alea esto. Cf. Suet. Jul. c. 32.

11 Μ[ετρί] Visus est per quietem matri stuprum intulisse Suet. Jul. 7., qui Cæsarem hoc somnio, cum in Hispania ulteriori quæstor esset, confusum esse auctor est. Quo somnio onirocritici sive conjectores arbitrium orbis terrarum portendi dixerunt, quando mater non alia esset, quam terra, quæ omnium parens haberetur. Cf.

Casaub. comment.

1 Συγκεχυμένων—τῆς πόλεως] Certe cum Xyandro: *confusa simul cum provinciarum (provinciæ) limitibus jure reip. Romanæ*. Italia enim a Romanis non habebatur pro provincia, sed ejus administratio ab urbe Roma pendebat.

2 Ad ἀπολιπεῖν aut adde, aut subaudi saltim τοῦ. Reiske.

3 Sæpe nimiam Reiskii proclivitatem conjecturas in textum recipiendi improbavi, ut nostro quoque loco, ubi ἀφῆκαν scripsit pro ἀφῆκε et κατηγοροῦντα, et locum

τοῖς περὶ Λέντλον ὑβρίσαι, κατηγοροῦντα. Φαντιὸς δ' αὐτὸν ἐκλευσε  
τῷ ποδὶ τύπτειν τὴν γῆν ἐπεὶ μεγαληγορῶν ποτε πρὸς τὴν σύγκλητον,  
οὐδὲν εἴσι πολυπραγμοεῖν, οὐδὲ φροντίζειν ἐκείνους τῆς ἡπὶ τὸν πολε-  
μον παρασκευῆς· αὐτὸς γὰρ, ὅταν ἀπήγ,<sup>4</sup> κρούσας τὸ ἔδαφος τῷ ποδὶ,  
στρατευμάτων ἐμπλήσειν τὴν Ἰταλίαν. Οὐ μὴν ἀλλ' καὶ τότε πλήθει  
δυνάμεως ὑπερέβαλεν ὁ Πομπίος τὴν Καίσαρος· εἴλασε δ' οὐδεὶς τὸν  
ἄρδρα χρήσασθαι τοῖς ἑαυτοῦ λογισμοῖς, ἀλλ' ἵπταγμάτων πολλῶν  
καὶ ψευδῶν καὶ φόβων, ὡς ἐφεστῶτος ἥδη τοῦ πολεμίου, καὶ πάντα<sup>5</sup>  
κατέχοντος, εἴξας καὶ συνεκκρουσθεὶς τῇ πάντων φορᾷ, ἐψηφίζετο<sup>5</sup> παρα-  
χῆται ὕραν, καὶ τὴν πόλιν ἐξέλιπε, κελεύσας ἐπεσθαι τὴν γερουσίαν, καὶ  
μηδένα μένειν τῶν πρὸ τῆς τυραννίδος ἥρημέρων τὴν πατρίδα καὶ τὴν  
ἔλευθερίαν.

## CAP. XXXIV.

Tumultaria fuga consulum plurimorumque senatorum ex urbe. Clementia  
Cæsaris erga Labienum, qui ad Pompeium transiverat, et Domitium  
Pompeii præfectum, qui captus erat.

Οἱ μὲν οὖν ὑπατοι μῆδος, ἢ νόμος ἐστὶ πρὸ ἐξόδου, θύσαντες ἔφυγον·  
ἔφενγον δὲ καὶ τῶν βουλευτῶν οἱ πλεῖστοι, τρόπον τινὰ δι' ἀρπαγῆς  
ἀπὸ τῶν ἰδίων, ὅ τι τύχοιεν, ὥσπερ ἀλλοτρίων, λαμβάνοντες. Εἰσὶ

## NOTÆ

vertit: Pompeium alii atque alii hinc illinc  
rexabant et exagitabant, partim ratio-  
nem torporis et patientiae reddentem exi-  
gentibus, qui Cæsarem in seme tipum et  
in rem publicam tantopere auxisset et  
exaggerasset, partim eos e contrario in-  
cusantem, qui Lentulum sis sentias con-  
tumelias aspergere Cæsari, quamvis con-  
cedenti et conditiones pacis aequas offe-  
renti. Mihi nihil mutandum videtur  
nisi κατηγοροῦντας in κατηρούτων, cum  
Cod. V. et Anon. Quo facto hanc  
habes sententiam: Ipsum Pompeium  
attontum alii alio crimine perturba-  
bant; in aliorum objurgationes in-  
currebat, quod Cæsaris potentiam  
contra se ipsum auxerit, et quod im-  
perio (novissime contra Cæsarem tra-

dito) male sit usus; alii eum incusa-  
bant, quod Cæsarem jam cedentem  
et aequas conditiones offerentem a  
Lentulo injuriis affici permiseric.

4 [Ἀπίγ] Sc. ex urbe. Sed præfero  
ἐπή sc. Cæsar, cum Cod. V. et Anon.  
Solano probante. Cf. Pomp. Vita,  
c. 57. καὶ τοὺς λέγοντας, ἂν ἐλαύνῃ  
Καίσαρ ἐπὶ τὴν πόλιν, οὐχ ὄραν δυνάμεις,  
αἷς αὐτὸν ἀμυνοῦνται, μειδιῶν τῷ προσάπῳ  
καὶ διακεχυμένος ἀμελεῖν ἐκέλευσεν·  
“Οπου γὰρ ἀν, ἔφη, τῆς Ἰταλίας ἔγω  
κρούσω τῷ ποδὶ τὴν γῆν, ἀναδύονται καὶ  
πεζικαὶ καὶ ἵππικαὶ δυνάμεις. Confer-  
ejusdem libri c. 60. et 61.

5 [Ἐψηφίζετο] Sic dedit Reiske ex  
conj., quæ huic loco magis convenit,  
quam vulgata ψηφίζεται.

δ', οἱ καὶ σφύδρα τὰ Καισαρος ἥρημένοι πρότερον, ἐξέπεσον ὑπὸ θάμ-  
βους τότε τῶν λογισμῶν, καὶ συμπαρηγίχθησαν, οὐδὲν δείμενοι, τῷ  
μεύματι τῆς φορᾶς ἐκείνης. Οἰκτρότατον δὲ θέαμα τῆς πόλεως ἦν,  
ἐπιφεροφέρον τοσούτου χειμῶνος, ὡσπερ νεώς ὑπὸ κυβερνητῶν ἀπαγο-  
ρενότων πρὸς τὸ συντυχὸν ἐκπεσεῖν κομιζομένην. Ἀλλὰ καί περ οὕτω  
τῆς μεταστάσεως οἰκτρᾶς οὖσης, τὴν μὲν φυγὴν οἱ ἀκθωποὶ πατρίδα<sup>1</sup>  
διὰ Πομπίου ἤγοντο, τὴν δὲ Ρώμην, ὡς Καισαρος στρατόπεδον,  
ἔξελιπον. Ὅπου καὶ Λαβινὸς,<sup>2</sup> ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα φίλος Καισαρος,  
καὶ πρεσβύτερος γεγονὼς, καὶ συνηγωνισμένος ἐν πᾶσι προθυμότατα τοῖς  
Κελτικοῖς πολέμοις, τότ' ἐκεῖνον ἀποδράς, φέρετο πρὸς Πομπίου. Ἀλλὰ  
τούτῳ μὲν καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰς ἀποσκευὰς ἀπέπεμψεν ὁ Καῖσαρ.  
Δομιτίφ<sup>3</sup> δ' ἡγομένῳ σπειρῶν τριάκοντα, καὶ κατέχοντι Κορφίνιον,  
ἐπελθὼν παρεστρατοπέδευσεν. Ὁ δ' ἀπογνοὺς τὰ καθ' ἑαυτὸν, ἥτησε  
τὸν ιατρὸν, οἰκέτην ὄντα, φάρμακον καὶ λαβὼν τὸ δοθέερ, ἔπιεν ὡς  
τεθυηζόμενος. Μετ' ὀλίγον δ' ἀκούσας, τὸν Καισαρα θαυμαστῇ τινὶ  
φιλανθρωπίᾳ χρῆσθαι πρὸς τοὺς ἑαλοκότας, αὐτὸς αὐτὸν ἀπεθήκει, καὶ  
τὴν ὑξέντητα τοῦ βουλεύματος ἥπιατο. Τοῦ δὲ ιατροῦ Θαρρύγοντος αὐτὸν,  
ὡς ὑπηρωτικὸν, οὐ θαυμίσιον, πεπωκότα, περιχαρῆς, ἀγαστὸς ἀπῆι πρὸς  
Καισαρα, καὶ λαβὼν δεξιὰν, αἴθις διεξέπεσε πρὸς Πομπίου. Ταῦτ'  
εἰς τὴν Ρώμην ἀπαγγελλόμενα τοὺς ἀιθρώπους ἤδιοντος ἐποίει, καὶ τινες  
φυγόντες ἀνέστρεψαν.

## NOTÆ

1 Πατρίδα] Monuerat Pompeius, ne dubitarent Romanum relinquere; οὐ γὰρ τὰ χωρία καὶ τὰ οἰκήματα τὴν δύναμιν ἢ τὴν ἐλευθερίαν εἶναι ἀνδράσιν ἀλλὰ τὸν ἄνδρας, ὅπῃ ποτ' ἀν δοσιν, ἔχει ταῦτα σὺν ἑαυτοῖς. Ἀμυνομένους δὲ ἀναλήψθαι καὶ τὰ οἰκήματα. Adjectit, eodem se habiturum loco, qui Romæ remansissent, et qui in castris Cæsaris fuissent. Appian. c. 37. Cf. Plut. Pomp. c. 61. Vellei. Pat. II. 49.

2 Λαβινὸς] Labienus, quem Cæsar, quando in Galliam cisalpinam abibat, omnibus in transalpina relictis copiis

præficeret solebat, divitiis et gloria auctus majori cum fastu quam pro legato sese gerebat; eumque Cæsar sibi se exæquare videns, minus jani diligebat. Eam mutationem voluntatis Cæsaris Labienus non ferens, simulque sibi metuens, defectionem fecerat. Dio Cass. I. xli. princ.

3 De L. Domitio Ahenobarbo. Cf. Cæsar de B. Civ. I. 16. seqq. De ejusdem vivendi cupiditate, postquam venenum biberat, vide Plinium VII. 53. cum nota Harduini et Suetonii Ner. 2.











UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 799 9

University Of California, Los Angeles



L 007 625 451 5

SOUTHERN BRANCH  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.

